

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
LXII
F
32
NAPOLI





PETRI LAMBECII HAMBVRGENSIS,
SACRÆ CÆSAREÆ MAIESTATIS
CONSILIARII, HISTORIOGRAPHI AC BIBLIOTHECARII,

COMMENTARIORVM
DE
AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI
LIBER SEPTIMVS.





VINDOBONÆ, Typis Joannis Christophori Cosmerovij, Sac. Cæs. Majest. Typographi Aulici,

ANNO M DC LXXV. 21





IMP. CÆS.
LEOPOLDO I,
DIVI FERDINANDI III F.
AVGVSTO:

PIISSIMO FORTISSIMOQVE PRINCIPI:
VICTORI AC TRIVMPHATORI
INVICTISSIMO:
PATRI PATRIÆ
ET
VIGILANTISSIMO SALVTIS PVBLICÆ CONSERVATORI:
GERMANIÆ, HVNGARIÆ, BOHEMIÆ, DALMATIÆ, CROATIÆ ET SCLAVONIÆ
REGI:
ARCHIDVCI AVSTRIÆ; &c.
PETRVS LAMBECIVS HAMBVRGENSIS,
NVMINI MAIESTATIQVE EIVS
DEVOTISSIMVS,
SALVTEM ET PROSPERITATEM PERPETVAM.



ùm proximè præcedentibus horum Commentariorum Libris quatuor, SACRATISSIME INVICTISSIMEQVE IMPERATOR, nempe tertio, quarto, quinto & ſexto, Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Tuæ Aulicæ Codices Manuſcriptos Græcos Theologicos, Juridicos & Medicos, non minori labore & difficultate, quàm induſtriâ & fide, gradatim & diſtinctè recenſuerim, conſequenter nunc S. CÆS. MAJESTATI TVÆ pari ſtudio & curâ etiam Philoſophicos propriè dictos humilimè offero: certò ſperans ac confidens, cùm priora ſex, tùm ſeptimum quoq; hoc Volumen, &

reliqua octodecim, quæ, DEO volente, posthac sequentur, aliquando inter exempla fore, quòd nihil tàm difficile & arduum sit, quin Mens humana illud vincat & superet, si ipsa sibi patientiam laboris firmiter indicens, constanti & indefessâ diligentiâ noctésq; diésq; propositum strenuè urgeat; eâdem videlicet ratione, ut ingeniosissimus Historiæ Naturalis Scriptor C. Plinius, de Formicis agens, verissimè observat, & prudentissimè monet, quòd *silices itinere earum attritos videmus, & in opere semitam factam, ne quis dubitet, quâlibet in re quid possit quantulacunq; assiduitas*. Excipe igitur, SUMME MONARCHA ET OPTIME PRINCEPS, præsentem hanc præstantissimorum veterum Philosophorum Græcorum, ad Augustissimum Thronum Tuum demississimâ veneratione accedentium, catervam eodem affectu, quo ipsam Philosophiam, velut præcipuum benè imperandi adminiculum, & certissimam verè ac rectè de omnibus rebus judicandi normam, mirificè amplexaris, excolis & tueris. Quâ spe fretus, S. CÆS. MAJESTATIS TUÆ Clementiæ & Protectioni me meáq; studia suppliciter commendo, & pro PROPRIÆ IPSIUS PERSONÆ & UNIVERSÆ AUGUSTISSIMÆ DOMUS AUSTRIACÆ Salute & Prosperitate Vota mea solita repetens, DEUM OPT. MAX publicâ voce obtestor & precor, ut pro funestissimo bello, per universũ Terrarũ Orbem jam longè latéq; diffuso, quàm primùm redeat

PAX, optima rerum,
Quas homini novisse datum est; PAX una Triumphis
Innumeris potior:

sed talis, quæ S. IMPERIO ROMANO-GERMANICO, injustissimè invaso, & ferro, flammâ, libidine, aliâq; variâ ferè inauditâ sævitiâ miserrimè vastato, gloriosa simul sit, ac salutaris, & perpetua. Vindobonæ d. XVto Novembris, S. LEOPOLDO sacro, A.C. MDCLXXV.



PETRI LAMBECII HAMBVRGENSIS COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI LIBER SEPTIMVS,

quo continetur

Catalogus Manuſcriptorum Codicum Græcorum *Philoſophicorum propriè dictorum* ſecundùm præſentem collocationis eorum ſeriem, & novum ordinem numerorum, quibus ijdem nunc notati ſunt.

I.



PRimus (1) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus & bonæ notæ in *folio*, conſtátq; folijs *ducentis triginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo (2) *Platonis Athenienſis*, qui ſeculo ante Chriſtum *quarto* floruit, & ex *Socratis diſcipulo Princeps* evaſit *Academiæ veteris*, *Dialogi viginti duo*: nempe Imò, Εὐθύφρων, ἢ, Περὶ ὁσίου· hoc eſt: *Eutyphro*, ſive, *De Sancto*; vel, ut alij interpretantur, *De Sanctitate*, vel *De Religione*, vel *De Pietate*; cujus principium: Τί νεώτερον ὦ Σώκρατες γέγονεν &c; IIdò, Σωκράτους ἀπολογία· hoc eſt: *Defenſio Socratis*; cujus principium: Ὅτι μὲν ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, &c; IIItiò, Κρίτων, ἢ, Περὶ πρακτοῦ· hoc eſt: *Crito*, ſive, *De eo quod agendum eſt*; cujus principium: Τί τηνικάδε ἀφῖξαι ὦ Κρίτων; &c, IVtò,

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philoſophicos & Philologicos Græcos quartus.*

(2) *Vita* Platonis *exſtat apud* Diogenem Laertium, *integro libro tertio ampliſſimè deſcripta, cum inſertâ accuratâ Diſſertatione de illius Scriptis, eorumque diviſione & ordine. Quâ eâdem de re conſulendi etiam ſunt* Petrus Victorius *Var. Lect. lib.* 18 *cap.* 2 *&* Samuel Petitus *Miſcell. lib.* 4 *cap.* 2. *Si quis etiam* S. Auguſtini *Judicium de* Platonis *doctrinâ & ſcriptis ſcire deſideret, is legat libri octavi de Civitate Dei caput quartum & quintum.*

Φαίδων, ἢ, Περὶ ψυχῆς· hoc eſt: *Phædon*, ſive, *De Animâ;* cujus principium Αὐτὸς, ὦ Φαίδων, παρεγένου Σωκράτει &c; Vtò, Κρατύλος, ἢ, Περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος hoc eſt: *Cratylus*, ſive, *De rectâ nominum ratione;* cujus principium: Βούλει οὖν καὶ Σωκράτει &c; VItò, Θεαίτητος, ἢ, Περὶ ἐπιστήμης· hoc eſt: *Theætetus*, ſive, *De Scientiâ;* cujus principium: Ἄρτι, ὦ Τερψίων, ἢ πάλαι &c; VIImò, Σοφιστής, ἢ, Περὶ τοῦ ὄντος· hoc eſt: *Sophiſta*, ſive, *De ente*, vel, *De eo, quod eſt;* cujus principium: Κατὰ τὴν χθὲς ὁμολογίαν &c; VIIIvò, Πολιτικὸς, ἢ, Περὶ βασιλείας· hoc eſt: *Politicus*, ſive, *De Regno;* cujus principium: Ἦ πολλὴν χάριν ὀφείλω σοὶ &c; IXnò, Παρμενίδης, ἢ, Περὶ ἰδεῶν: hoc eſt: *Parmenides*, ſive, *De Ideis;* cujus principium: Ἐπειδὴ Ἀθήναζε οἴκοθεν &c; Xmò, Γοργίας, ἢ, Περὶ ῥητορικῆς· hoc eſt: *Gorgias*, ſive, *De Rhetoricâ;* cujus principium: Πολέμου καὶ μάχης &c; XImò, Μένων, ἢ, Περὶ ἀρετῆς· hoc eſt: *Menon*, ſive, *De virtute;* cujus principium: Ἔχεις μοι εἰπεῖν &c; XIImò, Ἱππίας μείζων, ἢ, Περὶ τοῦ καλοῦ· hoc eſt: *Hippias major*, ſive, *De pulchro;* cujus principium: Ἱππίας ὁ καλός τε καὶ σοφὸς &c; XIIItiò, Συμπόσιον, ἢ, Περὶ (1) ἀγαθοῦ· hoc eſt: *Convivium*, ſive, *De bono;* cujus principium: Δοκῶ μοι περὶ ὧν πυνθάνεσθε &c; XIVtò, Τίμαιος, ἢ, Περὶ φύσεως· hoc eſt: *Timæus*, ſive, *De Naturâ*, vel, *De Vniverſitate;* cujus principium: Εἷς, δύο, τρεῖς· &c; XVtò, Ἀλκιβιάδης πρῶτος, ἢ, Περὶ φύσεως ἀνθρώπου· hoc eſt: *Alcibiades primus*, ſive, *De naturâ hominis;* cujus principium: Ὦ παῖ Κλεινίου &c; XVItò, Ἀλκιβιάδης δεύτερος, ἢ, Περὶ προσευχῆς· hoc eſt: *Alcibiades* (2) *ſecundus*, ſive, *De Precatione;* cujus principium: Ὦ Ἀλκιβιάδη, ἄρά γε πρὸς τὸν Θεὸν &c; XVIImò, Ἀξίοχος, ἢ, Περὶ θανάτου· hoc eſt: (3) *Axiochus*, ſive, *De Morte*, cujus principium: Ἐξιόντι μοι ἐς Κυνόσαργες &c; XVIIIvò, Περὶ δικαίου, hoc eſt, *De juſto;* cujus principium: Ἔχεις ἡμῖν εἰπεῖν ὅτι ἐστὶ τὸ δίκαιον &c; XIXnò, Περὶ ἀρετῆς, ſive, (4) *De virtute, an doceri poſſit;* cujus principium: Ἆρα διδακτόν ἐστι ἡ ἀρετή; &c. XXmò, Δημόδοκος, ἢ, Περὶ,

(1) *Idem Dialogus vulgò inſcribitur* Συμπόσιον, ἢ, Περὶ ἔρωτος· *hoc eſt:* Convivium, ſive, De Amore. *Sed præferenda eſt lectio hujus Codicis manuſcripti Cæſarei, utpote quæ etiam apud* Laertium *exſtat in Vitâ* Platonis, *ubi genuini Platonis Dialogi quinquaginta ſex enumerantur, & inter eos quoque recenſetur* Συμπόσιον, ἢ, Περὶ ἀγαθοῦ.

(2) *Dialogum hunc ſecundum quidam olim crediderunt eſſe* Xenophontis, *ut refert* Athenæus *Deipnoſophiſtarum lib.* 11 *pag.* 506.

(3) *A* Laertio *lib.* 2 *& ab* Harpocratione *atque* Suidâ *ſub vocibus* Ἀξίοχος *&* Αἰσχίνης *tribuitur hic Dialogus* Æſchini Socratico.

(4) *A* Suidâ *in voce* Αἰσχίνης *tribuitur hic Dialogus* Æſchini Socratico. *Reverâ autem is nihil aliud eſt, quàm* Menonis compendium, *poſitâ videlicet nudâ illius argumenti tractatione, abſque ullis digreſſionibus.*

ἢ, Περὶ τοῦ ξυμβουλεύεσθαι· hoc eſt: *Demodocus*, ſive, *De conſilio dando*; cujus principium: Σὺ μὲν δὴ κελεύεις με &c; XXImò, Σίσυφος, ἢ, Περὶ τοῦ βουλεύεσθαι· hoc eſt: *Siſyphus*, ſive, *De conſultando*; cujus principium: Ἡμεῖς δὲ καὶ χθὲς σε πολὺν χρόνον ἀνεμείναμεν &c; XXIIdò, Ἀλκυών, ἢ, Περὶ μεταμορφώσεως· hoc eſt: *Alcyon*, ſive, *De Transformatione*; cujus principium: Τίς ἡ φωνὴ προσέβαλεν ἡμῖν, ὦ Σώκρατες, πόρρωθεν ἀπὸ τῶν αἰγιαλῶν καὶ τῆς ἄκρας ἐκείνης; ὡς ἡδεῖα ταῖς ἀκοαῖς· &c. Adjecta quoque jam enumeratis Dialogis ſunt *anonymi* cujuſdam *Græci Scholiaſtæ Annotationes marginales*, hactenùs ineditæ. Quamvis autem in præſtantiſſimo hoc Codice manuſcripto Cæſareo omnes illi Dialogi *Platoni* promiſcuè attribuantur, re verâ tamen *ſedecim* tantùm priores ſine ullâ controverſiâ ipſius ſunt; *quinque* autem ſequentes habentur pro nothis atque ſuppoſititijs, ut videre eſt in optimis *Operum Platonis* editionibus impreſſis græco-latinis *Henrici Stephani* Pariſijs A. 1578 in folio interprete *Joanne Serrano* & *Guillelmi Læmarij* Lugduni A. 1590 in folio interprete *Marſilio Ficino*, quippe ubi *quinque* iſti Dialogi ſeparatim collocati ſunt in fine poſt *Epiſtolas*. Vide etiam ibidem doctiſſimas *Henrici Stephani* Notas, in quibus de *Axiocho* ſic ſcribit: *Platoni Dialogum hunc adſcribit Stobæus, ubicunque aliquem ejus locum citat;* (1) *Harpocration autem ÆSCHINI Socratico, eique hâc in re aſſentitur* (2) *Diogenes Laertius, AXIOCHUM recenſens inter ſeptem Dialogos ÆSCHINIS, quos eſſe dicit* τὸ Σωκρατικὸν ἦθος ἀπομεμαγμένους; *niſi fortè aliquis alius fuit eodem nomine, ſed non eodem argumento, Dialogus. Marſilius Ficinus XENOCRATIS eſſe credidit, qui Platonis fuit & ipſe diſcipulus; atque id credendi occaſionem illi præbuit fortaſſe non aliud quàm quod apud* (3) *Laertium legitur in Vitâ Xenocratis, ſcriptum ab eo eſſe Dialogum de morte. Ego hoc unum affirmare auſim, à Platone ſcriptum non eſſe hunc Dialogum, quòd ejus ſermonem à Platonico planè diverſum eſſe animadvertam, & aliud genus* μεγαλοφωνίας *habere, quàm quod habet Platonicus; qui parciùs etiam quàm ille poeticis vocibus utitur.* Hæc *Henricus Stephanus*. Quod porro ad *ultimum* ſuprà enumeratorum viginti duorum Dialogorum, nempe *Alcyonem*, attinet, is in ſuprà laudatis Operum Platonis editionibus impreſſis omninò deeſt, quiâ vulgari opinione perperàm tribuitur *Luciano Sophiſtæ*, ejuſque (4) Operum Tomo primo inſertus eſt. Atenimverò tùm ex pervetuſto illo Codice manu-

A 2 ſcripto

(1) *In Lexico decem Græciæ Rhetorum ſub voce* Ἀξίοχος.

(2) *Libro ſecundo de Vitis, Dogmatibus & Apophthegmatibus illuſtrium veterum Philoſophorum Græcorum in Vitâ* Æſchinis, *pag.* 48 *editionis Menagianæ.*

(3) *Lib.* 3, *pag.* 99 *editionis Menagianæ.*

(4) *Vide Operum* Luciani *editionem græco-latinam Salmurienſem Joannis Benedicti A.* 1619 *in octavo, Tom.* 1 *pag.* 97.

scripto *Cæsareo*, de quo in præsens agitur, tùm ex *Vitâ Platonis* à *Diogene Laertio* conscriptâ, ut & ex *Athenæi* Deipnosophistis certò liquet, eundem Dialogum *Platoni* olim fuisse attributum; minùs tamen rectè; quoniam verus ejus autor à plerisque fuit habitus *Leo Academicus*. Ipsa *Laertij* verbâ eâ de re sunt hæc: Νοθεύονται δὲ τῶν διαλόγων ὁμολογουμένως Μίδων ἢ (1) Ἱπποτρόφος, Ἐρυξίας, ὁ καὶ Ἐρασίστρατος, ἢ (2) περὶ πλούτου, ἈΛΚΥΩΝ ἢ περὶ μεταμορφώσεως, (3) Ἀκέφαλοι ἢ (4)---, Σίσυφος ἢ περὶ τοῦ βουλεύεσθαι, Ἀξίοχος ἢ περὶ θανάτου, Φαίακες ἢ (5)---, Δημόδοκος ἢ περὶ τοῦ ξυμβουλεύεσθαι, Χελιδὼν ἢ (6)---, Ἑβδόμη ἢ (7)---, Ἐπιμενίδης ἢ (8)---. ὧν ἡ ἈΛΚΥΩΝ ΛΕΟΝΤΟΣ τινὸς εἶναι δοκεῖ, καθάφησι Φαβωρῖνος ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων. Hoc est: *Qui autem PLATONI, omnium consensu, falsò tribuuntur Dialogi, sunt hi: Midon sive Hippotrophus*, hoc est, *Nutritor equorum, Eryxias, qui aliàs etiam Erasistratus inscribitur, sive De Divitijs, Alcyon sive de Transformatione, Acephali sive ---, Sisyphus sive De consultando, Axiochus sive De Morte, Phæaces sive --- , Demodocus sive De consilio dando, Chelidon sive ---, Septima sive ---, & Epimenides sive --- ; è quibus ALCYON, ut Phavorinus in quinto Commentariorum ait, LEONTIS cujusdam esse videtur.* Hæc *Diogenes Laertius*. Quæ, ut suprà indicavi, confirmat *Athenæus* libro undecimo Deipnosophistarum

(1) *Ita rectè in* Laertij *Codice* Cæsareo *scriptũ est; nempe* Ἱπποτρόφος, *non autem, ut vulgò perperàm legitur,* Ἱπποστρόφος. (2) *Locus hic* Diogenis Laertij *in omnibus hactenùs impressis editionibus, ne ultima quidem illâ atq; optimâ Menagianâ exceptâ, valdè mendosus ac mutilus est, & re verâ sic legendus atque supplendus est, uti hîc exhibetur. Cùm enim ipse* Laertius *expressè testetur*, Πλάτωνα διπλαῖς χρῆναι ταῖς ἐπιγραφαῖς ἑκάστου τῶν βιβλίων· τῇ μὲν, ἀπὸ τοῦ ὀνόματος· τῇ δὲ ἀπὸ τοῦ πράγματος, *hoc est*, Platonem duabus uti inscriptionibus cujusque Dialogi, alterâ nempe à nomine personæ, alterâ autem ab ipsâ re desumptâ, *minimè dubium est, quin etiam* supposititij Platonis Dialogi *similiter duplicem habuerint titulum, nominalem videlicet atque realem. Ex his igitur* supposititijs Dialogis *ille, qui secundùm Laertij recensionem est* secundus, *& à* Suidâ *sub voce* Αἰσχίνης Æschini Socratico *tribuitur, ab ipsâ re, quæ in eo tractatur, jam olim fuit inscriptus, & etiam nunc rectè inscribitur* Περὶ πλούτου *sive* De divitijs: *de alterâ autem ejusdem Dialogi supposititij inscriptione, à nomine personæ desumptâ, jam olim fuit & etiam nunc est controversia, quia is jam* Laertij *ævo promiscuè fuit appellatus, & adhuc promiscuè appellatur* Eryxias *&* Erasistratus, *nempe ab* Eryxiâ Stiriensi *&* Erasistrato Phæacensi, *qui in uno atque eodem Dialogo cum* Socrate *colloquentes introducuntur. Valdè ergo errat* Suidas, *qui suprà citato loco ex uno atque eodem Dialogo duos facit diversos. Si quis etiam ipsum Dialogum attentè perlegerit, facilè perspiciet, eum potiùs* Eryxiam *inscribendum esse, quàm* Erasistratum. (3) *Similiter & apud* Suidam, *qui hunc quoque Dialogum* Æschini Socratico *tribuit, æquè obscurè legitur* οἱ καλούμενοι Ἀκέφαλοι. *Sed qualiscunque ille fuerit Dialogus, deest certè hîc secundus ejus titulus. Quod enim* Sisyphus *peculiaris sit Dialogus, & ab* Acephalis *planè diversus, nullâ indiget probatione, cùm ipse adhuc exstet integer.* (4) *Vulgò ibi perperàm legitur plurali numero* Σίσυφοι. (5) *Deest hîc secundus hujus Dialogi titulus, ab ipsâ re desumptus; qui forsan fuit* Περὶ ἀσωτίας, *sive*, De luxu. Phæaces *enim, incolæ Insulæ* Phæacis, *quæ aliàs* Corcyra *dicitur, luxui adeò fuerunt dediti, ut* Horatius *Libri primi Epist.* 15 *ad Valam nomen* Phæacis *usurpet pro homine benè curato, ventrique & gulæ addicto. Ipsi ejus versus sunt hi:* Tractus uter plures lepores, uter educet apros; Vtra magis pisces & echinos æquora celent; PINGVIS ut inde domum possim, PHÆAXq; reverti; Scribere te nobis, tibi nos accredere par est. *Vide etiam* Erasmi Roterodami *explicationem Proverbij*, Φαιακικῶς ζῆν *sive* Phæacum more vivere. (6, 7, 8) *Desunt hîc horum Dialogorum secundi tituli, ab ipsâ re desumpti.*

rum autoritate *Niciæ Nicaensis* hoc modo: Ὁ δεύτερος Πλάτωνος εἰς Ἀλκιβιάδην διαλόγων ὑπό τινων Ξενοφῶντος εἶναι λέγεται, ὡς καὶ ἡ ἈΛΚΥΩ'Ν ΛΕ'ΟΝΤΟΣ ΤΟΥ͂ ἈΚΑΔΗΜΑΪΚΟΥ͂, ὥς φησι Νικίας ὁ Νικαεύς. Hoc eſt: *Secundus Platonis in Alcibiadem Dialogus à quibuſdam Xenophontis eſſe dicitur, quemadmodum & ALCYON LEONTIS ACADEMICI, ut ait Nicias Nicaenſis.* Hæc *Athenæus.* Quod ſupereſt, utiliſſimum certè fore moneo, ut cum jam memorato Dialogorum Platonicorum eximio Codice manuſcripto *Cæſareo* editiones hactenùs impreſſæ diligenter conferantur, & partim Lectionum variantium, partim Annotationum veterum græcarum marginalium beneficio emendentur atque illuſtrentur.

II.

Secundus (1) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in folio, conſtátque folijs *centum ſexaginta duobus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *Platonis Dialogi decem:* nempe Imò, *Euthyphro,* cujus ſuprà jam eſt facta mentio; IIdò, *Apologia Socratis*, cujus itidem ſuprà jam eſt facta mentio; IIItiò, *Crito*, cujus itidem ſuprà jam eſt facta mentio; IVtò, *Phædo*, cujus itidem ſuprà jam eſt facta mentio; Vtò, *Cratylus,* cujus itidem ſuprà jam eſt facta mentio; VItò, *Theætetus*, cujus itidem ſuprà jam eſt facta mentio; VIImò, *Sophiſta*, cujus itidem ſuprà jam eſt facta mentio; VIIIvò, *Politicus*, cujus itidem ſuprà jam eſt facta mentio; IXnò, Φαῖδρος, ἢ, Περὶ καλοῦ· hoc eſt: *Phædrus,* ſive, De pulchro; cujus principium: Φίλε Φαῖδρε, ποῖ δὴ καὶ πόθεν; &c; Xmò, *Parmenides*, cujus ſuprà jam eſt facta mentio. Adjunctæ etiam his Dialogis paſſim ſunt *anonymi* cujuſdam *Scholiaſtæ Annotationes græcæ marginales* hactenùs ineditæ. Qui verò ante *Sambucum* Codicis hujus manuſcripti poſſeſſores fuerint, indicatur ibidem folij primi paginâ primâ his verbis: *Franciſco Aleardo, Viro doctiſſimo & nobiliſſimo, Thadæus Quirinus, Patricius Venetus, hos Platonis Libros amoris & benivolentiæ optumum teſtimonium, ex numeroſâ Bibliothecâ delectos, dono liberaliter dedit, faventibus Muſis.*

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philoſophicos & Philologicos Græcos* decimus quintus.

III.

Tertius (2) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt chartaceus antiquus in *folio*, conſtátque folijs *ducentis ſeptendecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Philoſophicos & Philologicos Græcos* trigeſimus primus.

Primò, & quidem à fol 1 pag. 1 usque ad fol. 122 pag 2, *Platonis Dialogi septem:* quorum primus, *Euthyphro* sive *De sancto*; secundus, *Socratis Apologia*; tertius, *Crito* sive *De eo, quod agendum est:* qui in hoc Codice præterea etiam inscribitur Περὶ δόξης ἀληθοῦς καὶ δικαιοσύνης, hoc est, *De gloriâ verâ & Justitiâ*; quartus, *Phædo* sive *De Animâ*; quintus, *Cratylus* sive *De rectâ nominum ratione*; sextus, *Theætetus* sive *De scientiâ*; septimus, *Phædrus* sive *De pulchro*; octavus, Μενέξενος ἢ Ἐπιτάφιος, hoc est, *Menexenus*, sive, *Funebris oratio*, quæ continet exhortationem ad patriam amandam & defendendam, & his incipit verbis: Ἐξ ἀγορᾶς ἢ πόθεν &c.

Secundò, & quidem à fol. 122 pag. 2 usque ad fol. 179 pag. 2, *Platonis* Πολιτειῶν ἢ περὶ δικαίου, hoc est, *De Republicâ sive de Justo Libri quinque priores*, quarum *primus* inscribitur atque incipit hoc modo: Πλάτωνος πολιτεία ἢ περὶ δικαίου α΄. Κατέβην χθὲς εἰς Πειραιᾶ &c.

Tertiò, & quidem à fol. 180 pag. 1 usq; ad fol. 217 pag. 2, *Gemini Rhodij*, antiqui ac celebris Mathematici Græci, qui seculo ante Christum primo *L. Cornelij Syllæ*, *Cn. Pompeij Magni* & *M. Tullij Ciceronis* temporibus claruit, *Introductio in Phænomena*, sive, *Elementa Astronomiæ*; quorum titulus & principium: Γεμίνου εἰσαγωγὴ εἰς τὰ φαινόμενα. Ὁ τῶν ζῳδίων κύκλος διαιρεῖται εἰς μέρη δώδεκα, &c; finis autem: καὶ φιλεῖ ἐπισημαίνειν ἐπ᾽ αὐτοῦ. Exstat hoc Opus *græcè* & *latinè* in R. P. *Dionysij Petavij*, Societatis Jesu Presbyteri, *Vranologio*, sive, Systemate variorum Autorum, qui de Sphærâ ac sideribus eorumque motibus græcè commentati sunt, Parisijs apud Sebastianum Cramosium A. 1630 in folio edito, ibidémque de ætate, vitâ ac scriptis *Gemini* in Præfatione ad Lectorem hæc inprimis observatu digna leguntur: *Primus horum Autorum est GEMINVS, qui ante annos amplius quadraginta prodijt græcè latinèque ab Edone Hilderico; Scriptor eruditus & antiquus. Vixit enim Syllæ ac Ciceronis seculo, ut ex ijs constat, quæ ad paginam trigesimam tertiam in Notis observamus. Patriâ Rhodium fuisse inter omnes convenit; sed Romæ, & in Italiâ vixisse, non levis est conjectura, ibique Commentarium hunc scripsisse, ut in ijsdem Scholijs adnotavimus. Ac vel nomine ipso GEMINI satis hoc evincitur, Latinorum usu & commercio implicatum esse hominem, ac libertum fortean, ac clientem alicujus fuisse Familiæ, cui peculiare cognomen id erat, nempe Serviliorum. Proclus in Commen-*

tarijs

tarijs ad priores Euclidis libros non ſemel, GEMINVM laudat; quem & Γεμῖνον perpetuò nominat, circumflexâ penultimâ: indidemq; colligitur, quædam illum de Geometriâ ſcripſiſſe. Cujus fidem facit Catalogus Librorum, qui ex Baroccianâ Bibliothecâ nuper in Angliam avecti ſunt, quos inter Gemini Liber exſtat nondum editus. Sed & Procli Sphæra nihil aliud eſt præter Iſagoges Gemini capita quædam, quod ſuo loco declaravimus. Hucuſque R.P. *Petavius*. Vide etiam *Gerard. Joan. Voſſij* Librum de Scientijs Mathematicis cap. 16 § 5 & cap. 33 § 7.

IV.

Quartus (1) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in folio, conſtátque folijs trecentis undecim. Continentur eo hæc:

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 201 pag. 2, *Platonis Dialogi novem*, cum nonnullis *Annotationibus græcis marginalibus:* nempe *Euthyphro, Socratis Apologia, Crito, Phædo, Cratylus, Theætetus, Parmenides, Sophiſta*, & *Gorgias*; quorum omnium ſuprà in recenſione trium præcedentium Codicum uberiùs jam eſt facta mentio.

Secundò, & quidem à fol. 202 pag. 1 uſque ad fol. 259 pag. 2, *Ariſtidis* (2) *Adrianenſis*, Rhetoris clariſſimi, qui ſeculo poſt Chriſtum *ſecundo* ſub *Imp. Marco Antonino Philoſopho* potiſſimùm floruit, *Oratio contra Platonem pro Quatuorviris Pericle, Cimone, Miltiade & Themiſtocle*, cujus titulus & principium: Ἀριστείδου πρὸς Πλάτωνα ὑπὲρ τῶν τεσσάρων. Παραιτεῖσθαι μὲν οὐκ οἶδα ὅτι δεῖ περὶ τῶν αὐτῶν πολλάκις &c. Præfixa huic Orationi eſt *Vita Ariſtidis*, à (3) *Sopatro Apamenſi*, Sophiſtâ celeberrimo, qui juſſu *Imp. Conſtantini Magni*, cui familiariſſimus fuerat, tandem ſecuri percuſſus eſt, conſcripta, cujus titulus & principium: Ἀριστείδου βίος. (4) Τρεῖς φοραὶ ῥητόρων γεγόνασιν· ὧν ἡ μὲν πρώτη ἀγράφως ἐλέγχῳ &c; finis autem: οὐ πάνυ δὲ γηραιὸς τέθνηκε. Sequuntur deinde ejuſdem *Sopatri Prolegomena de Charactere Orationum Ariſtidis*, quorum principium: Περὶ δὲ τοῦ χαρακτῆρος καὶ τῆς ἐν τοῖς λόγοις Ἀριστείδου φύσεως· τοῦτο

γὰρ

(2) Ἀδριανεύς; *à patriâ videlicet, quæ apud* Philoſtratū *in ipſius Vitâ, & apud* Suidam *ſub nomine* Σώπατρος *vocatur* Ἀδριανοί, πόλις Μυσίας, *hoc eſt*, Adriani, Vrbs Myſiæ. *In Vitâ autem ejuſdem à* Sopatro Apamenſi *conſcriptâ, quæ in hoc Codice manuſcripto Cæſareo Orationibus ipſius præfixa eſt, appellatur patria illius* Adrianopolis Joniæ. *Ipſa verba eò pertinentia ſunt hæc:* Ἐγένετο δὲ ἀπὸ Ἀδριανουπόλεως τῆς Ἰωνίας· Ἀδριανοὶ γὰρ οἱ πολῖται αὐτῆς λέγονται. (3) *Vide de eo* Eunapium *in Vitâ* Jamblichi, *cujus fuit diſcipulus; & in Vitâ* Ædeſij. *Appellatur is ibi* Σώπατρος ὁ ἐκ Συρίας, ἀνὴρ εἰπεῖν τε καὶ γράψαι δεινότατος. *Conſule etiam* Suidam *ſub nomine* Σώπατρος. (4) *Epitome hujus Vitæ, ſed valdè mutila & interpolata exſtat in Orationum* Ariſtidis *editione græcâ Florentinâ Philippi Juntæ A.* 1517 *in folio, cujus principium:* Τρεῖς φορὰς Ῥητόρων γενέσθαι φασί· τὴν σχεδίοις λόγοις χρωμένην, &c.

τῶ παρήκαμεν ἐν τοῖς ἄνω εἰπεῖν· ἤδη μὲν Λογγῖνος καὶ πάντες οἱ κριτικοὶ πολλὰ παρεσήκασιν, ὡς γόνιμος, &c; finis autem: ἀλλ' ὥρα λοιπὸν, ἐπ' αὐτὴν τῶν ἐδαφίων ἐλθεῖν τὴν ἐξέτασιν. His porrò subjungitur Orationis *Hypothesis* sive *Argumentum*, ab eodem *Sopatro* conscriptum, cujus principium? (1) Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος, ἐπισημότατος ἐν φιλοσοφίᾳ γενόμενος, &c; finis autem: δῆλον ἐκ τούτων, ὡς πανηγυρικῆς ὁ λόγος ἐστὶν ὑποθέσεως. Post hanc *Hypothesin* sequitur demùm ipsa *Aristidis* Oratio, respectu *Periclis*, *Cimonis*, *Miltiadis* & *Themistoclis* in *quatuor Tmemata* sive *Sectiones* divisa, quarum *tertia*, quæ ad *Miltiadem* pertinet, peculiarem suam habet *Hypothesin*, cujus principium: (2) Ἡρόδοτος ἐν τῇ ς' ἱκανῶς ἐξείργασται τὰ περὶ Μιλτιάδην, &c. *Quinta* autem sive reliqua tota ejusdem Orationis Pars post verba περιστῆναι προσήκει, quibus *Sectio quarta de Themistocle* clauditur, omninò deest. Ea verò in Orationum *Aristidis* editione græcâ *Florentinâ* Philippi Juntæ anni 1517 in folio exstat à fol. 144 pag. 2 usque ad fol. 159 pag. 2, ibique inscribitur atque incipit his verbis: ΚΟΙΝῊ ἈΠΟΛΟΓΙΑ. Ἃ μὲν τοίνυν περὶ τῶν ἀνδρῶν εἰκὸς ἦν εἰπεῖν, &c; desinit autem, φίλον οὐκ ἐχθρὸν κρίνω.

Tertiò, & quidem à fol. 260 pag. 1 usque ad fol. 311 pag. 1, *Aristidis contra Platonem pro Rhetoricâ Orationes duæ*, quarum *prima* inscribitur atque incipit his verbis: Ἀριστείδου πρὸς Πλάτωνα ὑπὲρ Ῥητορικῆς λόγος α'. (3) Οἴμαι δεῖν, ὅς τις μέλλει τὰ δέοντα ἐρεῖν, &c; desinit autem, ὁ μὲν δὴ ὑπὲρ ῥητορικῆς λόγος, οὗτος. *Secundæ* verò Orationis titulus cum principio est talis: Ἀριστείδου ῥήτορος ὑπὲρ ῥητορικῆς λόγος β'. (4) Ἐπεὶ δὲ καὶ Μιλτιάδου καὶ Θεμιστοκλέους κατηψάτο καὶ Κίμωνος καὶ Περικλέους, &c; finis autem, τὰ δὲ, οὕτωσὶ πεζῇ. Similiter etiam exstant hæ *duæ Aristidis Orationes* in suprà citatâ antiquâ græcâ editione *Florentinâ*. In *Gulielmi* autem *Canteri* Vltrajectini Orationum Aristidis editione latinâ Basileensi A. 1556 in folio, ut & in editione græco-latinâ *Pauli Stephani* A. 1604 in octavo, sunt jam memoratæ duæ Orationes *una atque eadem Oratio*; cui opinioni etiam ipse assentior. Nec aliter judicavit *Sopater Apamensis*, utpote qui duabus illis Orationibus *unicam* præfixit *Hypothesin*, quæ in præsenti Codice manuscripto *Cæsareo* inscribitur atque incipit his verbis: Ὑπόθεσις τοῦ ὑπὲρ ῥητορικῆς. Ἀριστείδης ὁ σοφιστὴς ἐντυχὼν Γοργίᾳ τοῦ Πλάτωνος, καὶ τῶν Ἀθηναίων ῥήτορας διαβαλλομένους εὑρὼν,

(1) *Exstat quidem hæc* Hypothesis *in suprà memoratâ Orationum* Aristidis *antiquâ editione græcâ Florentinâ fol.* 127 *pag.* 1, *sed valdè mutila & interpolata, incipitque ibi his verbis:* Πλάτων πάντας ἐπὶ τὸ φιλοσοφεῖν προτρεπόμενος.

(2) *Vide suprà citatam editionem græcam Florentinam fol.* 134. *pag.* 2.

(3) *Vide supra citatam edit. græc. Florent. fol.* 111 *pag.* 1.

(4) *Vide suprà citatam edit. Florent. fol.* 118 *pag.* 1.

εὑρὼν, τῷ πιθανῷ πρὸς τὴν τῶν ἀναγκαίων λύσιν χρησάμενος, τὸν λόγον συνέθηκε, προσποιούμενος περιτρέπειν εἰς τοὐναντίον, ἃ Πλάτων μετ' ἀποδείξεως εἴρηκεν. ἵνα δέ σοι σαφέστερον, ἈΛΈΞΑΝΔΡΕ τιμιώτατε, τήν τε τοῦ Πλάτωνος καὶ τὴν τοῦ σοφιστοῦ μεταχείρισιν ἐκκαλύψωμεν, περὶ τοῦ πολιτικοῦ ὀλίγα πρὸ τῆς ὑποθέσεως προλάβωμεν, οἷος ἐστὶν ὁ πολιτικὸς ὑπογράφοντες. ὁ πολιτικὸς &c; definit autem: καὶ νῦν εἰ δοκεῖ σαφέστερον τοῦτο ὀψόμεθα. Eadem *Hypothesis* exstat quoque in suprà memoratâ antiquâ græcâ editione *Florentinâ* à fol. 103 pag. 2 usque ad fol. 104 pag. 2, ibique inscribitur hoc modo: Προλεγόμενα τῶν περὶ Ῥητορικῆς λόγων ΣΩΠΑ΄ΤΡΟΥ.

V.

Quintus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *folio*, constátq; folijs *trecentis viginti duobus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 117 pag. 2, *Platonis Dialogi octo:* nempe *Socratis Apologia, Crito, Phædo, Axiochus, Alcyon, Menexenus, Phædrus,* & *Gorgias;* ex quibus, ut (2) suprà jam indicavi, *primus, secundus, tertius, sextus, septimus* & *octavus* genuini, *quartus* autem & *quintus* supposititij sunt.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* decimus tertius.

(2) *Vide suprà pag.* 3, 4, 5.

Secundò, & quidem à fol. 117 pag. 2 usque ad fol. 212 pag. 1, *Platonis Libri decem de Republicâ*, quorum *primus* incipit. Κατέβην χθὲς εἰς Πειραιᾶ &c. Vide etiam suprà pag. 6.

Tertiò, & quidem à fol. 212 pag. 2 usque ad fol. 218 pag. 1, *Timæi Locri*, Philosophi Pythagorei celeberrimi, qui seculis ante Christum, partim *quinto*, partim *quarto*, floruit, *Liber de Animâ Mundi & Naturâ*, dialecto *Doricâ* conscriptus, cujus titulus & principium: Τιμαίω Λοκρῶ περὶ ψυχᾶς κόσμω καὶ φύσιος. Τίμαιος ὁ Λοκρὸς τάδ' ἔφα· δύο αἰτίας εἶμεν τῶν συμπάντων &c. Exstat hic *Timæi* Liber inter Opera *Platonis*, quia *Plato* illum Dialogo suo, quem eâ de causâ *Timæum* inscripsit, Commentarij vice dilucidiùs explicavit. Introducitur enim ibi *Timæus* de Naturâ universi disputans cum *Socrate*, & quidem respectu temporis verisimilimè. Certò quippe constat, (3) *Socratem* floruisse seculo ante Christum *quinto* & ipso (4) *quadringentesimo* ante initium vulgaris Æræ Christianæ anno, haustâ cicutâ, in carcere obijsse; nec minùs certum est, eodem *quinto* ante Christum seculo floruisse etiam *Parmenidem Eleatem*, *Empedoclem Agrigentinum*

(3) *Vide Prodromum meum Historiæ Literariæ lib.* 2 *cap.* 12 *&* 13.

(4) *Vide* R. P. Dion. Petavij *Opus de Doctrinâ Temporũ lib.* 13.

gentinum & *Heraclitum Ephesium*, quorum, ut *Macrobius* Commentarij in Somnium Scipionis lib. 1 cap. 2 refert, *Timæus* fuit *PROGENIES*, hoc est, ut ego interpretor, *discipulus* seu *auditor*. Floruit igitur etiam *Timæus* eodem *quinto* ante Christum seculo, partim *juvenis*, partim *mediæ ætatis vir*; *extrema* autem ejusdem *ætas* & *obitus* inciderunt in seculum ante Æram Christianam *quartum*, *Platone* adhuc *juvene*, & Philosophiæ excolendæ gratiâ exteras Regiones, eo nomine præcipuè claras, peragrante. Vnde verissimum esse patet, quod *Cicero* capite vigesimo nono Libri quinti de Finibus bonorum & malorum scribit, *Platonem Timæi* audiendi, & Pythagoricæ doctrinæ addiscendæ causâ, *Locros* se contulisse. Ipsa *Ciceronis* verba sunt hæc: *Plato Ægyptum peragravit, ut à Sacerdotibus barbaris numeros & cælestia acciperet; post Tarentum ad Architam, & ad cæteros Pythagoreos, Echecratem, TIMÆVM, Acrionem LOCROS se contulit, ut, cùm* (1) *Socratem expressisset, adjungeret Pythagoreorum disciplinam, eáque, quæ Socrates repudiabat, addisceret.* Hæc *Cicero*. Minimè ergo audiendus est *Sebastianus Foxius Morzillus Hispalensis*, dum in Prolegomenis Commentarij sui in Timæum Platonis sic scribit: *Cùm autem Timæus hìc inducitur, minimè quidem putes, eum Socratis Platonisve tempore fuisse, sed longè ante.* Hæc *Foxius*; quæ, ut suprà demonstratum est, veræ temporis supputationi manifestè repugnant.

Quartò, & quidem à fol. 219 pag. 1 usque ad fol. 229 pag. 2, *Xenophontis Atheniensis*, Philosophi, Oratoris & Imperatoris clarissimi, qui *Socratis* fuit discipulus, & seculo ante Christum *quarto* præcipuè floruit, Συμπόσιον sive *Convivium*, cujus titulus & principium: (2) Ξενοφῶντος, Ῥήτορος καὶ Φιλοσόφου, Συμπόσιον. Ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔργα, οὐ μόνον τὰ μετὰ σπουδῆς πραττόμενα, ἀξιομνημόνευτα εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν ταῖς παιδιαῖς. οἷς δὲ &c.

Quintò, & quidem à fol. 230 pag. 1 usque ad fol. 246 pag. 1, *Platonis Epistolæ decem*: quarum *prima* ad *Dionysium Juniorem*, Syracusanorum Tyrannum, inscribitur atque incipit hoc modo: Πλάτωνος Ἐπιστολαί. (3) Πλάτων Διονυσίῳ (2) εὖ πράττειν. Διατρίψας ἐγὼ παρ' ὑμῖν χρόνον τοσοῦτον &c; *secunda* ad *Dionysium*, Ἤκουσα

(1) *Secundùm* Diogenem Laertiū *audivit* Plato Socratem *annos natus viginti, anno ante Christum* 408. *Quâ de re vide* R.P. Dionysij Petavij *S. I. Opus de Doctrinâ temporum lib.* 13 *pag.* 581.

(2) *Vide Operum* Xenophontis *editionem græco-latinam Sylburgianam pag.* 872.

(3) *In suprà citatis Operum* Platonis *editionibus impressis attribuitur hæc Epistola non* Platoni, *sed* Dioni Syracusano, *& inscribitur* Δίων Διονυσίῳ εὖ πράττειν. (2) *Hâc salutationis epistolaris formulâ, nempe* εὖ πράττειν, *sive* Benè agere, Plato *peculiariter usus est*; Epicurus *autem* εὖ διάγειν, *hoc est*, Benè vivere; Cleon *verò* χαίρειν *hoc est*, Gaudere; *ut refert* Diogenes Laertius *in Vitâ Platonis.*

Ἤκουσα Ἀρχεδήμου &c; *tertia* ad *Dionysium*, Ἐπιστείλας, δὲ ὀρθῶς &c; *quarta* ad *Dionem Syracusanum*, Οἶμαι μὲν, φανερὸν εἶναι &c; *quinta* ad *Perdiccam*, Εὐφραίῳ μὲν συνεβούλευσα &c; *sexta* ad *Hermiam*, *Erastum* & *Coriscum*, Ἐμοὶ φαίνεταί θεῶν τις &c; *septima* ad *Dionis Syracusani propinquos & familiares*, Ἐπεστείλατέ μοι νομίζειν &c; (1) *octava* ad *Archytam Tarentinum*, Ἀφίκοντο πρὸς ἡμᾶς &c; (2) *nona* ad *Aristodorum*, Ἀκούω Δίωνα ἐν τοῖς μάλιστα &c; (3) *decima* ad *Dionysium Juniorem*, Syracusanorum Tyrannum, Ἀρχή σοι τῆς ἐπιστολῆς ἔστω &c. Desunt ergò hîc *Epistolæ tres*; quia *Diogenes Laertius* expressè refert, suâ ætate *tredecim Platonis Epistolas* exstitisse; & re verâ totidem etiamnunc exstant in suprà citatis Operum *Platonis* editionibus impressis: de quibus quid censeat *Photius* Patriarcha Constantinopolitanus, vide in *Epistolâ* ipsius *ducentesimâ septimâ* ad *Amphilochium* Metropolitanum Cyzicenum. Cæterùm ut *Platonis Epistolæ* rectè intelligantur, legenda non solùm est *Vita Platonis* à *Diogene Laertio* & (4) *Olympiodoro* conscripta, verùm etiam *Vita Dionis Syracusani* apud *Cornelium Nepotem* & *Plutarchum*, unà cum libro decimo quarto & decimo quinto Bibliothecæ Historicæ *Diodori Siculi*. Ex recentioribus autem Autoribus consulendus præcipuè est *Hubertus Goltzius* Parte secundâ Historiæ Siciliæ, quæ *de Vita ac Rebus gestis Regum Siciliæ* inscribitur, & peculiaria duo continet Capita, quibus de *duobus* (5) *Dionysiis*, *Seniore* videlicet ac *Juniore*, ex professo agitur ad illustranda antiqua *Numismata Græca*, quæ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ nomine insignita sunt.

Sextò, & quidem à fol. 246 pag. 2 usque ad fol. 247 pag. 2, *Platonis Definitiones*, quarum titulus & principium: Πλάτωνος ὅροι. Ἀΐδιον, τὸ κατὰ πάντα χρόνον καὶ πρότερον ὂν, καὶ &c. Quamvis autem harum *Definitionum* nulla à *Laertio* in *Vitâ Platonis* fiat mentio, eas tamen ut genuinas defendit *Isaacus Casaubonus* in Annotationibus ad caput tertium Characterum ethicorum *Theophrasti* his verbis: *In Theæteto Platonis* κολακεία *sive Adulatio definitur breviter*, τέχνη ἡδυντικὴ, *Ars suavitatis conciliatrix. In ejusdem Definitionibus (non enim iis assentiri debemus, qui temerè & contra auctoritatem vetustissimorum scriptorum illum Librum à Platone abjudicant) ita definitur:* Κολακεία, ἡ πρὸς ἡδονὴν ἄνευ τοῦ βελτίστου.

(1) *Hæc in editionibus impressis est* nona.

(2) *Hæc in editionibus impressis est Epistola* decima.

(3) *Hæc in editionibus impressis est Epistola* decima tertia, *atque ibi habetur pro nothâ sive suppositiâ.*

(4) Platonis *Vitam, ab* Olympiodoro *conscriptam, primus græcè in lucem edidit* Mericus Casaubonus *in Notis in* Diogenem Laertium.

(5) *Horum prior, nempe* Pater *sive* Senior, *invasit* Syracusis *tyrannidem anno ante Christum 405; alter autem, nempe* Filius *sive* Junior, *patri defuncto successit anno ante Christum 368, & anno 343 per* Timoleontem Corinthium *tyrannide exutus, & Corinthum missus, ibi deinceps, mirâ fortunæ mutatione,* Ludimagistrum *egit.*

 Septimò,

Septimò, & quidem à fol. 247 pag. 2 usque ad fol. 251 pag. 2, anonymi cujusdam eclogarij *Excerpta ex Diogenis Laertij Libris decem de Vitis, Dogmatibus & Apophthegmatibus illustrium veterum Philosophorum Græcorum;* quorum titulus & principium: Λαερτίου Διογένους ἐκ τῶν εἰς τὸν γνωμῶν φιλοσόφους ἕλληνας λόγων. Ὅτι φασί τινες, τὸ τῆς φιλοσοφίας ἔργον ἀπὸ βαρβάρων ἄρξαι· γεγενῆσθαι γὰρ &c.

Octavò, & quidem fol. 251 pag. 1 & 2, *Lysidis Pythagorei Epistola ad Hipparchum*, cujus titulus & principium: Λύσιδος τοῦ Πυθαγορείου ἐπιστολὴ πρὸς Ἵππαρχον. Μετὰ τὸ Πυθαγόραν ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι, &c. Exstat ea in Appendice editionis græco-latinæ *Diogenis Laertij* Parisijs typis Henrici Stephani A. 1594 in octavo, pag. 875.

Nonò, & quidem à fol. 252, pag. 1 usque ad fol. 319 pag. 1, *Dionis Prusæensis*, ob eloquentiam cognominati *Chrysostomi*, (1) qui seculo post Christum *secundo* sub *Imp. Trajano* potissimùm floruit, *Orationes*, seu, *Declamationes rhetoricæ septendecim;* quarum prima *de Gloriâ* inscribitur atque incipit hoc modo: Δίωνος τοῦ παρ' ἕλλησι Χρυσοστόμου ῥητορικαὶ μελέται. Περὶ δόξης λόγος α΄. Εἰσί τινες τῶν τοὺς μὲν φιλαργύρους &c; secunda *de Gloriâ:* Περὶ δόξης δεύτερος. Τίνι γὰρ δοκεῖ σοι μάλιστα διαφέρειν ὁ σώφρων &c; tertia, quæ est *de Fortunâ prima:* Περὶ τύχης λόγος α΄. Οἱ ἄνθρωποι ἐοίκασι πρὸς τὴν τύχην διακεῖσθαι &c; quarta, quæ est *de Fortunâ secunda:* Περὶ τύχης δεύτερος. Τὰ γινόμενα περὶ τῶν ἀνθρώπων &c; quinta, quæ est *de Fortunâ tertia:* Περὶ τύχης τρίτος. Οἱ σφόδρα τῇ τύχῃ πεπιστευκότες &c; sexta, sive, *Achilles:* Ἀχιλλεύς. Ὁ Ἀχιλλεὺς τὸν Χείρωνα ἤρετο· &c; septima, nempe *Olympica, seu, de primâ Dei cognitione:* Ὀλυμπικὸς, ἢ, περὶ τῆς πρώτης τοῦ Θεοῦ ἐννοίας, Ἀλλ' ἦ τὸ λεγόμενον, ὦ ἄνδρες, &c; octava, nempe *Nessus, seu Dejanira:* Νέσσος ἢ Δηϊάνειρα. Ἔχεις μοι λῦσαι ταύτην τὴν ἀπορίαν &c; nona, quæ est *de Regno prima:* Περὶ βασιλείας λόγος πρῶτος. Φασί ποτε Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ τὸν αὐλητὴν Τιμόθεον &c; decima, quæ est *de Regno secunda:* Περὶ βασιλείας λόγος β΄. Λέγεταί ποτε Ἀλέξανδρον τῷ πατρὶ Φιλίππῳ &c; undecima, quæ est *de Regno tertia:* Περὶ βασιλείας λόγος τρίτος. Σωκράτης Ἀθήνησι πρεσβύτης ἀνὴρ καὶ πένης &c; duodecima, quæ est *de Regno quarta:* Περὶ βασιλείας λόγος δ΄. Φασί ποτε Ἀλέξανδρον Διογένει συμβαλεῖν, οὐ πάνυ τοι σχολάζοντα, &c; decima tertia, nempe *Fabula Libyca:* Μῦθος Λιβυκός. Μῦθον Λι-

βυκὸν

(1) *De* Dionis Chrysostomi *vitâ & scriptis consulendi præcipuè sunt* Philostratus *Libro primo de Vitis Sophistarum*, Synesius *in Oratione, quæ inscribitur* Dion, Photius *Patriarcha Constantinopolitanus in recensione Codicis Bibliothecæ suæ ducentesimo nono, &* Suidas *sub nomine* Δίων.

βυκὸν ἐκποιεῖν, καὶ περὶ τὰ τοιαῦτα &c; decima quarta, nempe *Trojana de Ilio non capto:* Τρωικὸς ὑπὲρ τοῦ Ἴλιον μὴ ἁλῶναι. Οἶδα μὲν ἔγωγε σχεδὸν, ὅτι διδάσκειν μὲν ἀνθρώπους &c; decima quinta, nempe *de Homero:* Περὶ Ὁμήρου. Ὁ μὲν Δημόκριτος περὶ Ὁμήρου φησὶν οὕτως· &c; decima sexta, nempe *de Socrate:* Περὶ Σωκράτους. Ἐπεὶ φαίνῃ καὶ τἄλλα Σωκράτους ἐπαινέτης &c; decima septima, nempe *de Avaritiâ:* Περὶ πλεονεξίας. Οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ὑπὲρ τούτων οἴονται λέγειν, &c. Operæ pretium, ut opinor, fuerit, Orationes hasce manuscriptas conferri cum impressâ *Orationum Dionis Chrysostomi* editione græco-latinâ Parisinâ *Federici Morelli* A. 1604 in folio; quâ etiam ipse, cùm hæc scriberem, usus sum.

Decimò, & quidem à fol. 319 pag. 1 usque ad fol. 320 pag. 2, anonymi cujusdam Eclogarij *Excerpta ex reliquis Dionis Chrysostomi Scriptis;* quorum titulus & principium: Ἐκλογαὶ ἐκ τῶν λοιπῶν τοῦ Δίωνος συγγραμμάτων. Δεῖν, ἔλεγε, τὸν φρόνιμον ἄνδρα ὥσπερ τὸν ἀγαθὸν ἰατρὸν &c.

Undecimò, & quidem fol. 321 pag. 1 & 2, *Dionis Chrysostomi Oratio de Regno & Tyrannide;* cujus titulus & principium: Περὶ βασιλείας καὶ τυραννίδος. Καὶ μὴν εἴ τις ἑνὸς ἀνδρὸς οὐχ οἷός τε ἐστὶν ἄρχειν, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 321 pag. 2 usque ad fol. 322 pag. 2, *Dionis Chrysostomi Oratio*, inscripta *Philoctetes*, cujus principium: Φοβοῦμαι, μήποτε μάτων κατ' ἐμοῦ φανῶσιν &c.

VI.

Sextus(1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *membranaceus* antiquus & elegans in folio; atque aureis literis passim exornatus, constátque folijs *septuaginta septem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo *Platonis Dialogi tres:* quorum primus, *Crito*, sive, *De eo quod agendum est;* secundus, Συμπόσιον ἢ περὶ ἔρωτος, hoc est, *Convivium sive De* (2) *amore;* tertius, *Phædrus*, *sive*, *De pulchro;* de quibus omnibus suprà jam uberior facta est mentio. Subjuncta ijs hîc in fine sunt *Septem Græciæ Sapientum Symbola*, quorum *primum*, nempe *Solonis*, Μηδὲν ἄγαν, sive, Ne quid nimis.

(1) *Fuit in olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos centesimus trigesimus septimus.*

(2) *Vide suprà pag. 2, ubi inscribitur* Συμπόσιον ἢ περὶ ἀγαθοῦ.

VII.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos centesimus sexagesimus secundus.*

Septimus (1) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in quarto, conſtátque folijs *ducentis quadraginta ſeptem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 39 pag. 2, *Platonis Phædon*, ſive, *Dialogus de Animâ*; cujus ſuprà jam aliquoties facta eſt mentio.

Secundò, & quidem à fol. 40 pag. 1 uſque ad fol. 155 pag. 2, *Procli Lycij Diadochi*, Philoſophi Platonici celeberrimi & Mathematici probatiſſimi, qui circa annum Chriſti *quingenteſimum* floruit, *Commentariorum in primum Elementorum Euclidis Librum Libri tres priores*, quorum *primus* ſine ullo titulo ſive inſcriptione incipit his verbis: Τὴν μαθηματικὴν οὐσίαν, οὔτε τῶν πρωτίστων ἐν τοῖς οὖσι γενῶν, οὔτε τῶν ἐσχάτων εἶναι, &c; *tertius* autem definit: καὶ ἐπὶ πλειόνων ἑνός. Deeſt igitur in hoc Codice manuſcripto *Cæſareo* eorundem Commentariorum *Liber quartus* ſive *ultimus*. Quòd enim *Proclus primum Elementorum Euclidis Librum quatuor Libris* explanaverit, re ipsâ apparet ex impreſſis *Elementorum Euclidis* editionibus, quibus illi in fine adjuncti ſunt, ut in editione græcâ Baſileenſi Joannis Hervagij A. 1533 in folio videre eſt. Eoſdem *quatuor Commentariorum Libros* primus *latinè* vertit, Scholijs atque Figuris illuſtravit, & abſque contextu græco ſeparatim edidit *Franciſcus Barocius*, Patricius Venetus, Patavij typis Gratioſi Perchacini A. 1560 in folio.

Tertiò, & quidem à fol. 156 pag. 1 uſque ad fol. 247 pag. 1, *Libanij Sophiſtæ*, qui ſeculo poſt Chriſtum *quarto* floruit, *Progymnaſmata* ſive *Exercitia Oratoria*, quorum titulus & principium: Λιβανίου Προγυμνάσματα. Οἱ λύκοι παρὰ τῶν προβάτων εἰρήνην καὶ ἡσυχίαν ᾔτουν &c. Exſtant ea græcè & latinè in Operum *Libanij* editione Morellianâ Pariſienſi A. 1606 in folio, à pag. 1 Tomi primi uſque ad pag. 187.

VIII.

(2) *Fuit is olim extra numerum.*

Octavus (2) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, conſtátque folijs *viginti quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo *Platonis Phædrus*, ſive, *Dialogus de Pulchro*; cujus ſuprà jam aliquoties mentio facta eſt.

IX.

Nonus (1) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *folio*, conſtátque folijs *centum quinquaginta ſex*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *Platonis Libri decem de Republicâ*, quorum *primus* incipit his verbis: Κατέβην χθὲς εἰς Πειραιᾶ &c. Adjuncta iiſdem uſque ad finem *Libri tertij* in margine eſt *Verſio latina Marſilij Ficini Florentini*, cujus principium: *Deſcenderam heri in Piræum unà cum Glaucone Ariſtonis filio, ut & Deam precarer; & celebritatem ſpectarem, quonam modo acturi eſſent, quæ tunc primùm agebant. Pulchra igitur mihi patria pompa viſa eſt*, &c. Natus eſt eximius ille *Platonis Interpres* & præclarus Philoſophiæ Platonicæ inſtaurator A. C. 1433, & A. 1499 obijt, ut refert Eminentiſſimus Cardinalis *Robertus Bellarminus* in Libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & R. P. *Philippus Labbeus* in Diſſertatione Hiſtorico-Philologicâ ad eundem Librum; ubi ſimul etiam omnia illius Opera accuratè recenſentur ſecundùm duas editiones Baſileenſes A. 1561 & 1576 duobus Tomis in folio. Ejuſdem *Ficini Vitâ* cum *Imagine* æri incisâ exſtat in *Jani Jacobi Boiſſardi* Iconographiâ Virorum doctrinâ & eruditione illuſtrium, Part. 1 num. 24; ſed ibi minùs rectè legitur, illum obijſſe A. C. 1483. Vide etiam *Pauli Jovij* Elogia doctorum Virorum publicatis ingenij monumentis illuſtrium capite quadrageſimo tertio, quo de eodem *Ficino* honorificentiſſimè agitur, & varia variorum in illius honorem compoſita *Epigrammata* exhibentur. *Monumentum* ejuſdem *ſepulcrale* cum inſertâ *Imagine*, à *Senatu Populóque Florentino* publicis ſumptibus vigeſimo ſecundo poſt mortem ipſius anno in Eccleſiâ S. Laurentij exſtructum, exſtat æri inciſum inter *Sigifridi Rybiſcij* & *Tobiæ Fendij* Monumenta Virorum illuſtrium Tabulâ vigeſimâ ſecundâ, & hanc habet Inſcriptionem:

En Hoſpes; hic eſt MARSILIVS, Sophiæ pater,
Platonicum qui dogma culpâ temporum
Situ obrutum illuſtrans, & Atticum decus
Servans, Latio dedit, fores primus ſacras
Divinæ aperiens mentis actus numine.
Vixit beatus antè Coſmæ munere
Laurique Medicis; nunc revixit publico.

S. P. Q. F. AN. M D XXI.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philoſophicos & Philologicos Græcos* quintus.

Cæterùm

Cæterùm quàm ſtupendo poſt mortem ſuam miraculo *Marſilius Ficinus* amicum ſuum intimùm *Michaelem Mercatum Seniorem*, cùm quo vivus ſtudioſiſſimè philoſophatus fuerat, *de immortalitate animæ* certiorem reddiderit, refert Eminentiſſimus Cardinalis *Baronius* Annalium Eccleſiaſticorum Tomo quinto ſub anno Chriſti 411 his verbis: *Sed quòd in (1) his verſetur oratio, patere quaſo, Lector, ut exemplo (2) Evangelici Patrisfamilias, qui profert de theſauro ſuo nova & vetera, veteribus recentia conjungamus; erit enim, ut ex his, quæ breviter dicturi ſumus magnam capias animi voluptatem. Haud nàmque inexplorata referam, ſed quæ complurium eruditorum Virorum ſcimus aſſertione firmata, immò & à religioſis Viris ad populum pro concione ſæpè narrata. Ego verò, à quo accepi, auctorem proferam, nempe integerrimæ fidei Virum, Michaelem Mercatum Miniatenſem, S. R. E. Protonotarium, probitate morum atque doctrinâ ſpectatum. Ipſe enim narravit de avo ſuo, eodem quo ipſe nomine nuncupato, MICHAELE MERCATO SENIORE, cui cum MARSILIO FICINO, nobiliſſimi ingenij Viro, ſumma intercedebat amicitiæ conſuetudo, parta & aucta philoſophicis facultatibus, in quibus PLATONEM ambo affectabantur auctorem. Accidit autem aliquando, ut ex more, quidnam poſt obitum ſuperſit homini, ex ejuſdem PLATONIS ſententiâ, ſed non ſine tamen trepidatione, deducerent, quæ labantia Chriſtianæ Fidei Sacramentis ſuffulcienda eſſent: eo enim argumento exſtat ejuſdem Marſilij ad ipſum Michaelem Mercatum erudita quidem Epiſtola de Animæ & Dei immortalitate. Cùm verò inter diſſerendum eorum progreſſa longiùs fuiſſet diſputatio, eam ad calcem perductam illo clauſerunt corollario, ut junctâ ſimul dexterâ pacti fuerint, uter eorum ex hâc vitâ prior decederet, ſi liceret, alterum de alterius vitæ ſtatu redderet certiorem. Quibus inter ſe contentis, ambo jurati ab invicem diſceſsêre. Interlapſo autem haud brevi temporis ſpatio, evênit, ut, cùm ſummo mane idem Michael Senior in philoſophicis ſpeculationibus vigilaret, ex inopinato ſtrepitum velociter currentis equi, ejuſdêmque ad oſtium domûs curſum ſiſtentis audiret, vocêmque ſimul MARSILII clamantis: O MICHAEL, O MICHAEL, VERA, VERA SVNT ILLA. Ad vocem amici Michael admiratus, aſſurgens, feneſtrámque aperiens, quem audierat, vidit poſt terga, ad curſum iterùm acto equo candido, candidatum. Proſecutus eſt eum voce, Marſilium, Marſilium invocans; proſecutus & oculis; ſed ab eis evanuit. Sic ipſe novi casûs ſtupore affectus, quid de Marſilio Ficino eſſet, ſolicitiùs perqui-*

(1) *Nempe in antiquis exemplis dubitationis Philoſophorum de immortalitate animæ.*
(2) *S. Lucæ cap. 13.*

perquirendum curavit, (degebat ille Florentiæ, ubi diem clausit extremum) invenitque eundem illâ ipsâ horâ defunctum, quâ eo modo auditus & visus est sibi. Quid tùm ipse? licet enim antiquæ probitatis Vir esset, innoxiamque & proficuam omnibus vitam hactenùs excoluisset, prout decebat verum Philosophum, ex eo tamen tempore, vale dicens Philosophicis disciplinis, solius Christianæ Philosophiæ cæteris eminentioris propensior cultor effectus, quod reliquum fuit temporis, Mundo defunctus, soli vitæ futuræ vixit, specimen edens absolutissimi omnibus numeris Christiani, qui inter Philosophos sui temporis magnâ cum laude claruerat nulli secundus. Hucusque Cardinalis *Baronius*.

X.

Decimus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *octavo*, constátque folijs *centum nonaginta uno*, & ad V. CL. (2) *Sebastianum Ericium* olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 73 pag. 1, *Alcinoi Philosophi Platonici celeberrimi, Epitome Philosophiæ Platonicæ*, cujus titulus & principium: Ἀλκίνου Διδασκαλικὸν τῶν Πλάτωνος δογμάτων. Τῶν κυριωτάτων Πλάτωνος δογμάτων τοιαύτη τις ἂν διδασκαλία γένοιτο. Φιλοσοφία ἐστὶν ὄρεξις σοφίας, ἢ &c. Meminit hujus Opusculi *Gerardus Joannes Vossius* capite decimo sexto Libri singularis de Philosophorum Sectis his verbis: *Nec ALCINOUS inter Philosophos Platonicos prætereundus est. Exstat hujus Epitome Philosophiæ Platonicæ. Vertit eam* (3) *Marsilius Ficinus; sed emendavit illam versionem Jacobus Carpentarius, Claromontanus Bellovacensis, qui & insigni Autorem hunc Commentario illustravit, quo totam Platonicam Doctrinam explicare conatus est. De ætate hujus Autoris nihil certò adfirmari potest. Eusebius de Præparatione Evangelicâ libro undecimo bonam hujus Opusculi partem citat, non sub ALCINOI nomine, verùm DIDYMI, ut DIDYMUS ALEXANDRINUS hujus Scripti Autor possit videri; nisi forsan Didymus ex Alcinoo locum illum descripserit.* Hæc *Vossius*. Ubi *primò* notandum est, editionem illam latinam *Alcinoi* cum adjuncto *Jacobi Carpentarij* amplissimo Commentario prodijsse in lucem Lutetiæ Parisiorum ex officinâ Jacobi du Puys A. 1573 in quarto sub hoc titulo: *Platonis cum Aristotele in universâ Philosophiâ Comparatio, quæ hoc Commentario in ALCINOI INSTITUTIONEM ad ejusdem Platonis doctrinam explicatur.* Post hanc autem *Jacobi Carpentarij* (4) editio-

(1) *Fuit is olim extra numerum.*
(2) *Vide Librum quintú horũ Commentariorum pag.* 295, 297, 298, 413, 414, 415, 416, 417.
(3) *Vide suprà pag.* 15, 16.
(4) *Plures, præter Carpentarianam & Heinsianam,* Alcinoi *editiones vide apud R. P.* Philip. Labbeum *in Brevi conspectu Græcorum Interpretum* Platonis, *Lut. Paris. typ. Cramosian. A.* 1657 *edito in quarto.*

nem latinam, edidit porrò eundem *Alcinoi* Librum V. CL. *Daniel Heinsius* græcè & latinè Lugduni Batavorum A. 1614 in octavo sub hâc inscriptione: Ἀλκινόου Φιλοσόφου εἰσαγωγὴ τῶν δογμάτων Πλάτωνος· hoc est: *Alcinoi Philosophi in Platonis Doctrinam Introductio.* Notandum *secundò* est, locum *Eusebij Pamphili*, cujus *Vossius* meminit, exstare capite vigesimo tertio Libri undecimi de Præparatione Evangelicâ, Περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἰδεῶν, sive, *De Platonicis Ideis* inscripto, atque ibi citari & incipere his verbis: Ταῦτα μὲν ὁ Πλάτων ἐν Τιμαίῳ. Τὴν δὲ τῶν εἰρημένων διάνοιαν ἘΚ ΤΩ͂Ν ΔΙΔΥ΄ΜΩ ΠΕΡΙ` ΤΩ͂Ν ἈΡΕΣΚΟ΄ΝΤΩΝ ΠΛΑ΄ΤΩΝΙ ΣΥΝΤΕΤΑΓΜΕ΄ΝΩΝ ἐκθήσομαι. γράφει δὲ οὕτως. Τῶν κατὰ φύσιν αἰσθητῶν, κατὰ (1) γένος ὡρισμένα τινὰ παραδείγματα φάμενος εἶναι τὰς Ἰδέας, ὧν &c. Si quis autem hunc *Didymi* locum cum *Alcinoi* capite duodecimo, quod Περὶ τῶν αἰτιῶν τοῦ κόσμου sive *De causis Mundi* inscribitur, accuratè contulerit, facilè perspiciet, verba *Didymi* à verbis *Alcinoi* non mediocriter discrepare, nec confundendam esse *Alcinoi Epitomen Philosophiæ Platonicæ specialem* cum *Didymi Opere generali*, quo non solùm *Platonis*, verùm etiam aliorum veterum Philosophorum Placita complexus est. Ex eodem enim Opere profert idem *Eusebius* capite 15 Libri 15 de Præparatione Evangelicâ insignem locum de *Stoicorum* sententiâ de Deo déque hujus Vniversi constitutione, cujus inscriptio sive titulus est talis: Ὁποίαν δόξαν ἐπάγονται οἱ Στωϊκοὶ περὶ Θεοῦ καὶ περὶ συστάσεως τοῦ παντός, ἀπὸ τῆς Ἐπιτομῆς (2) ἈΡΕΙ΄ΟΥ ΔΙΔΥ΄ΜΟΥ. Ejusdem quoque Operis pars fuit Liber *de Pythagoricâ Philosophiâ*, cujus *Clemens Alexandrinus* Stromatum lib. 1 meminit his verbis: ΔΙ΄ΔΥΜΟΣ ἐν τῷ περὶ Πυθαγορικῆς Φιλοσοφίας Θεανὼ τὴν Κροτωνιάτιν πρώτην γυναικῶν φιλοσοφῆσαι καὶ ποιήματα γράψαι ἱστορεῖ. Hoc est: *DIDYMVS in Libro de Pythagoricâ Philosophiâ Theano Crotoniaten primam fœminarum philosophatam esse & poemata scripsisse memorat.* Multo igitur verisimilius est, *Alcinoum* sua à *Didymo*, quàm *Didymum* sua ab *Alcinoo* mutuâsse, ideóque ab *Eusebio Pamphili Didymum* potiùs citari, quàm *Alcinoum*. Quod porrò ad *ætatem Alcinoi* attinet, ea prorsùs incerta est; *Didymus* autem ille, Historiæ Philosophicæ Autor, quem *Suidas Philosophum Academicum* sive

Plato-

(1) *Apud* Alcinoum *legitur* κατὰ μέρος.

(2) Didymus *hic videtur fuisse appellatus* Ἄρειος Δίδυμος *sive* Arrius Didymus, *quòd cliens fuerit celeberrimæ Romanæ Gentis* Arriæ; *vel, ut legitur apud* Suidam, Ἄττιος Δίδυμος *sive* Attejus Didymus, *quòd cliens fuerit æquè illustris Romanæ Gentis* Atteiæ. *Plura ejus consuetudinis exempla vide Libri secundi horum Commentariorum capite septimo, pag. 591. Huc quoque pertinet* Claudius Didymus, *Grammaticus & Musicus insignis, qui, teste* Suidâ *sub* Imp. Nerone *floruit.*

Platonicum appellat, si, ut *Vossius* arbitratur, idem sit atque *Didymus*, (1) *Grammaticus Alexandrinus senior*, cognomine Χαλκέντερος & Βιβλιολάθης, floruit seculo ante Christum *primo*. Quâ de re vide ipsum *Vossium* capite vigesimo quarto Libri tertij de Historicis Græcis; atque insuper consule *Joannis Jonsij* caput primum Libri tertij de Scriptoribus Historiæ Philosophicæ.

Secundò, & quidem à fol. 74 pag. 1 usque ad fol. 119 pag. 2, *Maximi Tyrij*, Philosophi Platonici celeberrimi, qui seculo post Christum *secundo* sub Imperatoribus *M. Aurelio Antonino Philosopho* & *L. Aurelio Antonino Commodo* floruit; *Dissertationes Philosophicæ sex*: quarum *prima*, *secunda* & *tertia*, quæ in *Danielis Heinsij* editione græco-latinâ Lugduno-Batavâ A. 1614 in octavo sunt XXXIma, XXXIIda & XXXIIItia, inscribuntur: Ὅτι ἡδονὴ εἰ καὶ ἀγαθὸν, ἀλλ' οὐ βέβαιον· hoc est: *Voluptatem etsi bonum, non tamen esse stabile*. Principia autem singularum sunt hæc: Χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι, &c; Ἐπεχείρει ἐχθρὸς λόγος &c; Αἰσώπῳ τῷ Φρυγὶ πεποίηνται λόγοι &c. *Quarta Maximi Tyrij Dissertatio*, quæ in eâdem jam memoratâ editione Heinsianâ est XXXIVta, inscribitur atque incipit his verbis: Τί τέλος φιλοσοφίας, sive, *Quis sit Philosophiæ finis*. Χαλεπὸν εὑρεῖν λόγον ἀληθῆ· &c; *quinta*, quæ in suprà memoratâ editione est XXXVta: Ὅτι ἔστι καὶ ἐκ τῶν περιστάσεων ὠφελεῖσθαι· hoc est: *Ex adversâ etiam fortunâ utilitatem posse percipi*. Δεινόν γε, εἰ οἱ μὲν Θεοὶ &c; *sexta*, quæ in suprà memoratâ editione est XXXVIta: Πῶς ἄν τις πρὸς φίλον παρασκευάσαιτο· hoc est: *Quomodo quis ad amicum se præparare debeat*: Ἔχεις εἰπεῖν, τίνας ποτὲ Ὅμηρος &c. Cæterùm *omnes Maximi Tyrij Dissertationes* in suprà citatâ editione Heinsianâ græco-latinâ sunt *quadraginta & una*, earúmque generalis Inscriptio, itidem ut in Codice hoc manuscripto Cæsareo, est hæc: Μαξίμου Τυρίου, Πλατωνικοῦ Φιλοσόφου, ἐν τῇ Ῥώμῃ διαλέξεις τῆς πρώτης ἐπιδημίας. Cujus *Tituli* eruditissimam explicationem vide in *Notis Danielis Heinsij*, ubi simul etiam de vero eorundem Dissertationum *ordine* doctè atque accuratè disserit.

Tertiò, & quidem à fol. 120 pag. 1 usque ad fol. 171 pag. 1, *S. Justini*, Philosophi Christiani & Martyris, qui A. C. 161 vel 163 passus est, *Aristotelicorum quorundam Dogmatum eversio*, cujus titulus & principium: Ἰουστίνου τοῦ θείου Φιλοσόφου ἀνατροπὴ δογμάτων τι-

(1) *Minimè eum ibi potest intelligi* Didymus *ille* Alexandrinus, *Scriptor Ecclesiasticus, &* S. Hieronymi *in Ægypto Magister, qui obijt circa annum Christi 393, hoc est, quinquaginta tribus circiter annis post obitum* Eusebij Pamphili, *utpote qui A. C. 340 mortuus est.*

νῶν Ἀριστοτελικῶν. Τῶν κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην σπουδὴν εἰς θεραπείαν τοῦ Θεοῦ &c. Exſtat hic Liber inter *S. Juſtini* Opera græcè & latinè à *Federico Morello* Lutetiæ Pariſiorum A. 1615 in folio edita, à pag. 110 uſque ad pag. 159, atque ibi definit his verbis: ὄντων γὰρ αὐτῶν, μεταβάλλεται εἰς ἄλληλα, καὶ γίνονται ἐξ ἀλλήλων. In hoc autem Codice manuſcripto *Cæſareo* ſequuntur poſt illa verba *integræ duæ paginæ*, hactenùs, quod ſciam, nondum editæ, & totius Libri finis eſt ibi talis: Εἰ γεννητὸς ὁ ἐνιαυτὸς, πῶς ἀΐδια καὶ ἀγέννητα τὰ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ. Diviſio quoque ejuſdem Libri in *Capita* & *paragraphos*, quæ in eodem Codice manuſcripto eſt, non parùm à ſuprà memoratâ editione impreſsâ diſcrepat; nec dubito, quin etiam beneficio *variantium lectionum* non pauca ejuſdem editionis impreſſæ loca poſſint emendari & illuſtrari. Quamobrem conſulendæ ibidem omninò ſunt doctiſſimæ *Friderici Sylburgij Notæ* pag. 49 & deinceps.

Quartò, & quidem à fol. 172 pag. 1 uſque ad fol. 191 pag. 1, ex *Michaelis Pſelli Libro de quatuor Mathematicis Scientijs, Arithmeticâ, Muſicâ, Geometriâ & Aſtronomiâ, Pars prima de Arithmeticâ*, quæ abſque nomine Autoris inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἐνταῦθ᾽ ἀριθμητικῆς συντομωτέρα φράσις. Μέλλοντί μοι καὶ περὶ τῶν τεσσάρων μαθηματικῶν ἐν ἐπιτόμῳ τῷ λόγῳ διαλαβεῖν, ὁ περὶ Ἀριθμητικῆς ἡγείσθω λόγος, ἐπείτοιγε καὶ τῶν ἄλλων &c; definit autem: τὴν ἔκθεσιν παραιτούμενος. Integrum hunc *Pſelli* Librum, omnibus *quatuor* partibus conſtantem, primus *græcè* & *latinè* in lucem edidit *Guilielmus Xylander Auguſtanus* Baſileæ typis Joannis Oporini A. 1556 in octavo.

(1) Fuit is olim extra numerum. (2) Vide Lib. III borum Commentar. pag. 122, 134, & 190; Lib. IV pag. 67; & Lib. V pag. 6, 51, 183, & 417. (3) Vide Lib. III borum Commentar. pag. 134.

XI.

Vndecimus (1) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *folio*, conſtátque folijs *ducentis ſexaginta ſex*, & primùm quidem ad (2) *Marcum Mamunam Cretenſem*, deinde autem ad (3) *Georgium Comitem Corinthium* pertinuit, ut patet ex duabus hiſce, quæ ibi exſtant, inſcriptionibus: Μάρκου Μαμουνᾶ καὶ τῶν φίλων. Νῦν δὲ Γεωργίου Κόμητος Κορινθίου τοῦ ἐκ Μονεμβασίας, καὶ τῶν χρωμένων. Tandem verò pervenit hic Codex in poteſtatem *Joannis Sambuci*, emptus, ut ipſe propriæ manûs inſcriptione teſtatur, octodecim aureis Pannonicis, atque unus eſt ex illis libris, quos à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos, *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continentur eo hæc:

Primò,

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 177 pág. 1, *Plotini*, Philoſophi Platonici celeberrimi, qui ſeculo poſt Chriſtum *tertio* floruit, (1) *Diſſertationes Philoſophicæ quinquaginta quatuor, in ſex Enneades diviſæ*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit hoc modo; Πλωτίνου Φιλοσόφου ἐννεὰς α, λόγος α, περὶ τοῦ τί τὸ ζῶον καὶ τίς ὁ ἄνθρωπος. Ἡδοναὶ καὶ λῦπαι &c; ultima autem deſinit his verbis: φυγὴ μόνου πρὸς μόνον. Primus has *Enneades* græcè edidit, cum *Marſilij Ficini* latinâ verſione & ampliſſimo doctiſſimóque Commentario, *Petrus Perna*, Typographus Baſileenſis, Baſileæ A. 1580 in folio, ibidémque in Præfatione ad Senatum Norimbergenſem Codicis hujus manuſcripti *Cæſarei*, qui *Joannis Sambuci* olim fuit, expreſſim facit mentionem his verbis: *Hoc ſanè conſilio, Viri Clariſſimi, PLOTINUM, qui ante aliquot annos ex officinâ noſtrâ, Marſilio Ficino interpretante, prodierat, quatuor Græcorum exemplarium manuſcriptorum, trium quidem Italicorum, quarti verò JOANNIS SAMBUCI Tirnavienſis, Cæſaris Hiſtorici, liberalitate literariâ privatis omnibus præferendi, Principibus etiam plerisque conferendi, fide ac ſubſidio, ſuâ nunc linguâ loquentem & auctiorem & emendatiorem dare voluimus, ut Philoſophiæ Platonicæ, hoc eſt, quæ Chriſtianæ Religioni maximè affinis eſt, & cognoſcendæ & judicandæ, & ad uſum veræ pietatis traducendæ, utriuſque linguæ ſtudioſis poteſtatem faceremus; cùm eâ ſententiarum ubertate & verborum brevitate ſcateat, ut interdum ex Græcis rectiùs, quàm ex Latinis intelligi queat, nullo quidem interpretis vitio, ſed ob rei ipſius obſcuritatem & linguæ proprietatem.* Hæc *Perna*; nec deeſt teſtimonium ipſius *Sambuci*, quippe qui manu ſuâ in eodem Codice fol. 3 pag. 1 annotavit, ſe illum à prelo *Pernæ* recepiſſe A. 1581 d. 15 Aprilis. Quod porrò ad *Vitam Plotini* attinet, ea cum *Catalogo Librorum* ipſius à *Porphyrio* prolixè conſcripta, & ſuprà memoratæ Operum *Plotini* editioni Baſileenſi græcè & latinè præfixa eſt. Eadem quoque exſtat *manuſcripta* in *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* Codice manuſcripto Theologico Græco CLXXVto, ut Libri *quarti* horum Commentariorum pag. 182 à me indicatum eſt.

(1) Vide etiam Lib. IV horum Commentar. pag. 182.

Secundò, & quidem à fol. 177 pag. 1 uſque ad fol. 187 pag. 2, *Plotini Diſſertationes duæ Philoſophicæ extraordinariæ*; quarum *prima* inſcribitur atque incipit hoc modo: Πλωτίνου περὶ τοῦ πῶς ὁρᾷ ἡ ἐνέργεια διάθεσις εἰς τὸν περίγειον κόσμον. Ἐπειδὴ πεπίστευται, ὡς διὰ τῶν ἄστρων πολλὰ τελεῖται, &c; *ſecunda* autem: Πλωτίνου περὶ τῆς

πρώτης ἀρχῆς τῶν πάντων ἤτοι περὶ τοῦ ἑνός. Ἐπειδήπερ δεῖ εἶναι τὸ ἐπέκεινα τοῦ νοός, &c. Quid autem de his *duabus* Dissertationibus *Sambucus* olim censuerit, indicat ipse in eodem hoc Codice fol. 3 pag. 1 his verbis: *Duo Libelli in extremo Plotini quoque videntur, eruditi & rari, stylo non dissimili & genio, licet Porphyrius eorum non meminerit.* Item fol. 177 pag. 1 in margine: *Hoc scriptum* (nempe jam memoratarum Dissertationum prima) *differt à Ficini editione; sed est tersius & magis γνήσιον Plotini.*

Tertiò, & quidem à fol. 188 pag. 1 usque ad fol. 213 pag. 1, *Hermetis Trismegisti* sive *Mercurij Termaximi* (1) Λόγοι sive *Sermones Philosophici quindecim*; quorum *primus*, (2) Ποιμάνδρης sive *Poemander* inscriptus, incipit his verbis: Ἐννοίας μοί ποτε γενομένης περὶ τῶν ὄντων &c; *secundus*, Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου πρὸς Τὰτ λόγος καθολικός· hoc est: *Hermetis Trismegisti ad Tat Sermo universalis.* Ἢ Θεὸς τὸ θεῖον· λέγω νῦν οὐ τὸ γεννητὸν, ἀλλὰ τὸ ἀγέννητον· ἐὰν μὴ οὖν &c; (3) *tertius*, Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου λόγος ἱερός· hoc est: *Hermetis Trismegisti Sermo sacer.* Δόξα πάντων ὁ Θεὸς &c; (4) *quartus*, Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου πρὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν Τὰτ λόγος, ὁ Κρατὴρ ἢ μονάς· hoc est: *Hermetis Trismegisti ad filium suum Tat sermo, inscriptus Crater sive Monas.* Ἐπειδὴ τὸν πάντα κόσμον ἐποίησεν ὁ δημιουργὸς, οὐ χερσὶν, ἀλλὰ λόγῳ, &c; (5) *quintus*, Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου πρὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν Τὰτ, ὅτι ἀφανὴς Θεὸς, φανερώτατός ἐστιν· hoc est: *Hermetis Trismegisti ad filium suum Tat, quod immanifestus Deus, manifestissimus est.* Καὶ τὸν δέ σοι τὸν λόγον ὦ Τὰτ διεξελεύσομαι &c; (6) *sextus*, Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου, ὅτι ἐν μόνῳ τῷ Θεῷ τὸ ἀγαθόν ἐστιν, ἀλλαχόθι δὲ οὐδαμοῦ· hoc est: *Hermetis Trismegisti, quòd in solo Deo bonum est, alibi autem nusquam.* Τὸ ἀγαθὸν ὦ Ἀσκληπιὲ, ἐν οὐδενὶ ἐστιν, εἰ μὴ ἐν μόνῳ τῷ Θεῷ· &c; (7) *septimus*, Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου, ὅτι μέγιστον κακῶν ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ἡ περὶ τοῦ Θεοῦ ἄγνοια· hoc est: *Hermetis Trismegisti, quòd maximum malorum in hominibus est ignoratio Dei.* Ποῖ φέρεσθε ὦ ἄνθρωποι μεθύοντες &c; (8) *octavus*, Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου, ὅτι οὐδὲν τῶν ὄντων ἀπόλλυται, ἀλλὰ τὰς μεταβολὰς ἀπωλείας καὶ θανάτους πλανώμενοι λέγουσι οἱ ἄνθρωποι· hoc est: *Hermetis Trismegisti, quòd nullum entium*

(1) *Vide ibi antiquum totius istius Codicis Indicem græcum fol. 1 & 2.*
(2) *Vide* Francisci Patricij *Novæ de Universis Philosophiæ editionem secundam, Venetijs A. 1593 typis Roberti Meietti in folio impressam, ubi hic Hermetis Sermo seu Libellus ordine est* secundus.
(3) *Hic apud Patricium quoque est Liber* tertius.
(4) *Hic apud Patricium est Liber* duodecimus. *Sed ibi in principio deest particula* Ἐπειδή. (5) *Hic apud Patricium quoque est Liber* quintus. (6) *Hic apud Patricium quoque est Liber* sextus. (7) *Hic apud Patricium est Liber* octavus. (8) *Hic apud Patricium est Liber decimus* octavus.

tium pereat, ſed quòd mutationes ab hominibus per errorem appellantur interitus & mortes. Περὶ ψυχῆς καὶ σώματος ὦ παῖ νῦν λεκτέον· τρόπῳ μὲν ποίῳ &c; (1) *nonus*, Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου περὶ (2) κινήσεως καὶ αἰσθήσεως, καὶ ὅτι ἐν μόνῳ τῷ Θεῷ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν ἐστιν, ἀλλαχόθι δὲ οὐδαμοῦ· hoc eſt: *Hermetis Triſmegiſti de motu & ſenſu, & quòd in ſolo Deo pulchrum eſt, alibi autem nuſquam.* Χθὲς, ὦ Ἀσκληπιὲ, τὸν τέλειον ἀποδέδωκα λόγον· νῦν δὲ &c; (3) *decimus*, Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου Κλείς· hoc eſt: *Hermetis Triſmegiſti Clavis.* Τὸν χθὲς λόγον, ὦ Ἀσκληπιέ, σοι ἀνέθηκα· τὸν δὲ σήμερον &c; (4) *undecimus*, Νοῦ πρὸς Ἑρμῆν· hoc eſt: *Sermo Mentis ad Hermetem.* Κατάσχου οὖν τοῦ λόγου, ὦ Τρισμέγιστε Ἑρμῆ, καὶ &c; (5) *duodecimus*, Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου περὶ νοῦ κοινοῦ πρὸς Τάτ· hoc eſt: *Hermetis Triſmegiſti de mente communi ad Tat.* Ὁ νοῦς, ὦ Τὰτ, ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ Θεοῦ οὐσίας ἐστίν· εἴγε τις &c; (6) *decimus tertius*, Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Τὰτ ἐν ὄρει λόγος ἀπόκρυφος περὶ παλιγγενεσίας καὶ σιγῆς ἀπαγγελίας· hoc eſt: *Hermetis Triſmegiſti ad filium ſuum Tat in monte Sermo occultus de Regeneratione & ſilentij profeſſione.* Ἐν τοῖς γενικοῖς, ὦ Πάτερ, αἰνιγματωδῶς &c; (7) *decimus quartus*, Ὑμνῳδία κρυπτή· hoc eſt: *Cantio arcana.* Πᾶσα φύσις κόσμου &c; (8) *decimus quintus*, *Hermetis Triſmegiſti ad Aſclepium Epiſtola*, cujus inſcriptio & principium: Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου. Ἀσκληπιῷ εὖ φρονεῖν. Ἐπεὶ ὁ υἱός μου Τὰτ, ἀπόντος σου τὴν τῶν ὄντων ἠθέλησε φύσιν μαθεῖν, &c. Cæterùm quòd jam enumerata *Hermetis Triſmegiſti* Opuſcula ſint ſuppoſititia, verúſque eorum ſemi-Platonicus & ſemi-Chriſtianus Autor, non ſeculo ante Chriſtum XVIto, quo *Moyſes* natus eſt, ſed *ſecundo* circiter poſt Chriſtum ſeculo floruerit, indicavi jam ante integros quindecim annos in (9) *Prodromo* meo *Hiſtoriæ Literariæ*, lib. 2 cap. 1 § 6, utpote ubi de *Hermetis Triſmegiſti ætate*, & de ejuſdem *Scriptis*, quæ ipſi vel antiquitùs fuerunt tributa, vel etiam nunc tribuuntur, ex profeſſo ſatis prolixè diſſerui. Quoniam autem jam memoratus *Hiſtoriæ* meæ *Literariæ Prodromus* ob paucitatem exemplarium impreſſorum valdè rarus & inventu difficilis eſt, haud gravatim, ut ſpero, benevolus Lector mihi ignoſcet, quòd ea, quæ ad rem præſentem, pertinent, ad verbum inde deſumpta, obiter hîc inſero.

Ad

(1) *Hic apud Patricium eſt Liber* decimus quintus.

(2) *In* Franciſci Patricij *editione legitur* περὶ αἰσθήσεως καὶ νοήσεως, *quod ille vertit*, De intellectione & ſenſu.

(3) *Hic apud Patricium eſt Liber* quartus.

(4) *Hic apud Patricium eſt Liber* decimus.

(5) *Hic apud Patricium eſt Liber.* undecimus.

(6) *Hic apud Patricium eſt Liber* ſeptimus.

(7) *Hic apud Patricium eſt Appendix Libri* ſeptimi.

(8) *Hic apud Patricium eſt Liber* decimus nonus. *In primâ autem Patricij Novæ de univerſi Philoſophiæ editione, Ferrariæ A. 1591 typis Benedicti Mammarelli impreſsâ, is deeſt.* (9) *Prodijt is in lucem Hamburgi typis Michaelis Piperi A. 1659 in folio. Plura de eo vide in Catalogo Librorum à me compoſitorum & editorum pag. 5 & 6.*

Ad feculum ante Æram Chriftianam XVItum, quo *Moyfes* natus eft, & apud Athenienfes Cecrops ὁ Διφυὴς regnavit, referendus eft *Hermes* five *Mercurius*, cognomine Τρισμέγιστος five *Ter-maximus*, quem Suidas v. Ἑρμῆς vocat Αἰγύπτιον σοφὸν, hoc eft, *Ægyptium Sapientem*, & floruiffe teftatur πρὸ τοῦ Φαραὼ, h. e. *ante Pharaonem*. Ipfa Suidæ verba hæc funt: Ἑρμῆς ὁ Τρισμέγιστος ἦν Αἰγύπτιος σοφός· ἤκμαζε δὲ πρὸ τοῦ Φαραώ. Quòd autem alius hîc non intelligatur *Pharao*, quàm is, qui Ifraelitas gravi preffit fervitute, nec Dei juffu dimittere voluit, inde fatis apparere videtur, quia Eufebius Pamphili in Canone Chronico *Tat*, Hermetis Trifmegifti filium, vigefimo circiter anno ante Moyfis obitum claruiffe memorat. Quam de ætate Hermetis Trifmegifti opinionem aliàs (1) accuratiùs expendam, additâ infuper uberrimâ differtatione de inventis ipfius ac ftudijs, quorum refpectu ut *Theologus*, *Legislator*, *Medicus*, *Philofophus*, *Grammaticus*, *Muficus*, alijfque varijs modis poteft confiderari. Interim nunc de fcriptis, quæ ipfi vel antiquitùs attributa fuerunt, vel etiamnunc attribuuntur, pauca veluti in anteceffum præmittam. Jamblichus igitur Hermetem librorum (2) *plus triginta fex millia* fcripfiffe refert. Sed doctiffimus Bochartus Geograph. Sacræ part. 1 lib. 1 cap. 15 libros hîc *verfus* interpretatur. Julius Firmicus *viginti voluminum millia* Hermeti attribuit his verbis: *Mercurius Ægyptius confcripferat viginti millia voluminum de varijs fubftantijs, & principijs, & poteftatum ordinibus cœleftium: quæ aliæ atque aliæ traditæ fuerant. In quibus Aftrologia & Theologia Ægyptiorum explicabantur. Quas artes docuerat Æfculapium & Anubium.* Hæc Julius Firmicus. Clemens verò Alexandrinus Stromatum lib. 6 pag. 633 numerum librorum Hermetis, à Jamblicho & Firmico traditum, valdè circumcidit: quippe qui *quadraginta duos* tantùm ab ipfo confcriptos afferat, nec afferat fimpliciter, fed argumenta etiam eorum, & quibus eos legere licitum fuerit, recenfeat. Ipfa Clementis verba, cùm ad rem præfentem plurimùm faciant, & digniffima fint, quæ doctorum Virorum oculis fubjiciantur, integrè hîc appofui:

(1) *Nempe libro tertio hujus Prodromi Hiftoriæ Literariæ, qui huic capiti primo libri fecundi refpondebit.*

(2) *Vide Francifci Patricij differtationem de Hermete Trifmegifto pag. 3; & damnatum Syftema Theologicum de Præadamitis lib. 3 cap. 11.*

Μετίασι γὰρ οἰκείαν τινὰ φιλοσοφίαν Αἰγύπτιοι· αὐτίκα τοῦτο ἐμφαίνει μάλιστα ἡ ἱεροπρεπὴς αὐτῶν θρησκεία· πρῶτος μὲν γὰρ προέρχεται ὁ ᾠδός, ἕν τι τῶν τῆς μουσικῆς ἐπιφερόμενος συμβόλων· τοῦτόν φασι δύο βίβλους ἀνειληφέναι δεῖν ἐκ τῶν Ἑρμοῦ· ὧν θάτερον μὲν, ὕμνους περιέχει θεῶν· ἐκλογισμὸν δὲ βασιλικοῦ βίου τὸ δεύτερον· μετὰ δὲ τὸν ᾠδὸν, ὁ ὡροσκόπος, ὡρολόγιόν τε μετὰ χεῖρα καὶ φοίνικα ἀστρολογίας ἔχων σύμβολα, προέρχεται. τοῦτον τὰ ἀστρολογούμενα τῶν Ἑρμοῦ βιβλίων, τέσσαρα ὄντα τὸν ἀριθμὸν, ἀεὶ διὰ στόματος ἔχειν χρή· ὧν τὸ μὲν ἐστὶ περὶ τοῦ διακόσμου τῶν ἀπλανῶν φαινομένων ἄστρων· τὸ δὲ περὶ τῶν συνόδων καὶ φωτισμῶν ἡλίου καὶ σελήνης· τὸ δὲ λοιπὸν, περὶ τῶν ἀνατολῶν. ἑξῆς δὲ ὁ ἱερογραμματεὺς προέρχεται, ἔχων πτερὰ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, βιβλίον τε ἐν χερσὶ καὶ κανόνα, ἐν ᾧ τό τε γραφικὸν μέλαν, καὶ σχοῖνος ᾗ γράφουσι· τοῦτον τά τε ἱερογλυφικὰ καλούμενα, περί τε τῆς κοσμογραφίας, καὶ γεωγραφίας, τῆς τάξεως τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης, καὶ περὶ τῶν ἑ πλανωμένων· χωρογραφίαν τε τῆς Αἰγύπτου, καὶ τῆς τοῦ Νείλου διαγραφῆς· περί τε τῆς καταγραφῆς σκευῆς τῶν ἱερῶν, καὶ τῶν ἀφιερωμένων αὐτοῖς χωρίων· περί τε μέτρων καὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς χρησίμων, εἰδέναι χρή. ἔπειτα ὁ στολιστὴς τοῖς προειρημένοις ἕπεται, ἔχων τόν τε τῆς δικαιοσύνης

Suam enim quandam ac peculiarem exercent Ægyptij Philofophiam. Hoc autem maximè oftendunt facra eorum ceremoniæ. Primus enim procedit cantor, unum aliquod afferens ex fymbolis muficæ. Eum dicunt oportere accipere duos libros ex libris Mercurij: ex quibus unus quidem continet hymnos deorum, alter verò rationes vitæ regiæ. Poft cantorem verò procedit Horofcopus, qui in manu habet horologium & palmam, fymbola Aftrologiæ & figna. Eum libros Mercurij qui tractant de Aftrologiâ, qui quidem funt quatuor numero, oportet femper habere in ore. Ex quibus unus quidem eft de ordine inerrantium, quæ videntur, aftrorum, alius verò de coitu & illuminatione Solis & Lunæ, reliqui de eorum ortu. Deinceps autem Ἱερογραμματεὺς, *id eft, fcriba facrorum, pennas habens in capite, & librum in manibus ac regulam, in qua eft & atramentum ad fcribendum, & juncus, quo fcribunt, progreditur. Hunc oportet fcire & ea, quæ vocantur hieroglyphica, & mundi defcriptionem, & geographiam, & ordinem Solis & Lunæ, & quinque errantium, Ægyptique chorographiam & Nili defcriptionem, & defcriptionem inftrumentorum ornamentorumque facrorum, & locorum eis confecratorum, menfurafque, & ea quæ funt in facris utilia. Deinde poft eos, qui priùs dicti funt, fequitur qui dicitur* στολιστὴς, *id eft ornator, qui juftitiæ cubitum, & ad libandum habet calicem. Is fcit omnia, quæ vocantur* παιδευτικὰ, *id eft, ad difcipli-*

καιοσύνης πῆχυν, καὶ τὸ σπονδεῖον. σὺν τούτῳ τὰ παιδευτικὰ πάντα καὶ μοσχοσφαγιστικὰ καλούμενα. δέκα δέ ἐστι τὰ εἰς τὴν τιμὴν ἀνήκοντα τῶν παρ' αὐτοῖς θεῶν, καὶ τὴν Αἰγυπτίαν εὐσέβειαν περιέχοντα· οἷον περὶ θυμάτων, ἀπαρχῶν, ὕμνων, εὐχῶν, πομπῶν, ἑορτῶν, καὶ τῶν τούτοις ὁμοίων. ἐπὶ πᾶσι δὲ ὁ προφήτης ἔξεισι, προφανὲς τὸ ὑδρεῖον ἐγκεκολπισμένος, ᾧ ἕπονται οἱ τὴν ἔκπεμψιν τῶν ἄρτων βαστάζοντες. οὗτος, ὡς ἂν προστάτης τοῦ ἱεροῦ, τὰ ἱερατικὰ καλούμενα βιβλία ἐκμανθάνει· περιέχει δὲ περί τε νόμων καὶ θεῶν, καὶ τῆς ὅλης παιδείας τῶν ἱερέων. ὁ γάρ τοι προφήτης παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις καὶ τῆς διανομῆς τῶν προσόδων ἐπιστάτης ἐστίν. δύο μὲν οὖν καὶ τεσσαράκοντα αἱ πάνυ ἀναγκαῖαι τῷ Ἑρμῇ γεγόνασι βίβλοι· ὧν τὰς μὲν λϛʹ, τὴν πᾶσαν Αἰγυπτίων περιεχούσας φιλοσοφίαν, οἱ προειρημένοι ἐκμανθάνουσι· τὰς δὲ λοιπὰς ἕξ, οἱ παστοφόροι ἰατρικὰς οὔσας, περί τε τῆς τοῦ σώματος κατασκευῆς, καὶ περὶ νόσων, καὶ περὶ ὀργάνων, καὶ φαρμάκων, καὶ περὶ ὀφθαλμῶν, καὶ τὸ τελευταῖον περὶ τῶν (1) γυναικίων. καὶ τὰ μὲν Αἰγυπτίων, ὡς ἐν βραχεῖ φάναι, τοιαῦτα.

disciplinam & institutionem pertinentia, & μοσχοσφαγιστικὰ, hoc est, quæ ad ritum mactandorum spectant vitulorum. Sunt autem decem, quæ pertinent ad honorem eorum, qui sunt apud eos, Deorum, & Ægyptiam continent religionem: nempe sacrificia, primitias, hymnos, preces, pompas, dies festos, & quæ sunt his similia. Post omnes exit Propheta, qui apertè in sinu gestat hydriam: quem sequuntur, qui emissos panes portant. Is, ut qui sit sacrorum præfectus, ediscit libros decem, qui vocantur Sacerdotales: continent autem de legibus, & Dijs, & universá Sacerdotum disciplinâ. Propheta enim apud Ægyptios praeest etiam distributioni vectigalium. Sunt ergo quadraginta duo libri Mercurij valdè necessarij, ex quibus triginta quidem & sex, qui continent omnem Ægyptiorum philosophiam, ediscunt ij, qui antè dicti sunt; reliquos autem sex παστοφόροι, id est, qui gestant pallium, ut qui pertineant ad medicinam, nempe de constructione corporis & de morbis, & de instrumentis, & medicamentis, & de oculis, & postremò de mulieribus. Et res quidem Ægyptiorum, ut paucis dicam, sunt ejusmodi.

Hæc Clemens Alexandrinus. Quæ quò clariora sint, operæ pretium me facturum arbitror, si librorum, qui *Hermeti Trismegisto* antiquitùs attributi fuerunt, Catalogum, ex ipsius verbis desumptum, unicâ quasi tabellâ Lectoris oculis hîc subjecero.

(1) Legendum hic videtur vel γυναικῶν vel γυναικείων.

LIBRORVM HERMETIS TRISMEGISTI
secundùm Clementem Alexandrinum
CATALOGVS.

Ὕμνοι θεῶν· Hymni in Deos.
Ἐκλογισμὸς βασιλικοῦ βίου· Rationarium vitæ Regiæ.
Τῶν ἀστρολογουμένων βιβλία δʹ· Astrologicorum libri quatuor: quorum
Imus περὶ τοῦ διακόσμου τῶν ἀπλανῶν φαινομένων ἀστέρων· h. e. de ordine inerrantium, quæ videntur, astrorum.
IIdus περὶ τῶν συνόδων καὶ φωτισμοῦ ἡλίου καὶ σελήνης· h. e. de coitu & illuminatione Solis & Lunæ.
IIItius & IVtus περὶ τῶν ἀνατολῶν ἡλίου καὶ σελήνης· h. e. de ortu Solis & Lunæ.
Τὰ ἱερογλυφικά· Hieroglyphica.
Περὶ τῆς κοσμογραφίας καὶ γεωγραφίας· h. e. de Cosmographiâ & Geographiâ.
Περὶ τῆς τάξεως τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης· de ordine Solis & Lunæ.
Περὶ τῶν εʹ πλανωμένων· de quinque Planetis præter Solem & Lunam.
Χωρογραφία τῆς Αἰγύπτου καὶ τοῦ Νείλου διαγραφή· Chorographia Ægypti & descriptio Nili.
Περὶ τῆς καταγραφῆς σκευῆς τῶν ἱερῶν, καὶ τῶν ἀφιερωμένων αὐτοῖς χωρίων· h. e. Descriptio instrumentorum ornamentorumque sacrorum, & locorum eis consecratorum.
Περὶ μέτρων καὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς χρησίμων· h. e. de mensuris alijsque rebus ad sacra pertinentibus.
Τὰ παιδευτικά· h. e. Ad disciplinam & institutionem pertinentia.
Τῶν μοσχοσφαγιστικῶν βιβλία δέκα, τὰ εἰς τὴν τιμὴν τῶν θεῶν ἀνήκοντα τῶν παρ' Αἰγυπτίοις θεῶν, καὶ τὴν Αἰγυπτίαν εὐσέβειαν περιέχοντα· οἷον περὶ θυμάτων, ἀπαρχῶν, ὕμνων, εὐχῶν, πομπῶν, ἑορτῶν, καὶ τῶν τούτοις ὁμοίων· h. e. Moschosphagisticorum libri decem, qui pertinent ad honorem eorum, qui ab Ægyptijs coluntur, Deorum,

& Ægyptiacam religionem continent: nempe ſacrificia, primitias, hymnos, precees, pompas, dies feſtos, & quæ ſunt his ſimilia.

Τὰ ἱερατικὰ βιβλία δέκα, περὶ νόμων καὶ θεῶν καὶ τῆς ὅλης παιδείας τῶν ἱερέων· h. e: Sacerdotales libri decem, de legibus & Dijs, & univerſa ſacerdotum diſciplinâ.

Ἰατρικαὶ βίβλοι περὶ τῆς τοῦ σώματος κατασκευῆς.
περὶ νόσων·
περὶ ὀργάνων καὶ φαρμάκων·
περὶ ὀφθαλμῶν·
περὶ τῶν γυναικείων.

h. e: Libri medici de conſtrnctione corporis,
de morbis,
de inſtrumentis & medicamentis,
de oculis,
de muliebribus.

Hucuſque Index librorum Hermetis Triſmegiſti, quorum Clemens Alexandrinus ſuprà citato loco meminit. Eos autem non ab ipſo Hermete conſcriptos, ſed multis pòſt ſeculis ab Ægyptijs ſacerdotibus compoſitos, & ſub Hermetis nomine editos fuiſſe exiſtimo: quippe qui omnes ſcientias ſuas & artes, omniaque inventa ad Hermetem retulerint auctorem, quò major exiſtimatio ijs antiquitate & celebritate nominis ipſius conciliaretur. Innuere hoc videtur *Jamblichus* in principio libri de Myſterijs Ægyptiorum, ubi, interprete Marſilio Ficino, ſic ſcribit: *Ægyptij ſcriptores putantes omnia inventa eſſe à Mercurio, ſuos libros Mercurio inſcribunt.* Sic etiam Diogenes Laertius in Procœmio refert, Ægyptios certas ſibi de juſtitiâ cõſtituiſſe leges, eaſq; ad Hermetem ſive Mercurium retuliſſe. Ἔθεσαν δὲ, inquit, οἱ Αἰγύπτιοι καὶ νόμους ὑπὲρ δικαιοσύνης, οὓς εἰς Ἑρμῆν ἀνήνεγκαν. Antiquos igitur illos ab Ægyptijs ſacerdotibus Hermeti attributos libros, non magis Hermetis fuiſſe arbitror, quàm τὰ τῶν Πυθαγορείων ἔπη τὰ χρυσᾶ ſunt *Pythagoræ*, vel *Catonis* ſunt diſticha illa moralia, quæ *Catonis* vulgò nuncupantur. Nec mirum, ſacerdotes Ægyptios Hermeti libros ſuos attribuiſſe, cùm celebres illos Ægypti obeliſcos, literis Hieroglyphicis exornatos, quorum genuini auctores, *Mitres, Ramiſes*, alijque Ægypti Reges, à Plinio Hiſtor. Natur. lib. 36 cap. 8 recenſentur, eidem Hermeti attribuerint. Teſtatur hoc Jamblichus in principio jam citati libri de Ægyptiorum myſterijs, ubi obeliſcos iſtos *columnas Mercuriales* appellat, his, Marſilio Ficino interprete, verbis: *Mercurius præeſt ſapientiæ & eloquio. Pythagoras, Plato, Democritus, Eudoxus, & multi ad ſacerdotes Ægyptios acceſſerunt. Dogmata hujus libri ſunt Aſſyriorum, & Ægyptiorum, & ex columnis Mercurij. Pythagoras & Plato didicerunt philoſophiam ex columnis Mercurij in Ægypto. Columnæ Mercurij plenæ doctrinis.* Hæc Jamblichus. Qui verò etiamnunc ſub Hermetis Triſmegiſti nomine circumferuntur libri, ij ſecundum *Franciſci Patricij* editionem, quæ cum *Novâ* ipſius *de Univerſis Philoſophiâ* & *Zoroaſtris Oraculis* Ferrariæ an. 1591 græcè & latinè in folio, ut vulgò loquuntur, prodijt, ſunt hi:

Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου περὶ εὐσεβείας καὶ φιλοσοφίας βιβλίον α'· h. e: Hermetis Triſmegiſti de Pietate & Philoſophiâ, Liber Imus.

Τοῦ αὐτοῦ Ποιμάνδρης· βιβλίον β'. h. e: Ejuſdem Pœmander. Liber IIdus.

Τοῦ αὐτοῦ Λόγος ἱερός· βιβλίον γ'· h. e: Ejuſdem Sermo ſacer. Liber IIItius.

Τοῦ αὐτοῦ Κλείς· βιβλίον δ'. h. e: Ejuſdem Clavis. Liber IVtus.

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Τὰτ τὸν υἱὸν, ὅτι ἀφανὴς ὁ θεὸς φανερώτατός ἐστι· βιβλίον ε'. h. e: Ejuſdem ad Filium ſuum Tat, quòd immanifeſtus Deus manifeſtiſſimus eſt. Liber Vtus.

Τοῦ αὐτοῦ, ὅτι ἐν μόνῳ τῷ θεῷ τὸ ἀγαθόν· βιβλίον ς'. h. e: Ejuſdem, Quòd in ſolo Deo bonum. Liber VItus.

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Τὰτ τὸν υἱὸν ἐν ὄρει λόγος ἀπόκρυφος περὶ παλιγγενεσίας· βιβλίον ζ'. h. e. Ejuſdem ad filium ſuum Tat in monte ſermo reconditus de Regeneratione & ſilentij profeſſione. Liber VIImus:

Cum Appendice, quæ inſcribitur Ὑμνῳδία κρυπτή· λόγος ἅγιος. h. e: Cantio arcana: Sermo ſacer.

Τοῦ

Τοῦ αὐτοῦ, ὅτι μέγιστον κακὸν ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἡ περὶ τοῦ Θεοῦ ἀγνωσία· βιβλίον η'. h. e: Ejuſdem, Quòd maximum malum in hominibus eſt Dei ignoratio. Liber VIIIvus.

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ἀσκληπιὸν Λόγος καθολικός· βιβλίον θ'. h. e: Ejuſdem ad Aſclepium Sermo univerſalis. Liber IXnus.

Τοῦ αὐτοῦ· Νοῦς πρὸς Ἑρμῆν· βιβλίον ι'· h. e: Ejuſdem: Mens ad Hermetem. Liber Xmus.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ νοῦ κοινοῦ πρὸς Τὰτ· βιβλίον ια'· h. e: Ejuſdem de mente communi ad Tat. Liber XImus.

Τοῦ αὐτοῦ Λόγος ὁ κρατὴρ ἢ μονάς. βιβλίον ιβ'· h.e: Ejuſdem Sermo Crater vel Monas. Liber XIImus.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς ἱερᾶς βίβλου, τῆς ἐπικαλουμένης Κόρης κόσμου· βιβλίον ιγ'· h. e. Ejuſdem, ex ſacro libro cognominato Minervâ Mundi. Liber XIIItius;

Cum Appendice quintuplici:

Περὶ προνοίας καὶ εἱμαρμένης, ἐκ τῶν πρὸς Ἄμμωνα· h. e: de Providentiâ & fato ex libris ad Ammonem.

Πρὸς τὸν αὐτὸν Ἄμμωνα· h. e: ad eundem Ammonem.

Ἐκ τῶν πρὸς Τὰτ περὶ εἱμαρμένης· h. e: ex ſcriptis ad Tat de fato.

Περὶ χρόνου, πρὸς τὸν αὐτὸν Τὰτ· h. e: de tempore ad eundem Tat.

Περὶ τῶν ἀστέρων, πρὸς τὸν αὐτόν· h. e: de ſtellis ad eundem.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ ψυχῆς πρὸς τὸν αὐτὸν Ἄμμωνα βιβλίον ιδ'· h.e: Ejuſdem de anima ad eundem Ammonem. Liber XIVtus:

Cum Appendice πρὸς τὸν αὐτὸν Ἄμμωνα· h. e: Ad eundem Ammonem.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ αἰσθήσεως καὶ νοήσεως· βιβλίον ιε'· h. e: Ejuſdem de ſenſu & intellectione. Liber XVtus.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἐνεργείας καὶ αἰσθήσεως· βιβλίον ιϛ'· h. e: Ejuſdem de Energia & ſenſu. Liber XVItus:

Cum Appendice quintuplici:

Περὶ ἀϊδίων σωμάτων, πρὸς τὸν αὐτὸν Τὰτ· h. e: de æternis corporibus ad eundem Tat.

Ἄνθρωπος· h. e: Homo.

Θάνατος· h. e: Mors.

Ὁμοιότης τῶν τεκνῶν, ἐκ τῆς Ἀφροδίτης· h. e: Similitudo natorum ex Venere.

Ἐκ τῆς Ἴσιδος· h. e: Ex Iſide.

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Τὰτ περὶ Ἀληθείας· βιβλίον ιζ'· h. e: Ejuſdem ad Tat de veritate. Liber XVIImus.

Τοῦ αὐτοῦ, ὅτι οὐδὲν τῶν ὄντων ἀπόλλυται· βιβλίον ιη'· h. e: Ejuſdem, Quod nullum Entium pereat. Liber XVIIIvus.

Aſclepius Hermetis Triſmegiſti Dialogus ab Apulejo Madaurenſe Platonico in Latinum converſus.

Et ſic quidem *Franciſcus Patricius* opuſcula illa Theologica, quæ ſub *Hermetis* nomine etiamnunc circumferuntur, Ferrariæ an. 1591 græcè & latinè edidit. Quam editionem ſecutus eſt Illuſtris Cimbricæ Cherſoneſi Produx *Henricus Ranzovius*, qui Franciſci Patricij Zoroaſtrem & Hermetem Triſmegiſtum Hamburgi an. 1593 in octavo ſub titulo *Magiæ Philoſophicæ* latinè tantùm imprimi curavit. Marſilius autem Ficinus, qui ante Patricium opuſcula illa, quæ Hermeti vulgò attribuuntur, primus publicavit, in duos dividenda cenſet libros, *Pœmandrum* videlicet & *Aſclepium*, quorum alterum in quatuordecim, alterum in quindecim capita diſtribuit. Ficinianæ hujus editionis Geſnerus in Bibliothecâ ſuâ his verbis meminit: *Mercurij Triſmegiſti, id eſt, Ter-maximi, quòd Philoſophus, Sacerdos & Rex maximus fuerit, Pymander* [immò Pœmander] *de poteſtate & ſapientiâ Dei Dialogus, & Aſclepius de voluntate Dei, extant Græcè in Italiâ. Excuſi ſunt latinè, Pymander* [Pœmander] *Marſilio Ficino interprete: alter verò ex L. Apuleij verſione, Venetijs apud*

 Aldum,

Aldum, & Basileæ apud Bebelium an. 1532 *in* 8, *cum alijs quibusdam ex Jamblicho, Proclo & Porphyrio.* Hæc Gesnerus. Ego verò cùm hæc scriberem, aliâ usus sum, & eâ quidem aliquantò recentiori Marsilij Ficini editione, quæ Lugduni typis Joannis Tornæsij an. 1577 in 12 prodijt. Continentur eâ præter Hermetis Trismegisti *Pæmandrum & Asclepium*, Jamblichus de Mysterijs Ægyptiorum, Chaldæorum & Assyriorum: Excerpta Marsilij Ficini ex græcis Procli Commentarijs in Platonis Alcibiadem primum de animâ atque dæmone: Idem de sacrificio & magiâ, interprete Ficino: Porphyrius de occasionibus sive causis ad intelligibilia nos ducentibus, interprete Ficino: Excerpta ex Porphyrio de abstinentiâ animalium, interprete Ficino: Excerpta ex Michaele Psello de Dæmonibus interprere Ficino: Hinc deinde sequuntur *Pæmander & Asclepius* cum argumento sive præfatione Marsilij Ficini & ejusdem Commentario singulis capitibus subjuncto. Præfationis inscriptio & principium hoc est: *Argumentum Marsilij Ficini Florentini in librum Mercurij Trismegisti ad Cosmum Medicem, patriæ patrem. Eo tempore, quo Moses natus est, floruit Atlas Astrologus, Promethei Physici frater,* &c. Nec multò post de Hermetis Trismegisti scriptis Theologicis hæc sequuntur: *Scripsit autem Mercurius libros ad divinarum rerum cognitionem pertinentes quàm plurimos, in quibus, proh Deus immortalis,* (1) *quàm arcana mysteria, quàm stupenda panduntur oracula! nec ut philosophus tantùm, sed ut propheta sæpenumerò loquitur, canitque futura. Hic ruinam prævidit priscæ religionis, hic ortum novæ fidei, hic adventum Christi, hic futurum judicium, resurrectionem seculi, beatorum gloriam, supplicia peccatorum. Quo factum est, ut Aurelius Augustinus dubitaverit, peritiáne siderum, an revelatione dæmonum multa protulerit. Lactantius autem illum inter Sybillam ac Prophetas commemorare non dubitat. E multis denique Mercurij libris, duo sunt divini præcipuè, unus de voluntate divinâ, alter de potestate & sapientiâ Dei. Ille Asclepius, hic Pæmander inscribitur. Illum Apulejus Platonicus latinum fecit, alter usque adhuc tempora restitit apud Græcos: at nuper ex Macedoniâ in Italiam advectus diligentiâ Leonardi Pistoriensis, docti probique monachi, ad nos pervenit. Ego autem cùm tuis exhortationibus provocatus, è Græcâ linguâ in Latinam convertere statuissem, æquum fore putavi, Cosme felix, ut nomini tuo opusculum dedicarem.* Hactenus de editione suâ Marsilius Ficinus. Audiamus nunc quoque Franciscum Patricium editionis suæ divisionem in octodecim libros contra Ficinum defendentem. *De tanto,* inquit, *numero librorum Mercurij, soli supersunt ex Ficini sententiâ duo, Pæmander Græcè & Asclepius, Latinè ab Apulejo jamdiu versus. Quod & Vergicius & Flussas Candalla senserunt, qui Græcum illum imprimi curarunt. Sed nostrâ sententiâ Pæmander ille à Ficino in quatuordecim capita dissectus, non unus liber est, sed totidem libelli per se à Pæmandro separati. Cui solus primus debetur. Reliqui cum nullam Pæmandri mentionem faciant, nec ab eo pendeant, aut ordine dogmatum, aut connexione ullâ, Pæmandri partes dici non possunt. Esse autem eos ab illo diversos, & quæ modò diximus, & personæ aliæ Tatius, & Asclepius, & tituli ab illo alij, Clavis, Crateris, & reliquis libris additi, satis clarum faciunt. Sed extat & alius titulo sacri libri, quem nos in Cypro in monasterio, cui nomen Enclistra, simul cum reliquis invenimus. Et quem Joan. Stobæus Eclogis suis Physicis inseruit, cum fragmentis alijs, & libellis etiam non paucis, partim extantium, partim etiam non extantium. Quæ omnia nos in unum contulimus volumen, simul cum ijs pauculis, quæ tùm apud Cyrillum libris contra Julianum tùm apud Suidam reperimus, & juxta nostra illa exemplaria, plusquam mille quadraginta loca, tùm in Ficinianis, tùm in Stobæanis & Candallianis emendavimus. Quæ lectionum varietas necessitatem nobis imposuit, ut omnes novo labore verteremus. Sed & ordinem libellorum mutavimus ita, ut materiarum sequela magis sit connexa, & scientifica magis appareat. Atque hæc quidem de Mercurio Ter-maximo, sive Hermete Trismegisto ejusque libris, ex Cimmerijs, non* (2) *linguis, sed antiquitatis tenebris, quantum viribus suffecimus, à nobis eruta, in lucem prodeant. Quibus hæc paucula, ab eo, in ejus obitu prolata, addantur, quæ à Chalcidio referuntur, loquente ipso Hermete:*

> *Hactenus, Fili, pulsus à patriâ vixi peregrinus & exul. Nunc incolumis patriam repeto. Cùmque post paulum à vobis corporeis vinculis absolutus discessero, videtote, ne me quasi mortuum lugeatis. Nam ad illam optimam beatamque civitatem regredior, ad quam universi cives mortis conditione venturi sunt. Ibi namque solus Deus est summus Princeps, qui cives suos replebit suavitate mirificâ. Quò hæc, quam multi vitam existimant, mors est potius dicenda, quàm vita.*

Hucus-

(1) *Frustrà hic admiratur Marsilius Ficinus, opuscula Theologica, quæ sub Hermetis Trismegisti nomine nunc extant, Christianismum sapere; quippe cum certissimum sit, ea supposititia esse, nec ab ipso illo antiquo Hermete, qui temporibus Moysis vixit, sed secundo circiter post Æram Christianam seculo ab auctore semi-Christiano & semi-Platonico composita fuisse. Quâ de re vide paulò post plura.* (2) *Alludit ad Ioan. Goropij Becani ineptias ac nugas plusquam aniles vel pueriles de primitivâ quâdam Cimmericâ sive Cimbricâ linguâ. Videsis ipsum Patricium in principio Dissertationis de Hermete Trismegisto.*

Hucusque Patricius de suâ & Marsilij Ficini opusculorum Theologicorum Hermetis Trismegisti editione. Adjiciam insuper alium eorundem Catalogum à *Conrado Gesnero* ex Græco Codice descriptum, quem is Bibliothecæ suæ fol. 510 edit. Tigurin. an. 1545 ita inseruit:

Ποιμάνδρης.
Πρὸς Τάτ λόγος καθολικός.
Τοῦ αὐτοῦ λόγος ἱερός.
Πρὸς Τὰτ ὁ Κρατὴρ ἢ Μονάς.
Πρὸς Τὰτ υἱὸν, ὅτι ἀφανὴς θεὸς φανερώτατός ἐστι.
Ὅτι οὐδὲν τῶν ὄντων ἀπόλλυται, ἀλλὰ τὰς μεταβολὰς ἀπωλείας καὶ θανάτους πλανώμενοι λέγουσι.
Περὶ νοήσεως καὶ αἰσθήσεως.
Ὅτι ἐν μόνῳ τῷ θεῷ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθόν ἐστιν, ἀλλαχόθι δὲ οὐδαμοῦ.
Τοῦ αὐτοῦ Κλείς.
Νοῦς πρὸς Ἑρμῆν.
Περὶ (1) τοῦ κοινοῦ πρὸς Τάτ.
Πρὸς τὸν υἱὸν Τὰτ ἐν (2) ἄρει λόγος ἀπόκρυφος περὶ παλιγγενεσίας, καὶ σιγῆς καὶ ἐπαγγελίας.
Ὑμνῳδία κρυπτὴ, λόγοι δ'.
Ὅροι Ἀσκληπιοῦ πρὸς (3) Ἄμμον βασιλέα περὶ θεοῦ, περὶ ὕλης, περὶ κακίας, εἱμαρμένης, ἡλίου, νοητῆς οὐσίας, θείας οὐσίας, περὶ ἀνθρώπου, οἰκονομίας τοῦ πληρώματος, τῶν ἑπτὰ ἀστέρων, τοῦ κατ' εἰκόνα ἀνθρώπου.
Περὶ τοῦ ὑπὸ τοῦ πάθους τοῦ σώματος ἐμποδιζομένης ψυχῆς.
Περὶ εὐφημίας τοῦ κρείττονος, καὶ ἐγκώμιον βασιλέως.
Μέθοδος εἰς πᾶσαν καταρχὴν ἐπιτήδειος.

(1) Pro του sine dubio hîc scribendum est νοῦ.
(2) Legendum hîc est ὄρει.
(3) Ἀμμῶνα.

Hactenùs Index scriptorum Hermetis Trismegisti Gesnerianus. Quod restat, idem de opusculis hisce judicium meum est, atque de *Sibyllarum* & *Zoroastris*, quæ nunc extant, oraculis; nempè suppositiтia ea esse, nec ab Hermete temporibus Moysis, sed secundo circiter post Æram Christianam seculo ab homine semi-Platonico & semi-Christiano, cujus generis multi tunc, & deinceps vixerunt, composita fuisse. Argumenta, quibus id probari posse arbitror, eadem sunt, ac illa, quibus suprà Lib. 1 cap. 4 § 4 pag. 15 & deinceps, & cap. 7 § 5 pag. 91 & deinceps, Oracula illa, quæ sub Sibyllarum & Zoroastris nominibus circumferuntur, spuria & ψευδεπίγραφα esse demonstravi. His autem multò etiam plura addam, cùm *tertio* hujus Prodromi libro ea, quæ nunc de Hermete ejusque scriptis in antecessum paucis præmisi, pleniùs accuratiùsque elaboravero. Ibi enim de stylo, argumento, ratione philosophandi, ætate & interpretibus librorum Hermeticorum, quantum in me erit diligentissimè agam, & quæ à Marsilio Ficino, Augustino Steucho Eugubino & Francisco Patricio, Philosophiæ Platonico-Christianæ addictissimis Scriptoribus, pro eorum defensione afferuntur, solidissimè expendam ac discutiam. Interim ne primus aut solus in hoc certamen descendere videar, inseram hîc Viri undecunque doctissimi Gerardi Joannis Vossij judicium de scriptis Hermetis Trismegisti, quod extat lib. de origine & progressu Idololatriæ cap. 10 his verbis: *Stoici voluêre, ipsas sapientum animas non durare, nisi usque ad* ἐκπύρωσιν *sive conflagrationem universi; tunc enim resolvi omnia in principia sua, & antiqua elementa: hoc est Iovem, sive divinam mentem, sive etiam animam universi, vel mundanam; humanarum, imò omnium animarum originem. Ab illo enim spiritu omnes spiritus flamine vel evaporatione quâdam esse exspiratos: ab illo fonte vitali, quicquid vitam haberet, promanâsse. Proinde non solùm esse à Deo, sed etiam ex Deo: non* κατ' ἀπάρτησιν *sive per abscissionem, & imminutione aliquâ divinæ substantiæ; sed* κατ' ἔκτασιν, *h. e. per protensionem sive dilatationem, sive ejus emissionem: quo pacto lux à Sole diffunditur absque ejus noxâ. Hoc pacto Stoicorum sententiam optimè Philo Iudæus expressit libro, Quod deteriùs potiori insidietur: item suppositítius ille semi-Platonicus, idemque semi-Christianus, eruditus interim scriptor, qui vulgò dicitur Hermes Trismegistus, Pœmandri cap. X & XII.* Hactenùs Vossij de Hermetis Pœmandro & cæteris suprà enumeratis scriptis judicium. Quod quidem sine dubio etiam pertinet ad testimonium illud de Sanctissimâ Trinitate quod Hermeti Trismegisto attribuitur à Suidâ v. Ἑρμῆς ὁ τρισμέγιστος, ubi de ipso hæc leguntur: Οὗτος ἦν αἰγύπτιος σοφός· ἤκμαζε δὲ πρὸ τοῦ Φαραώ. ἐκέκλητο

δὲ Τρισμέγιστος, διότι περὶ τριάδος ἐφθέγξατο εἰπὼν, ἐν τριάδι μίαν εἶναι θεότητα. οὕτως ἦν φῶς νοερὸν πρὸ φωτὸς νοεροῦ, καὶ ἦν ἀεὶ νοῦς νοὸς φωτεινὸς, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν ἡ τούτου ἑνότης. καὶ πνεῦμα πάντα περιέχον. ἐκτὸς τούτου οὐ θεὸς, οὐκ ἄγγελος, οὐκ οὐσία τις ἄλλη. πάντων γὰρ κύριος καὶ πατὴρ καὶ θεὸς, καὶ πάντα ὑπ' αὐτὸν, καὶ ἐν αὐτῷ ἐστι. ὁ γὰρ λόγος αὐτοῦ παντέλειος ὢν, καὶ γόνιμος, καὶ δημιουργὸς ἐν γονίμῳ φύσει παῖς ὢν, καὶ γονίμῳ ὕδατι ἔγκυον τὸ ὕδωρ ἐποίησε. καὶ ταῦτα εἰρηκὼς ηὔξατο λέγων· ὁρκίζω σε οὐρανὲ, θεοῦ μεγάλου σοφὸν ἔργον. ὁρκίζω σε φωνὴν πατρὸς, ἣν ἐφθέγξατο πρώτην, ἡνίκα τὸν πάντα κόσμον ἐστηρίξατο. ὁρκίζω σε κατὰ τοῦ μονογενοῦς λόγου, καὶ τοῦ πατρὸς [legendum hîc sine dubio est (1) πνεύματος] τοῦ περιέχοντος πάντα· ἵλεως, ἵλεως ἔσο. h.e. Æmilio Porto interprete: *Mercurius Ter-maximus, sive Trismegistus, sapiens fuit Ægyptius. Floruit autem ante Pharaonem. Vocatus autem fuit Ter-maximus, quòd de Trinitate locutus fuerit, dicens in Trinitate unam esse Deitatem. Sic fuit lumen intelligens ante lumen intelligens, & fuit semper mens mentis lucida, & nihil aliud fuit hujus unitas. Et spiritus omnia continens. Extra hunc non Deus, non angelus, non ulla alia essentia est. Omnium enim est Dominus, & Pater, & Deus, & omnia sub ipso & in ipso sunt. Nam ipsius sermo, qui est undique perfectus, & fœcundus, & opifex, in fœcundâ naturâ puer existens, & fœcundâ aquâ aquam fœcundam fecit. His autem dictis, precatus est: Obtestor te Cœlum, magni Dei sapiens opus. Obtestor te vocem Patris, quam locutus est primam, cùm omnem mundum firmavit. Obtestor te per unigenitum Sermonem, & Spiritum* [sic enim hîc pro *Patrem* legendum est; cùm in græco pro πατρὸς sine controversiâ scribendum sit πνεύματος] *omnia continentem: propitium, propitium esto mihi.* Profectò qui non videt, Hermetis hæc, à Suidâ commemorata verba, recentioris cujusdam Platonici Græculi commentum esse, eum omni prorsus judicio carere, & in legendis veterum Auctorum scriptis omninò rudem esse necesse est. Id quoque adjiciendum mihi videtur, ne illam quidem *Asclepii* latinam versionem, quæ *Apulejo* vulgò attribuitur, *Apuleji* censeri, cùm stylus & scribendi ratio reclamare videatur. Quâ de re operæ pretium est, nos audire duos illos illustres, sed in patriâ infortunatos Hamburgenses, *Ioannem* (2) *Wovverium & Gebhartum Elmenhorstium*, quorum prior in Dissertatione de Vitâ & Scriptis L. Apuleji, editioni Operum ipsius, quæ Hamburgi an. 1606 in 12mo prodijt, præfixâ, sic scribit: *Sunt qui Asclepium Hermetis Trismegisti Dialogum, tanquam ab Apulejo versum, inter ejus opera vulgare solent. Impellere illum poterat auctoris dignitas & argumenti præstantia: sed oratio planè sicca & exsanguis, nihilque simile habens cum Apulejanâ ubertate & laticiâ.* Alter verò idem confirmat in Emendationibus suis ad *Hermetis Trismegisti de Naturâ Deorum ad Asclepium Adlocutam* his verbis: *Sic hunc librum indigetant membranæ Leidenses. In Flor. & Brem. est, Apuleji Asclepius, sive dialogus Mercurij Trismegisti. Rom. Ald. Basil. & Parisʃ. edit. Henrici Stephani anni 1505 hanc Epigraphen proferunt: Asclepius Hermetis Trismegisti Dialogus à Lucio Apulejo Madaurense Platonico in Latinum conversus. Colvius, Schickeradus & Wovverus, non Apulejo, sed alij inferioris ævi scriptori versionem hanc attribuunt: quorum quidem sententiæ non admodum refragor, cùm genus dicendi siccum, & planè exsangue penitùs considero. Nolui tamen hunc Dialogum à continenti corpore Apulejano sejungere, vel ideò, quia res sacras scituque dignissimas continet.* Hæc de latinâ illâ Asclepij versione, quæ Apulejo adscribitur, Wowerius & Elmenhorstius. Cæterùm quod ad reliqua scripta, quæ sub Hermetis Trismegisti nomine etiamnunc extant, attinet, minimè dubium est, quin ea æquè, ac superiora, sint supposititia:

Iatromathematica, h.e. ut Gesnerus interpretatur, *Medicationes accommodatæ ad astrologicam rationem*; sive, *doctrina pronuntiandi de morborum eventu ex observatione motûs & aspectuum planetarum, regnantium eâ horâ, quâ decubuerit æger, unà cum brevi remediorum adjunctione.* Prodierunt autem hæc *Iatromathematica* (3) græcè cum alijs quibusdam Astrologicis operâ Joachimi Camerarij Norimbergæ an. 1532 apud Nicolaum Petrejum in 8vo: Item (4) Augustæ Vindelicorum typis Michaelis Mangeri an. 1597 in 8vo sub hoc titulo: *Hermetis Trismegisti, Prophetæ, Regis & Sacerdotis Ter-maximi, Iatromathematica ad Ammonem Ægyptium, à Davide Hæschelio Augustano græcè & latinè edita, fide MS. Codicis emendata, suppleta, cum Notis.*

Secreta secretorum Raymundi Lullij & (5) *Hermetis*, in libros tres divisa: quæ impressa sunt cum opusculo D. Thomæ Aquinatis de esse & essentiâ mineralium, &

Cornelij

(1) Sic & paulo ante legitur. πνεῦμα πάντα περιέχον.

(2) Appellat is Hamburgum *in Testamento suo, Slesuici an. 1612, die 16 Martij composito,* Patriam ingratam, & factione malorum in optimum Civem impiam ac contumeliosam.

(3) Vide Gesneri Bibliothecam, ubi agitur de Mercurio Trismegisto. (4) *Vide Ioan. Georg. Schenckij Bibliothecam Medicam lit. H: Draudij Biblioth. Classʃ. cap. 3 de libris Medicis tit. Mathematica curatio: & Lindanum de scriptis Medicis lib. 1.* (5) *Schenck. Biblioth. Medic. lit. R: Draud. Biblioth. tit. Chymica: Lindan. de script. Medic. lib. 1. lit. R.*

Cornelij Aluetani de conficiendo divino Elixire libello, Coloniæ apud Gosuinum Colinum an. 1592 in 8vo.

De (1) *Lapidis Philosophici secreto* Tractatus aureus, in capita septem divisus, & à quodam anonymo Scholijs illustratus, qui extat volumine quarto Theatri Chymici, editi Argentorati apud Lazarum Zetznerum an. 1613 in 8vo. Opus autem hoc idem esse videtur, cujus Gesnerus (2) ita meminit: *Hermæ Trismegisti tractatus septem memini videre manuscriptos, qui, ni fallor, magica quædam continent, aut certè chymistica: videntur autem falsò inscripti.*

Ejusdem, vel *Orphei*, secundum alios, *de Significationibus terræ motuum per singula Zodiaci signa* versus sexaginta sex, qui, teste (3) Gesnero, leguntur in Anthologio Græco folio 285 editionis Aldinæ.

Ejusdem Mercurij Trismegisti ex libro sacro de animabus Disputatio sub nomine Isidis ad Horum, quæ extat apud Joannem Stobæum libro primo Eclogarum Physicarum. Cujus dissertationis de qualitatibus populorum ab aëre oriundis notabilis locus, qui legitur pag. 127 editionis Plantinianæ, citatur, corrigitur & illustratur à V. CL. Casparo Barthio Adversar. lib. 15 cap. 12. Verba ejus loci hæc sunt: Τοὺς δὲ μετὰ τούτους, καὶ μικρῷ πόῤῥω τὸ νῦν Ἰταλικὸν καὶ τὸ Ἑλλαδικόν· πάντες δὲ ἤτοι χαλίμηροι εἰσὶν καὶ εὐπωγωνότεροι· [vel, ut verosimillimè doctissimus Barthius hîc legendum censet, εὐπυγώτεροι] ὥστε τῇ τοῦ κάλλους τῶν μηρῶν τούτων ὑπερβολῇ καὶ τοὺς ἐνταῦθα ἀνθρώπους πρὸς τὴν τῶν ἀῤῥένων ὁμιλίαν.

Et hæc quidem de Hermetis Trismegisti vitâ & scriptis supposititijs in præsens sufficiant. Videsis insuper Platonem in Philebo pag. 75 & in Phædro pag. 356: Diodorum Siculum Biblioth. Hist. lib. 1 pag. 14, 15: S. Augustinum de Civitate Dei lib. 8 cap. 26: Lactantium divin. Instit. lib. 1: Joannis Stobæi Anthologium Ethico-Politicum Serm. 11 de Veritate, Serm. 13 de Libertate dicendi, & Serm. 119 de Laude mortis: Joan. Tzetzen Chiliad. Histor. 4 histor. 2, pag. 335: Marsilij Ficini Præfationem & Commentarium in Pœmandrum & Asclepium: Augustinum Steuchum Eugubinum de Perenni Philosophiâ lib. 1 cap. 25, cui titulus, *De Mercurio Trismegisto, Theologiamque ejus esse veram, id est, ab antiquissimo illo Mercurio perscriptam*: Francisci Patricij Dissertationem Hermetis Opusculis Theologicis præfixam: Philip. Cluverium German. Antiq. lib. 1 cap. 9 pag. 65, 66, cap. 24 pag. 170, 171, cap. 26 pag. 184, 185 & passim aliàs: Gilber. Genebrard. Chronograph. lib. 1 pag. 81 & lib. 2 pag. 279, 280, ubi Mercurium Trismegistum perperam refert ad tempora Ptolemæi Lagi Ægyptiorum Regis: Bened. Perer. Præfat. in Genes. pag. 2 & Comment. in Genes. cap. 12 vers. 19 pag. 482: Raphael. Volaterran. Commentar. Vrbanor. lib. 33 pag. 783, 784: Vossium de orig. & progress. Idololatriæ lib. 1 cap. 16, 27, 37: & Thomæ Jamesij Indicem Catalogi Bibliothecæ Bodlejanæ Oxoniensis lit. M. Quorum omnium auctorum jam citata loca, unâ cum compluribus alijs, quæ nunc deditâ operâ silentio prætereo, posthac, si Deus permiserit, accuratissimè expendam Prodromi hujus libro tertio.

Hucusque locus ille de *Hermete Trismegisto* ejusque Scriptis supposititijs, ex *Prodromo* meo *Historiæ Literariæ* desumptus; cujus supplendi causâ, quantum obiter per angustias temporis licet, in præsens hoc addo, suprà memorata *Hermetis Opuscula Theologico-Philosophica* edita quidem etiam esse græcè & latinè à *Francisco Flussate Candallâ* Burdigalæ A. 1574 in quarto, sed ibi comprehendi unico generali titulo *Poemandri*, in (4) *Capita sedecim* divisi hoc ordine: Caput primum: Ἐννοίας μοί ποτε γενομένης &c; secundum, *Ad Æsculapium Sermo*

(1) *Lindan. de Script. Medic. lib. 1 lit. H.*

(2) *Bibliothec. univers. lit. M.*

(3) *Jam citato loco.*

(4) *In recensione horum sedecim Capitum retinui deditâ operâ latinam inscriptionum versionem* Candallæ.

Sermo universalis : (1) Ἢ Θεὸς, ἢ τὸ θεῖον· λέγω νῦν οὐ τὸ γεννητὸν, ἀλλὰ τὸ ἀγέννητον. ἐὰν μὲν οὖν &c; tertium, *Sermo sacer* : Δόξα πάντων ὁ Θεὸς, &c; quartum, *Ad filium suum Tat Sermo, inscriptus Crater vel Vnitas* : Ἐπειδὴ τὸν πάντα κόσμον &c; quintum, *Ad filium suum Tat, quòd Deus invisibilis manifestissimus sit:* Καὶ τὸν δέ σοι τὸν λόγον, ὦ Τάτ, &c; sextum, *Quod in solo Deo bonum est, alibi verò nusquam:* Τὸ ἀγαθὸν, ὦ Ἀσκληπιὲ, &c: septimum, *Quòd maximum inter homines malum, eorum, quæ de Deo sunt, ignorantia* : Ποῖ φέρεσθε ὦ ἄνθρωποι &c; octavum, *Quòd eorum, quæ sunt, nihil deperit, at mutationes seducti homines abolitiones & interitus dicunt* : Περὶ ψυχῆς καὶ σώματος, ὦ παῖ, &c; nonum, *De intelligentiâ & sensu, & quòd in solo Deo pulchrum & bonum est, alibi verò nusquam:* Χθὲς, ὦ Ἀσκληπιὲ, τὸν τέλειον ἀποδέδωκα λόγον, &c; decimum, *Clavis:* Τὸν χθὲς λόγον, ὦ Ἀσκληπιὲ, σοὶ ἀνέθηκα· &c; undecimum, *Mens ad Mercurium:* Κατάσχες οὖν τοῦ λόγου &c; duodecimum, *De Mente communi* ad Tat: Ὁ νοῦς, ὦ Τάτ, &c; decimum tertium, *ad filium Tat in monte Sermo arcanus de Regeneratione & silentij professione* : Ἐν τοῖς γενικοῖς, ὦ πάτερ, &c; cujus Apendix, *Cantio Arcana:* Πᾶσα φύσις κόσμου &c; decimum quartum, *Æsculapio benè sapere* : Ἐπεὶ ὁ υἱός μου Τάτ &c; decimum quintum, *Ex Joannis Stobæi Collectaneis. Mercurij, ex ijs, quæ ad Tat:* Περὶ ἀληθείας, ὦ Τάτ, &c; Θεὸν μὲν νοῆσαι χαλεπὸν, &c; Περὶ δὲ τοῦ θανάτου νῦν λεκτέον. τοῦτο γὰρ &c; quorum Appendix, *Ex Suida:* Ἑρμῆς ὁ Τρισμέγιστος. οὗτος ἦν Αἰγύπτιος &c; decimum sextum, *Æsculapij ad Ammonem Regem Definitiones:* Μέγαν σοι λόγον, ὦ βασιλεῦ, διεπεμψάμην &c; quæ tamen ibi sunt mutilæ, & tantùm pertingunt usque ad hæc verba: (2) οὐδὲ ἡ ποίησις αὐτοῦ ἀρχὴν ἢ τέλος ἔχει. Quod porrò ad *Theologico-Scholasticam* eorundem Hermeticorum Sermonum explicationem attinet, ea valdè prolixè conscripta est à Fratre *Hannibale Rossellio Calabro*, Ordinis Minorum regularis observantiæ, Theologiæ & Philosophiæ ad S. Bernardinum Cracoviæ Professoris, in amplissimo *Commentario ad Mercurij Trismegisti Poemandrum*, in *quatuor* diviso *Libros*, quorum primus *de SS. Trinitate*, secundus *de Spiritu Sancto & Angelis*, tertius *de Ente, materiâ, formâ & rebus metaphysicis*, quartus *de Cœlo* inscribitur. Prodierunt hi quatuor Libri Cracoviæ A. 1584, 1585 & 1586 in folio, &

(1) *Ita ibi perperàm græcè legitur, nec meliùs latinè*: Vel Deus, vel Divinitas, nunc ajo esse non quid factum, quinimo quid non factum esse. *Sed re verâ ibi legendum est, ut in Codice manuscripto Cæsareo:* Ἡ Θεὸς τὸ θεῖον· λέγω νῦν *&c. Hoc est:* Certè Deus idem est atq; Divinitas, non dico autem nunc, quòd ea sit, quæ genita est, sed, quæ non genita.

(2) *Vide Codicem manuscriptum* Cæsareum, *de quo in præsens agitur, fol. 215 pag. 1, & Fran*cisci Patricij *Novæ de Vniversis Philosophiæ editionem secundam Venetam.*

&, si bini conjunctim compingantur, duobus satis crassis constant Voluminibus.

Quartò, & quidem à fol. 213 pag. 1 usque ad fol. 217 pag. 1, *Asclepij* sive *Æsculapij, Hermetis* scilicet *Trismegisti discipuli, ad Ammonem Regem Sermones Philosophici tres*; quorum primus inscribitur atque incipit hoc modo: Ὅροι τοῦ Ἀσκληπιοῦ πρὸς Ἄμμωνα βασιλέα· Περὶ Θεοῦ, περὶ ὕλης, περὶ εἱμαρμένης, περὶ ἡλίου, περὶ νοητῆς οὐσίας, περὶ θείας οὐσίας, περὶ ἀνθρώπου, περὶ οἰκονομίας τοῦ πληρώματος τῶν ἑπτὰ ἀστέρων, περὶ τοῦ κατ' εἰκόνα ἀνθρώπου. Μέγαν σοι λόγον, ὦ Βασιλεῦ, διεπεμψάμην, πάντων τῶν ἄλλων ὥσπερ κορυφὴν &c. Hoc est, *Candallâ* interprete: *Æsculapij ad Ammonem Regem Definitiones; De Deo, De materiâ, De fato, De Sole, De intelligibili essentiâ, De Divinâ essentiâ, De homine, De administratione summâ septem stellarum, De homine, qui est secundùm imaginem. Sublimem o Rex, sermonem ad te misi, cæterorum omnium veluti summam &c*; desinit autem, τῇ δὲ ἐπιούσῃ περὶ τῶν ἑξῆς θεολογήσομεν, hoc est, *Francisco Patricio* interprete: *sequenti verò de sequentibus theologizabimur*; secundus, Περὶ τοῦ ὑπὸ τοῦ πάθους τοῦ σώματος ἐμποδιζομένης ψυχῆς. Τοῖς τῆς παμμούσου μελῳδίας τὴν ἁρμονίαν ἐπαγγελλομένοις &c. Hoc est, *Francisco Patricio* interprete: *De animâ à corporis passione impeditâ. His, qui harmoniam omnifariam musici cantûs profitentur*, &c; tertius, Περὶ εὐφημίας τοῦ κρείττονος, καὶ ἐγκώμιον βασιλέως. Ἀλλὰ σπεύδει ὁ λόγος εἰς ἀρχὰς καταλῦσαι τὸ τέρμα, καὶ &c. Hoc est, *Francisco Patricio* interprete: *De bonâ famâ, & encomium Regis. Sed festinat sermo in principia resolvere finem*, &c. De his tribus *Asclepij* sive *Æsculapij Sermonibus* vide *Francisci Patricij* secundam editionem Venetam (in primâ enim editione Ferrariensi non exstant) Novæ suæ de Universis Philosophiæ, ubi sic scribit: *TRES hosce, qui sub ASCLEPII nomine exstant, Libellos non videtur Steuchus Eugubinus, nî fallimur, cognovisse; Ficinus certè ijs caruit. Candalla non nisi primum habuit. Turnebus tres excudit, & calci prioris fragmentum quoddam ex* (1) *alio libro assuit, sine quo eum Candalla edidit. De tribus his Libellis, PRIMUS quidem & TERTIUS, digni videntur, quibus Hermetis auditor fuerit author. Sed SECUNDUS, quamvis ab eo tertius pendêre videatur, suppositus possit existimari. Neque enim, quod titulo promittit, præstat; quod tantum virum decere non videtur. Et præterea PHIDIAS in eo nominatur; qui sculptor Periclis tempore fuit Athenis, cui Hermes, & auditor*

(1) *Contrarium manifestè apparet ex Codice manuscripto Cæsareo, de quo in præsens agitur.*

tor ejus, non potuit eſſe contemporaneus. Sed quia, non uti ſculptor, ut fuit, ſed uti Muſicus nominatur, veriſimile fuerit, vel alium hunc Phidiam Ægyptium, & Muſicum fuiſſe; vel nomen hoc, librariorum incuriâ, in Ægyptij Muſici locum irrepſiſſe. Sed & quod ait, citharoedo cuidam contigiſſe, dum caneret in agone, loco chordæ, quæ ei defuit, cicadam ſuppleſſe cantionem, apud Græcos id eveniſſe non pauci ſcribunt. Niſi quis dicat, id priùs Ægyptio alicui accidiſſe, quòd Græci, ut alia multa, ad ſe tranſtulerint. Sed utcunque id ſit, non ſatis videtur is libellus tanti Viri diſcipulo eſſe dignus. Sed PRIMO cur & quomodo titulus, ὍΡΟΙ ſive DEFINITIONES, congruat, nulla certa ratio videtur reddi poſſe. Neque enim, quæ ſubduntur, Definitiones ſunt, neque his tribus Libris Definitiones ullæ, aut docentur, aut traduntur; niſi quis dicat, in Libris his, quorum titulos anteponit, Definitiones vel traditas ab eo fuiſſe vel tractatas. Tituli autem ſunt hi: De Deo, De Divinâ eſſentiâ, De intelligibili eſſentiâ, De materiâ, De œconomiâ plenitudinis ſeptem ſtellarum, De Sole, De Fato, De homine, De homine, qui eſt ſecundùm imaginem. Non enim ſunt hæc in hiſce tribus Libellis diſputata; ſed neceſſe eſt, cum hoſce titulos præpoſuiſſe, ut Index quaſi eſſet Libellorum aliorum, quos ſcripſiſſet, vel eorum ipſorum, quos initio PRIMI ait ſe Ammoni Regi tranſmiſiſſe; vel, veriùs, ad eum miſiſſe MAGNVM, ut inquit, SERMONEM, qui eſſet tanquam Summa & Commentarium eorum, quos nominat, Librorum novem, à ſe ſcriptorum. PRIMVS autem tùm apud Candallam, tùm apud Turnebum, proprio caret titulo ſeu hypotheſi, quam duo ſequentes habent. Si quid verò audere in alienis liceat, ex rebus, quæ in eo diſputantur prolixiùs, DE SOLE ET DÆMONIBVS auſi ſumus titulum præfigere. Si cui non placeat, pro non poſito habeat; & Interpretationem noſtram omnium trium æquo animo ſuſcipiat. Hæc *Franciſcus Patricius.* Ego verò de *tribus* illis *Aſclepij* ſive *Æſculapij Sermonibus* ſeu *Libellis* idem prorsùs judico, quod de ſuprà memoratis ipſius *Hermetis*; nempe ſuppoſititios eos eſſe, & *ſecundo* circiter poſt Chriſtum ſeculo ab homine ſemi-Platonico & ſemi-Chriſtiano compoſitos.

Quintò, & quidem à fol. 218 pag. 1 uſque ad fol. 228 pag. 1. (1) *Philonis Judæi Liber ſuppoſititius de Mundo, ſive, Quòd Mundus ſit incorruptibilis*; cujus titulus & principium: ΦΙΛΩΝΟΣ περὶ κόσμου. Οὐδὲν τῶν ὄντων ἰσότιμον ὑφέστηκε τῷ Θεῷ, ἀλλ' &c; finis autem: εἴρηται κατὰ δύναμιν. Exſtat hic Liber inter *Philonis* Opera, græcè & latinè Lutetiæ Pariſiorum A. 1640 in folio edita, à pag. 1150 uſque

(1) *Vide Lib. III horum Comment. pag. 258, & Lib. IV pag. 250.*

usque ad pag. 1172, cum hâc præfixâ commonitione: *Librum hunc de Mundo PHILONIS Judæi non esse, non nescimus; sed tamen, quia sub Philonis nomine, quicunque tandem ille fuerit, circumfertur, hîc adjiciendum putavimus, & ne quis curiosior lector in hâc nostrâ editione quicquam desiderare posset.*

Sextò, & quidem à fol. 228 pag. 1 usque ad fol. 240 pag. 2, *ex Eusebij Pamphili Opere de Præparatione Evangelicâ Excerpta varia*: nempe *Libri decimi quinti caput vigesimum secundum* adversus Stoicos, Animam corpoream esse non posse, ex Libro *Plotini* de Animâ. Εἰ δὲ ἐστιν ἀθάνατος ἕκαστος ἡμῶν, &c; Libri undecimi caput vigesimum octavum de Animæ immortalitate, ex Porphyrio. Αὐτίκα λόγον ἰσχυρὸν εἶναι &c; *Libri decimi quinti caput decimum* adversus Aristotelem, qui Animam Entelechiam esse asserit, ex secundo *Plotini* de Animæ immortalitate libro. Τὸ δὲ τῆς Ἐντελεχείας, ὧδ' ἄν τις ἐπισκέψαιτο, &c; *Libri decimi quinti caput undecimum* de eâdem re, ex *Porphyrij* ad Boethum opere de Animâ. Πρὸς δὲ τὴν ἐντελέχειαν τὴν ψυχὴν εἰπόντα, &c; *Libri undecimi caput decimum tertium*, Vnum ac solum esse Deum. Μωσέως περὶ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ φήσαντος, &c; *Libri undecimi caput decimum quartum* de secundo Hebræorum Platonisque principio. Τὰ μὲν δὴ περὶ τοῦ πρώτου τῶν ὅλων Αἰτίου &c; *Libri undecimi caput decimum quintum* de secundo Principio, ex *Philone*. Εὐπρεπὲς γὰρ τοῖς ἑταιρείαν πρὸς ἐπιστήμην θερμοῖς, &c; *Libri undecimi caput decimum sextum* de secundo Principio, ex *Platone*. Καὶ τιμὰς ἀποδιδῶμεν &c; *Libri undecimi caput decimum octavum* de secundo Principio, ex *Numenio*. Τὸν μέλλοντα δὲ συνήσειν Θεοῦ &c; *Libri undecimi caput decimum nonum* de Joannis apud nos Evangelistæ Theologiâ, ex *Amelio*. Καὶ οὗτος ἄρα ἦν ὁ Λόγος, &c; *Libri undecimi caput vigesimum* de tribus Substantijs Principij vim habentibus. Τῶν παρ' Ἑβραίοις λογίων &c; *Libri undecimi caput decimum septimum* de secundo Principio, ex *Plotino*. Κόσμον αἰσθητὸν &c, Καὶ πάντα δὲ ὅσα ἤδη τέλεια &c; *Libri undecimi caput nonum* de Ente, ex Moysis Platonisque doctrinâ. Μωσέως ἐν ταῖς ἱεροφαντίαις χρησμὸν &c; *Libri undecimi caput decimum* de Ente, ex Libro secundo *Numenij* Pythagorei de Bono. Φέρε οὖν ὅσῃ δύναμις, ἐγγύτατα πρὸς τὸ ὂν ἀναγώμεθα, &c; *Libri undecimi caput undecimum*, ex *Plutarchi* Opusculo de syllabâ Εἰ, Delphico Templo inscriptâ. Οὔτε οὖν ἀριθ-

μὸν &c, Τί ἦν ὄντως ὄν ἐστι; τὸ ἀΐδιον &c. Cæterùm cur omnia illa Excerpta adeò distinctè & accuratè enumeraverim, hæc causa est, quòd illi ipsi, qui Codicem hunc suâ manu exaravit, incognitum fuit, ea desumpta esse ex *Eusebij* Opere de Præparatione Evangelicâ. Propterea enim sine ullâ *Eusebij* mentione generalem hunc ibi præfixit titulum: Συλλογὴ ἀπὸ διαφόρων σοφῶν περὶ τινων χρησίμων καὶ ἀναγκαίων. Nec *Sambucus* ibidem quidquam in margine adscripsit, præter hæc verba: *Collectanea alicujus.*

Septimò, & quidem à fol. 240 pag. 2 usque ad fol. 266 pag. 2, *Xenophontis de memorabilibus dictis & factis Socratis Libri duo priores*; quorum *primus* incipit his verbis: Πολλάκις ἐθαύμασα &c; *alter* autem, Ἐδόκει δέ μοι καὶ τοιαῦτα λέγων &c. Vide Operum *Xenophontis* editionem græco-latinam Leunclavianam Francofurt. typ. Wechel. A. 1596 in folio, pag. 708 & 733.

XII.

Duodecimus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, constátque folijs *ducentis novendecim*, & unus est ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ ipsius Bibliothecâ avulsos, *Sebastianus Tengnagelius* redemit, & *Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ* legavit. Continentur eo *Plotini Dissertationum Philosophicarum Platonicarum Enneades sex*, quarum *prima*, ut (2) suprà jam indicavi, incipit his verbis: Ἡδοναὶ καὶ λῦπαι &c. Exstat quoque ibidem à fol. 214 pag. 2 usque ad fol. 217 pag. 2, ejusdem *Plotini Sermo de primo Principio universi sive de Uno*; cujus titulus & initium: Πλωτίνου περὶ τῆς ἀρχῆς τῶν πάντων ἤτοι περὶ τοῦ ἑνός· incipiens hoc modo: (3) Ἐπειδήπερ δεῖ εἶναι τὸ ἐπέκεινα τοῦ νοὸς, &c. Item à fol. 217 pag. 2 usque ad fol. 219 pag. 1 ex ejusdem *Plotini Libro secundo de Immortalitate Animæ Fragmentum*, cujus principium: Τὸ δὲ τῆς ἐντελεχείας, ὧδ' ἄν τις ἐπισκέψαιτο &c. Exstat autem illud, ut (4) suprà indicavi, apud *Eusebium Pamphili* capite decimo Libri decimi quinti de Præparatione Evangelicâ.

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

(2) *Vide suprà pag.* 21.

(3) *Vide suprà pag.* 21, 22.

(4) *Vide suprà pag.* 35.

XIII.

Decimus tertius (5) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, principio & fine mutilus, constátque nunc folijs *centum octodecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo *Plotini Dissertationum Philosophicarum*

(5) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* centesimus sexagesimus octavus.

phicarum Platonicarum Enneades; quæ, licet valdè mutilæ, collatu tamen digniſſimæ ſunt, quoniam in adornandâ earundem ſuprà memoratâ editione græco-latinâ Baſileenſi nec *Sambucus* nec *Perna* Codice hoc manuſcripto uſus eſt.

XIV.

Decimus quartus (1) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *folio*, conſtátque folijs *quadringentis quatuor*, & ad V. CL. (2) *Sebaſtianum Ericium*, doctiſſimum celeberrimumque Senatorem Venetum, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 267 pag. 1, *Procli Lycij*, Philoſophi Platonici celeberrimi, per excellentiam Διαδόχου Πλατωνικοῦ ſive (3) *Succeſſoris Platonici* cognominati, *Libri ſex de Theologiâ Platonicâ*, anonymi cujuſdam *Græci Scholiaſtæ Annotationibus marginalibus* illuſtrati; quorum *primus* poſt *Indicem Capitum* inſcribitur atque incipit his verbis: Πρόκλου, μεγάλου Φιλοσόφου καὶ Πλατωνικοῦ διαδόχου, περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα Θεολογίας βιβλίον ά. Πᾶσαν μὲν τὴν Πλάτωνος φιλοσοφίαν, ὦ φίλων ἐμοὶ φίλτατε Περίκλεις, &c; deſinit autem, ὁπόταν περὶ τῶν μερικῶν δυνάμεων τὸν λόγον προάγωμεν. *Secundus*: Ἀρχὴ δέ ἐστι κυριωτάτη &c; *deſinit autem*, τῶν ἑνάδων πλήθους. *Tertius*: Ὁ μὲν οὖν περὶ τοῦ πρώτου Θεοῦ &c; deſinit autem, συνέχουσιν ἐν ἑαυτοῖς. *Quartus*: Ὁ μὲν δὴ περὶ τῶν νοητῶν λόγος &c; deſinit autem, τῇ περὶ τῶν νοητῶν καὶ νοερῶν θεῶν διδασκαλίᾳ. *Quintus*: Τὸ δὴ μετὰ τοῦτο, τρίτην ἄλλην διακόσμησιν θεῶν, &c; deſinit autem, οὐδέν εἰσι τῶν ἀπεγνωσμένων. *Sextus*: Ὁ μὲν τοίνυν τῶν νοερῶν θεῶν ἑβδομαπικὸς αἰὼν &c; deſinit autem, καὶ οὐδὲν δεῖ τὰ αὐτὰ καὶν

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

(2) *Vide Lib. V horum Commentar. pag.* 295, 297, 298 *&* 414. *Plura quoque de ejuſdem* Ericij *vitâ & ſcriptis exſtant apud* Jacobum Alberici *in Catalogo alphabetico Illuſtrium Scriptorum Venetorũ, Bononiæ A.* 1605 *Italicè in quarto edito, ſub literâ S., & apud* Hieronymum Ghilini *in Theatro Hominum literatorum, Venetijs A.* 1647 *Italicè in quarto edito, pag.* 207; *ubi hoc inprimis ad rem præſentem maximè pertinet, quòd* Timæum Platonis *in* Italicam *linguam tranſtuliſſe traditur. Tranſtulit enim* Sebaſtianus Ericius *in* Italicam *linguam non ſolùm* Platonis Timæum *ſive Dialogum de Naturâ, verùm etiam* Euthyphronem *ſive Dialogum de Sanctitate*, Apologiam Socratis, Critonem *ſive Dialogum de eo, quod agendum eſt, &* Phædonem *ſive Dialogum de Immortalitate animæ, eoſque omnes* Annotationibus *&* Commentarijs *doctiſſimis illuſtravit. Integer iſtius Operis titulus Italicus eſt talis:* I Dialoghi di Platone, intitolati: L' Eutifrone, overo Della Santita; L' Apologia di Socrate; Il Critone, ò Di quel che s' ha affare; Il Fedone, ò Della immortalità dell' Anima; Il Timeo, overo Della Natura; tradotti di lingua Greca in Italiana da M. SEBASTIANO ERIZZO, e dal medeſimo di molte utili Annotationi illuſtrati; con un Cómento ſopra il Fedone, nuovamente mandati in luce in Vinegia preſſo Giovanni Variſco e Compagni, in 8vo.

(3) *Reverà fuit* Proclus *diſcipulus* Syriani, *eique ſucceſſit in Scholâ Platonicâ, uti* Proclo *poſteà ſucceſſit* Marinus, *qui Magiſtri ſui conſcripſit Vitam; quæ etiamnunc exſtat, & Libris ejus ſex de Theologiâ Platonicâ, Hamburgi editis, græcè & latinè præfixa eſt.*

τούτοις ἀναγράφειν. Prodierunt hi ſex Procli Diadochi Libri primùm in lucem Hamburgi ex *Gottorpianâ* Sereniſſimi Ducis Holſatiæ Bibliothecâ cum *verſione latinâ Æmilij Porti* A. 1618 in folio; ut Libri *primi* horum Commentariorum paginâ 147 & Libri tertij paginâ 326 jam olim indicavi.

Secundò, & quidem à fol. 268 pag. 1 uſque ad fol. 318 pag. 2, ejuſdem *Procli Inſtitutio Theologiæ Platonicæ, in Capita ducenta undecim diviſa*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Πρόκλου, μεγάλου φιλοσόφου καὶ Πλατωνικοῦ διαδόχου στοιχείωσις θεολογική· Κεφάλαια σιά. Κεφάλαιον ά. Πᾶν πλῆθος μετέχει πῇ τοῦ ἑνός· εἰ γὰρ μηδαμῇ &c; *ultimum* autem definit, κἀκεῖνα τέλεια ποιεῖν· πᾶσα ἄρα ψυχὴ κάτεισι. Primus hanc *Procli Inſtitutionem Theologicam Platonicam* latinè vertit *Guilelmus de Morbectâ* vel *Morbetâ*, Monachus Dominicanus & *Papæ Clementis IV Poenitentiarius*, eámque abſolvit *Viterbij* XV Kal. Junij, ſive d. 18 Maij, A. C. 1268. Quæ translatio *latina* exſtat *manuſcripta* in *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* antiquo Codice membranaceo in folio, inter Theologicos Latinos MStos *centeſimo ſexageſimo quarto*, atque incipit ibi hoc modo: *Omnis multitudo participat æqualiter* (1) *uno*, &c. In fine autem æquè antiquo charactere leguntur hæc ſubſcripta: *Procli Diadochi Lycij Platonici Elementatio Theologica explicit. Completa fuit translatio hujus Operis Viterbij à Fratre G. de Morbecta Ordinis Fratrum Prædicatorum XV Kal. Junij anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo octavo.* Eadem Στοιχειώσις ſive *Inſtitutio Theologiæ Platonicæ* exſtat *græcè* cum aliâ novâ verſione *latinâ* in fine ſuprà memoratorum ſex Librorum *Procli* de Theologiâ Platonicâ, ab *Æmilio Porto* ex Bibliothecâ Gottorpianâ primùm græcè & latinè editorum Hamburgi apud Michaelem Heringium A. 1618 in folio. Plura hâc de re vide Libri *primi* horum Commentariorum paginâ 148, & Libri *tertij* paginâ 326; ubi ſimul etiam *Libri de Arte Geomantiæ*, à ſuprà memorato *Guilelmo de Morbectâ* compoſiti, & hactenùs, quod ſciam, nondum editi, fit mentio.

(1) Vno *per archaiſmum in dativo caſu rectè ac licitè pro* uni. *Quâ de re vide plura in fine Libri* ſecundi *horum Commentariorum inter Errata.*

Tertiò, & quidem à fol. 319 pag. 1 uſque ad fol. 330 pag. 2, *Plotini Diſſertationes duæ*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: Πλωτίνου περὶ τοῦ πῶς ὁρᾷ ἡ οὐρανία διάθεσις εἰς τὸν περίγειον κόσμον. Ἐπειδὴ πεπίστευται, ὡς διὰ τῶν ἄστρων πολλὰ τελεῖται, &c; *altera* autem: Πλωτίνου περὶ τῆς πρώτης ἀρχῆς τῶν πάντων ἤτοι περὶ τοῦ ἑνός.

ἑνός. Ἐπειδήπερ δεῖ εἶναι τὸ ἐπέκεινα τοῦ νοὸς, οὔπερ χάριν &c. Plura de eiſdem vide ſuprà pag. 21, 22 & 36.

Quartò, & quidem à fol. 331 pag. 1 uſque ad fol. 337 pag. 1, *ex Euſebij Pamphili Opere de Præparatione Evangelicâ Excerpta varia:* nempe Libri 15 Caput 10 & 11 de Immortalitate animæ, ex *Plotino* & *Porphyrio;* Libri 11 Caput 13, Quod unus ac ſolus ſit Deus; Libri 11 Caput 14 de ſecundo *Hebræorum Platoniſque* principio; Libri 11 Caput 15, 16 & 18 de ſecundo Principio, ex *Philone*, *Platone* & *Numenio:* Libri 11 Caput 20 de tribus Subſtantijs Principij vim habentibus; Libri 11 Caput 17 de ſecundo Principio, ex *Plotino;* Libri 11 Caput 9 de Ente ex *Moyſis Platoniſque* doctrinâ; Libri 11 Caput 10 de Ente, ex *Numenio;* Libri 11 Caput 11, ex *Plutarchi* Opuſculo de ſyllabâ Ἔι, Delphico Templo inſcriptâ. Plura de his Excerptis vide ſuprà in recenſione Codicis XImi, num. 6.

Quintò, & quidem à fol. 338 pag. 1 uſque ad fol. 404 pag. 2, *Syneſij*, Philoſophi & Rhetoris Alexandrini, qui A. C. 410 ſub *Imp. Theodoſio Juniore* à *Theophilo* Patriarchâ Alexandrino *Epiſcopus Cyrenæus* ordinatus eſt; *Dion, ſive de Vitæ ipſius inſtituto*, cujus titulus & principium: Συνεσίου Κυρηναίου Φιλοσόφου καὶ Ῥήτορος ΔΙΩΝ, ἢ περὶ τῆς κατ' αὐτὸν διαγωγῆς. Φιλόστρατος μὲν ὁ Λήμνιος ἀναγράφων τοὺς βίους τῶν μέχρις αὐτοῦ σοφιστῶν, &c; deſinit autem, παραβομβεῖ κινουμένῳ μέλει. Secundò, *Ægyptij, ſive, De Providentiâ Libri duo*, quorum *primùs* inſcribitur atque incipit hoc modo: Αἰγύπτιοι, ἢ, περὶ προνοίας· λόγος α΄. Προθεωρία. Γέγραπται μὲν ἐπὶ τοῖς Ταύρου παισὶ &c. Ὁ λόγος. Ὁ μῦθος Αἰγύπτιος· περιττοὶ σοφίαν Αἰγύπτιοι &c; *ſecundus* autem: Αἰγύπτιοι, ἢ, περὶ προνοίας λόγος δεύτερος. Ἄρχεται δὲ ὑποσημαίνειν &c. Tertiò, *Liber de Regno ad Imp. Arcadium*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ λόγος περὶ βασιλείας. Ἆρα εἰ μή τις ἐκ πόλεως ἥκοι μεγάλης &c. Vide *Syneſij* Opera, à R. P. *Dionyſio Petavio* S. I. Lutetiæ Pariſiorum A. 1612 græcè & latinè in folio edita, pag. 35, 88, 1.

XV.

Decimus quintus (1) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, conſtátque folijs *ducentis ſeptem*, atque unus eſt ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continentur eo *Procli* Dia-

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

Diadochi Platonici de Platonicâ Theologiâ Libri tres; nempe *primus*, *secundus* & *quartus*: quorum *primus* inscribitur atque incipit hoc modo: Πρόκλȣ Διαδόχȣ Πλατωνικȣ͂ τῆς εἰς τὴν Πλάτωνος θεολογίαν τὸ πρῶτον. Προοίμιον. Ἅπασαν μὲν τὴν Πλάτωνος φιλοσοφίαν, ὦ φίλων ἐμοὶ φίλτατε Περίκλεις, &c. Plura de hoc *Procli* Opere videsis in recensione proximè præcedentis Codicis *decimi quarti*.

XVI.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* trigesimus tertius.

(2) *Vide Lib. III horum Commentar. pag.* 110; *Lib. IV pag.* 180 & 218; & *Lib. V pag.* 21.

Decimus sextus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* in *folio*, scriptus manu (2) *Andreæ Darmarij Epidauriotæ* A. C. 1565 in folio, constatque folijs *ducentis septem*. Continentur eo *Procli Diadochi Platonici de Theologiâ Platonicâ Liber primus, quartus* & *quintus*; ubi tamen notandum est, *Librum quartum*, cujus principium est, Ὁ μὲν δὴ περὶ τῶν νοητῶν λόγος &c, in hoc Codice inscribi Βιβλίον δεύτερον sive *Librum secundum*, & similiter *Librum quintum*, cujus principium est, Τὸ δὴ μετὰ τȣ͂το τρίτην ἄλλην διακόσμησιν Θεῶν &c, inscribi Βιβλίον τρίτον sive *Librum tertium*; reclamante non solùm suprà memoratâ editione impressâ Hamburgensi, verùm etiam ipso illo præstantissimo Codice manuscripto *Cæsareo*, qui suprà est *decimus quartus*.

XVII.

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* trigesimus quartus.

Decimus septimus (3) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, constátque folijs *trecentis viginti*. Continentur eo *Procli Diadochi Platonici de Theologiâ Platonicâ Liber primus, quartus, quintus* & *sextus*; ubi tamen notandum est, *Librum quartum*, cujus principium est, Ὁ μὲν δὴ περὶ τῶν νοητῶν λόγος &c, in hoc Codice inscribi. Βιβλίον δεύτερον sive *Librum secundum*, & similiter *Librum quintum*, cujus principium est, Τὸ δὴ μετὰ τȣ͂το τρίτην ἄλλην διακόσμησιν Θεῶν &c, inscribi Βιβλίον τρίτον sive *Librum tertium*, & similiter quoque *Librum sextum*, cujus principium est, Ὁ μὲν τοίνυν τῶν νοερῶν Θεῶν ἑβδοματικὸς αἰὼν &c, inscribi Βιβλίον τέταρτον sive *Librum quartum*; reclamante non solùm suprà memoratâ editione impressâ Hamburgensi, verùm etiam ipso illo præstantissimo Codice manuscripto *Cæsareo*, qui suprà est *decimus quartus*.

XVIII.

(4) *Fuit is olim extra numerum*;

Decimus octavus (4) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est

eſt *chartaceus* in *folio*, conſtátque folijs *quingentis triginta octo*, & ad V. CL. (1) *Sebaſtianum Ericium*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Quis autem illum manu ſuâ ſcripſerit, indicatur ibi fol. 359 pag. 2 his verbis: ‘Η βίβλος αὕτη ὑπ’ ἐμοῦ (2) Κορνηλίου τοῦ Ναυπλιέως τῶν Μουρμουρέων, υἱοῦ ’Ανδρέου, μετὰ τὴν τῆς πατρίδος ὑπὸ Τούρκων ἅλωσιν ‘Ενετίησι διατρίβοντος, ἐξεγράφη ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς Θεογονίας ‚αφξα. Hoc eſt: *Liber hic à me CORNELIO Nauplienſi Peloponneſio, filio Andreæ, poſt patriæ per Turcos expugnationem Venetijs degente, deſcriptus eſt anno à nativitate Chriſti milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo.* Continentur eo hæc:

(1) *Vide ſuprà pag.* 37.

(2) *Plura de hoc* Cornelio Nauplienſi, *aliiſque Codicibus Græcis, ipſius manu deſcriptis, vide Lib.* VI *horum Commentar. pag.* 192, 193.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 359 pag. 2, *Procli Lycij, Diadochi Platonici, Commentariorum in Platonis Parmenidem*, ſive, *Dialogum de Ideis, Libri ſeptem*, hactenùs, quod ego ſciam, nec græcè nec latinè unquam in lucem editi; quorum *primus*, qui pluſquam viginti integrorum foliorum *Prolegomena*, varijs *Hiſtoriæ Philoſophicæ* memorabilibus notitijs referta, continet, inſcribitur atque incipit hoc modo: Πρόκλου Πλατωνικοῦ Διαδόχου τῶν εἰς τὸν Παρμενίδην τοῦ Πλάτωνος ἑπτὰ βιβλίων τὸ πρῶτον. Εὔχομαι τοῖς Θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις, ποδηγῆσαι μου τὸν νοῦν εἰς τὴν προκειμένην θεωρίαν, καὶ φῶς ἐν ἐμοὶ σιλπνὸν τῆς ἀληθείας ἀνάψαντας, ἀναπλῶσαι τὴν ἐμὴν διάνοιαν ἐπ’ αὐτὴν τὴν τῶν ὄντων ἐπιστήμην, ἀνοῖξαί τε τὰς τῆς ψυχῆς τῆς ἐμῆς πύλας εἰς ὑποδοχὴν τῆς ἐνθέου τοῦ Πλάτωνος ὑφηγήσεως, &c. Quâ ſatis prolixâ *auxilij Deorum invocatione* finitâ, alloquitur *Proclus* (3) ASCLEPIODOTUM, eique hoc Opus dedicat, & porrò hiſtoricum totius iſtius Dialogi apparatum exponere orditur his verbis: Σὺ δὲ, ὦ φιλοσοφίας ἐπάξιον ἔχων τὸν νοῦν, καὶ ἐμοὶ φίλων φίλτατε ’ΑΣΚΛΗΠΙΟ'ΔΟΤΕ, δέχου τὰ δῶρα τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου, τέλεα τελέως, ἐν γνησιωτάτοις κόλποις τῆς σαυτοῦ ψυχῆς. πρὶν δὲ τῆς ἄλλης ἄρξασθαι θεωρίας, βούλομαι τὴν δραματικὴν τοῦ διαλόγου διασκευὴν ἐκθέσθαι τοῖς καὶ

F τοιούτων

(3) *De hoc* Aſclepiodoto, *genere* Alexandrino, *qui ex* Muſico *&* Medico *evaſit* Philoſophus Platonicus *excellentiſſimus, & omnium* Procli *diſcipulorum optimus fuiſſe traditur, vide plura apud* Photium *in Excerptis ex* Damaſcij *Opere de Vitâ* Iſidori *Philoſophi, Codice* CCXLII, *apud* Suidam *v.* ’Ασκληπιόδοτος *&* Δεισιδαιμονία, *& apud* Georgium Codinum *in Excerptis de Originibus Conſtantinopolitanis num. marg.* 65 *editionis meæ græco-latinæ Pariſinæ A.* 1655 *in folio; ubi in primis notabile eſt, quòd traditur floruiſſe ſub* Imp. Anaſtaſio Dicoro, *& quidem* Conſtantinopoli, *nempe quia eodem tempore etiam ipſe magiſter ejus* Proclus Conſtantinopoli *degens, apud jam memoratum Imperatorem gratiâ & autoritate plurimùm valuit, ut paulo poſt prolixiùs indicabitur in recenſione proximè ſequentis Codicis* XIXni. *Conſule etiam* Animadverſionem meam *in ſuprà citatum* Georgij Codini *locum, utpote in quâ non ſolùm* Commentariorum Procli in Parmenidem Platonis, Aſclepiodoto dedicatorum, *verùm etiam* Artis Tacticæ Aſclepiodoti, *hactenùs medita, fit mentio.*

τοιούτων διακοῦσαι σπουδάζουσι. Παναθήναια ἦν τὰ μεγάλα καὶ μείζω παρασκευὴν πληρούμενα τοῖς τότε Ἀθηναίοις, &c. Ipsum denique explicationis verborum Dialogi principium est tale: Παρμενίδης, ἢ, περὶ Ἰδεῶν. Ἐπειδὴ Ἀθήναζε οἴκοθεν ἐκ Κλαζομενῶν ἀφικόμεθα, κατ' ἀγορὰν ἐνετύχομεν Ἀδειμάντῳ τε καὶ Γλαύκωνι.] Οἱ μὲν περὶ τὴν Ἰταλίαν, ὡς πολλάκις εἴπομεν, Φιλόσοφοι περὶ τὴν τῶν ὄντων εἰδῶν θεωρίαν διέτριβον, ὀλίγα τῆς τῶν δοξαστῶν ἐφαπτόμενοι φιλοσοφίας. οἱ δὲ περὶ τὴν Ἰωνίαν, τῆς μὲν περὶ τὰ νοητὰ θεωρίας ἧττον ἐφρόντιζον· ἄνω δὲ καὶ κάτω τὴν φύσιν ἐπεσκόπουν, καὶ τὰ ἔργα τῆς φύσεως. Σωκράτης δὲ καὶ Πλάτων ἀμφοτέρων μετασχόντες, τελειοῦσι μὲν τὴν καταδεεστέραν φιλοσοφίαν· ἐκφαίνουσι δὲ τὴν ὑψηλοτέραν &c. *Vltimus* eorundem *septem Librorum* inscribitur atque incipit fol. 266 pag. 2 hoc modo: Ἀρχὴ τοῦ ἑβδόμου βιβλίου Πρόκλου. Μέτεισιν ἐφ' ἑκατέραν τάξιν ὁ λόγος, τὴν ἀκρότητα τῶν ἰδίως καλουμένων νοερῶν Θεῶν, καὶ ταύτην ἀποφάσκει τοῦ ἑνός· δεικνὺς ὡς οὐδαμοῦ τὸ ἓν &c. Divisus verò est *septimus* sive *ultimus* ille *Liber* in *Hypotheses novem*, quarum *prima* desinit fol. 322 pag. 2 his verbis: (1) οὐκοῦν, ἓν εἰ ἔστι, φαμὲν, τὰ συμβαίνοντα περὶ αὐτὸ, ποιάποτε τυγχάνει ὄντα, διομολογητέα ταῦτα; οὐχ οὕτω; Ναί. In margine autem exstat ibidem hæc Annotatio: Μέχρι ὧδε τὰ τοῦ ΠΡΟ'ΚΛΟΥ, ἢ μέχρι τῆς πρώτης ὑποθέσεως ὅλης. Hoc est: *Hucusque ea, quæ sunt PROCLI, nempe usque ad finem totius primæ Hypotheseos.* Sequitur deinde *secunda Hypothesis* hoc modo: Ἀρχὴ τῆς δευτέρας ὑποθέσεως. Ὅρα δὴ ἐξ ἀρχῆς. ἓν εἰ ἔστιν, ἆρα οἷόν τε αὐτὸ εἶναι μὲν, οὐσίας δὲ μὴ μετέχειν; Οὐχ οἷόν τε. Οὐκοῦν &c.] Ἀμφοτέρωθεν ἐπιχειρεῖ ὁ Παρμενίδης περὶ τοῦ ἑνὸς, δεικνὺς τὴν δύναμιν τῆς διαλεκτικῆς. ἄρχεται δὲ ἀπὸ τοῦ ἐσχάτου· &c. *Nona* denique sive ultima illarum Hypothesium inscribitur atque incipit his verbis: Ἀρχὴ τῆς ἐννάτης καὶ τελευταίας ὑποθέσεως κατὰ ΔΑΜΑ'ΣΚΙΟΝ. Ἔτι δὲ ἅπαξ ἐλθόντες πάλιν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν εἴπωμεν· ἓν εἰ μὴ ἔστι, &c.] Ἐπὶ τῆς τρίτης ὑποθέσεως, τοῦ ἓν εἰ μὴ ἔστι, τί ἕπεταί τε καὶ οὐχ ἕπεται, καθὼς καὶ &c; desinit autem: καὶ ἔστι καὶ οὐκ ἔστι, καὶ φαίνεται καὶ οὐ φαίνεται ἀληθέστατα, καθὼς συντίθεται ὁ προσδιαλεγόμενος. Vnde apparet, *ipsum Proclum septem* illos *Commentariorum* suorum *in Parmenidem Platonis Libros* non absolvisse, sed posteriorem *Libri septimi* Partem, ab initio videlicet *secundæ*

(1) *Vide Operum* Platonis *editionem græco-latinam Henrici Stephani Tom. III pag.* 142.

cunda Hypotheseos usque ad *nona* Hypotheseos, sive totius ultimi Libri finem (1), à *Damascio Philosopho*, qui *Marini*, successoris *Procli* in Scholâ Atheniensi, fuit discipulus, & sub *Imp. Justiniano I* sive *Magno* floruit, præcedenti *Parti priori*, sive *primæ Hypothesi*, pro supplemento universi Operis adjunctam esse. Cæterùm minimè hîc silentio prætereundum est, exstare in *Augustissima Bibliotheca Cæsarea* Codice manuscripto Philosophico Latino *ducentesimo sexagesimo septimo* eorundem suprà memoratorum *Procli Commentariorum in Platonis Parmenidem antiquam versionem latinam*, à præclaro Medico & Mathematico *Antonio Hermanno Gogavâ* (2) *Graviensi* compositam, & ab (3) ipso scripturâ Belgicâ, lectu haud mediocriter difficili, exaratam in folio; quæ cùm itidem, ut ipse contextus *græcus*, hactenùs nondum prodierit in lucem, plurimùm ea profectò poterit prodesse, si quis Commentariorum illorum editionem *græco-latinam* publicaturus sit.

Secundò, & quidem à fol. 360 pag. 1 usque ad fol. 538 pag. 1, *Hermiæ Philosophi*, qui *Procli* sub *Syriano* fuit condiscipulus, & *Ammonij* pater, *Scholiorum in Platonis Phædrum*, sive, *Dialogum de Pulchro*, *Libri tres*, hactenùs, quod ego sciam, nec *græcè* nec *latinè* unquam in lucem editi; quorum primus inscribitur atque incipit hoc modo: Ἑρμείου Φιλοσόφου τῶν εἰς τὸν Πλάτωνος Φαῖδρον Σχολίων τῶν εἰς τρία τὸ πρῶτον. Ὁ Σωκράτης ἐπὶ ἐνεργείᾳ τῶν ἀνθρώπων φύσεως καὶ τῶν ψυχῶν τῶν νέων κατεπέμφθη εἰς γένεσιν. διαφορᾶς δὲ οὔσης πολλῆς κατά τε τὰ ἤθη καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν ψυχῶν, &c. Liber autem tertius sive ultimus definit his verbis: τὰ γὰρ αὐτὰ εὐχόμεθα καὶ τοῖς φίλοις, ἅπερ ἂν ἑαυτοῖς εὐξαίμεθα. Plura de hoc *Hermiâ Philosopho*, natione *Alexandrino*, *Syriani* discipulo, *Procli* condiscipulo, *Damascij* magistro, & *Ammonij* patre, vide apud *Photium* Patriarcham CPnum in recensione Codicum Bibliothecæ suæ CLXXXImi & CCXLIIdi, & apud *Suidam* lit. E sub nomine Ἑρμείας. Ipsa *Suidæ* verba sunt hæc: Ἑρμείας, φιλόσοφος, Ἀμμωνίου καὶ Ἡλιοδώρου, τῶν διδασκάλων Δαμασκίου, πατήρ. ἦν δὲ ὁ Ἑρμείας &c. Quæ verba *Hieronymus Wolfius* in Historicis ex Suidæ Lexico Excerptis, Basileæ apud Joannem Oporinum A. 1564 in folio latinè editis, &

F 2 *Æmilius*

(1) *De hoc* Damascio *Damasceno*, *Philosopho Syro*, *vide plura apud* Photium *in recensione Codicum Bibliothecæ suæ* CLXXXImi *&* CCXLIIdi, *& apud* Suidam *v.* Δαμάσκιος.

(2) *Nempe à patriâ suâ* Graviâ, *quæ in Brabantiâ ad Mosam Comitatûs Cuicensis* (vulgò die Graffschaft Cuyck) *primaria Urbs, & nuperâ ex Gallorum manibus difficili recuperatione percelebris est.*

(3) *Similiter etiam exstat in* Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ *Codice manuscripto Philosophico Latino* sexagesimo nono *ejusdem* Antonij Hermanni Gogavæ versio latina Commentariorum Procli in Platonis Alcibiadem primum, *cujus titulus & principium*: Procli Diadochi in Platonis Alcibiadem. Civilium disputationum & universæ, ut ita dixerim, philosophicæ contemplationis principium potissimum & firmissimum esse arbitramur suæ essentiæ cognitionem, sui ipsius discretionem. Hujus quippe fundamento ritè posito, *&c.*

Æmilius Portus in græco-latinâ suâ Lexici Suidæ editione Genevensi A. 1619 in folio, falsâ commatis inter voces διδασκάλων & Δαμασκίου insertione decepti, perperàm ac prorsùs absurdè interpretantur hoc modo: *Hermias, Philosophus, Ammonij & Heliodori Doctorum discipulus, Damascij pater. Hic autem* &c. Verus enim illorum verborum sensus est talis: *Hermias, Philosophus, Ammonij & Heliodori, magistrorum Damascij, pater. Hic autem* &c. Quod superest, cur *Hermias* suprà memoratos tres Annotationum suarum in *Platonis Phædrum* Libros maluerit *Scholia* inscribere, quàm *Hypomnemata* sive *Commentaria*, vide infrà in recensione proximè sequentis Codicis XIXni, ubi obiter fit mentio *Scholiorum Procli in Platonis Cratylum*.

XIX.

Decimus nonus (1) Codex manuscriptus Philosophicus *Græcus* est *chartaceus* in folio, constátque folijs *trecentis tredecim*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo *Procli Lycij, Diadochi Platonici, Commentaria in Platonis* (2) *Timæum*, sive, *Dialogum de Naturâ*; quorum titulus & principium: Πρόκλου Διαδόχου εἰς τὸν Τίμαιον Πλάτωνος βιβλίον α. Ὅτι μὲν ἡ τοῦ Πλατωνικοῦ Τιμαίου πρόθεσις τῆς ὅλης φυσιολογίας ἀντέχεται, καὶ πρὸς τὴν τοῦ παντὸς ἀνήκει θεωρίαν, ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος τοῦτο πραγματευομένου, τοῖς μὴ παντάπασιν ἐσκοτωμένοις πρὸς τοὺς λόγους, ἐναργὲς εἶναί μοι καταφαίνεται. καὶ γὰρ καὶ αὐτὸ τὸ τοῦ πυθαγορικοῦ γράμμα περὶ φύσεως &c. Meminit horum *Commentariorum* cum singulari laude *Marinus in Vitâ Procli*, eáque à *Proclo* scripta esse refert *anno ætatis vigesimo octavo*. Ipsa *Marini* verba sunt hæc: Ὁ δὲ ἀγρύπνῳ τε τῇ ἀσκήσει καὶ ἐπιμελείᾳ χρώμενος, νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ τὰ λεγόμενα συνοπτικῶς καὶ μετ' ἐπικρίσεως ἀπογραφόμενος, τοσοῦτον ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ ἐπιδίδου, ὥστε ὌΓΔΟΟΝ ΚΑῚ ἘΙΚΟΣΤῸΝ ἜΤΟΣ ἄγων, ἄλλα τε πολλὰ συνέγραψε, καὶ ΤᾺ ἘΙΣ ΤΊΜΑΙΟΝ γλαφυρὰ ὄντως καὶ ἐπιστήμης γέμοντα ὙΠΟΜΝΉΜΑΤΑ. Hoc est: *Ille autem* (nempe *Proclus*) *nocte diéque insomni exercitatione ac studio utens, cùm ea, quæ (à Syriano) dicerentur, compendiosè exciperet, & cum proprij judicij censurâ describeret, tantum exiguo tempore profecit, ut VIGESIMVM OCTAVVM ANNVM ætatis*

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* septimus.

(2) *Vide* R. P. Philip. Labbei *Brevem conspectum Græcorum Platonis Interpretum pag. 19* *ubi refert*, Procli in Timæum Platonis Libros quinque græcè *in lucem prodijsse in folio Basileæ apud Valderum A. 1534 cum Platonis Operibus &* Comentario in Politicen. *Consule etiam* Joan. Jacobi Frisij *Bibliothecam Gesnerianam, à se auctam, lit. P, ubi de varijs* Procli *scriptis fusè agitur, &* Libri quinque Commentariorum in Timæum *appellantur* totius veteris Philosophiæ Thesaurus.

tis agens, cùm alia multa conſcripſerit, tùm ILLA IN TIMÆVM verè concinna & ſcientiæ plena COMMENTARIA. Hæc *Marinus* de ætate *Procli*, quâ is *Commentaria* ſua *in Platonis Timæum* compoſuit. Nec mirum profectò eſt, quòd is *vigeſimo octavo* ætatis anno hoc præſtiterit, quia idem *Marinus* expreſsè refert, *Proclum*, cùm primùm *Athenas* veniſſet, οὐδὲ ὅλον εἰκοστὸν ἔτος ἄγοντα, ſive, *nondum integrum vigeſimum annum agentem*, à *Syriano* ad magnum Philoſophum *Plutarchum Athenienſem, Neſtorij filium*, deductum eſſe, & jam memoratum *Plutarchum* excellens *Procli* ingenium & ardentem diſcendi atque in Philoſophicâ vitâ proficiendi cupidinem ſtatim adeò admirari & amare cœpiſſe, ut, licet ipſe valdè jam ſenex, ideóque publico docendi onere immunis eſſet, *Ariſtotelis* tamen *libros tres de Animâ*, & *Platonis Phædonem*, ſive, *Dialogum de Immortalitate animæ*, illi prælegerit, ſimul etiam monuerit, ut, quæ à ſe dicerentur, exciperet & deſcriberet; fore enim, ut, abſolutis hiſce *Scholijs*, hoc eſt, ut ego interpretor, brevibus Annotamentis, ex Prælectionibus magiſtri collectis, ſuo deinceps tempore componeret *in Phædonem Commentaria* integra. Ipſa *Marini* verba, obſervatu & conſideratu digniſſima ſunt hæc: Παραλαβὼν δὲ ΠΡΟ´ΚΛΟΝ, ἄρτι ἐπιδημήσαντα ταῖς Ἀθήναις, ὁ ΣΥΡΙΑΝΟ`Σ, προσάγει τῷ μεγάλῳ ΠΛΟΥΤΑ´ΡΧΩ τῷ Νεστορίου. ὁ δὲ νέον μὲν ἰδὼν, καὶ οὐδὲ ὅλον ἘΙΚΟΣΤΟ`Ν ἜΤΟΣ ἄγοντα· ἀκούσας δὲ αὐτοῦ τὴν αἵρεσιν, καὶ τὴν πολλὴν ἔφεσιν τοῦ ἐν φιλοσοφίᾳ βίου, σφόδρα ἥσθη ἐπ' αὐτῷ, ὥστε καὶ ἑτοίμως ἐπιδοῦναι αὐτῷ τῶν φιλοσόφως διατριβῶν· καὶ ταῦτα κωλυόμενος ὑπὸ τῆς ἡλικίας. μάλα γὰρ ἦν ἤδη πρεσβύτης· ἀναγινώσκει οὖν παρὰ τούτῳ Ἀριστοτέλους μὲν τὰ περὶ ψυχῆς, Πλάτωνος δὲ τὸν Φαίδωνα· προὔτρεπε δὲ αὐτὸν ὁ μέγας καὶ ἈΠΟΓΡΑ´ΦΕΣΘΑΙ ΤΑ` ΛΕ´ΓΟΜΕΝΑ, τῇ φιλοτιμίᾳ τοῦ νέου ὀργάνῳ χρώμενος, καὶ φάσκων, ὅτι συμπληρωθέντων αὐτῷ τῶν ΣΧΟΛΙ´ΩΝ ἔσται καὶ Πρόκλου ὙΠΟΜΝΗ´ΜΑΤΑ φερόμενα εἰς τὸν Φαίδωνα. Vbi obiter inprimis obſervanda eſt differentia inter *Scholia* & *Hypomnemata*, hoc eſt, inter *Annotamenta brevia, ex prælectionibus vivæ vocis magiſtri collecta*, & *Commentaria juſta, proprio marte compoſita*. Hinc enim apparet, cur *Proclus* ea, quæ *in Platonis Cratylum*, & *Hermias* ea, quæ *in Platonis Phædrum* ſcripſit, non *Hypomnemata* ſive *Commentaria*, ſed tantùm *Scholia* appellare voluerint; nempe tanquam Annotationes collectas ex Prælectionibus vivæ vocis magiſtri ſui *Syriani*.

 Cæte-

Cæterùm notabile porrò in eâdem suprà citatâ *Procli* Vitâ, à *Marino* conscriptâ, & hoc est, *Plutarchum* (1) biennio ferè post *Procli* in Vrbem Atheniensem adventum obiisse, & ab eo moribundo adolescentem *Proclum* successori suo *Syriano* fuisse commendatum; ipsum autem *Proclum* vixisse (2) *totos septuaginta quinque annos*, & tàm longâ vitâ non nisi bis aut ter ægrotâsse, (3) omnésque sensus, & quidem præcipuè præstantissimos illos, *Visum* & *Auditum*, qui à Deo ad Philosophiam & benè vivendum hominibus donati sunt, per omnem vitam illi permansisse integros. Quandoquidem autem nec *Marinus* ibi addit, nec ab ullo alio, quod ego sciam, hactenùs demonstratum est, unde *septuaginta quinque* illi anni vitæ *Procli* incipiant, & ubi desinant, haud ingratum fore arbitror Historiæ Philosophicæ curiosis, si ipse meam de tempore *nativitatis* & *obitûs* celeberrimi istius Philosophi opinionem breviter hîc aperiam. Circumstantijs itaque omnibus rerum de *Procli* vitâ memoratarum diligenter & accuratè consideratis, videtur is mihi natus esse anno Christi 443 vel 444 sub *Imp. Theodosio Juniore.* Quamvis autem utrumque parentem habuerit *Xantho Lyciæ Vrbe* oriundum, nempe patrem quidem nomine *Patricium*, professione Jurisconsultum, matrem autem *Marcellam*, ipse tamen (4) *Byzantij* sive *Constantinopoli* natus est, quòd pater ejus (5) ibi exerceret artem (6) *Juridicam.* Prima eruditionis fundamenta, quæ pueritiæ conveniunt, jecit (7) *Xanthi in Lyciâ;* ineunte autem adolescentiâ, nempe circa annum ætatis *decimum tertium*, à parentibus *Alexandriam Ægypti* missus est ad celeberrimum Rhetorem *Leonam Isaurum*, qui illum non tantùm studiorum suorum fecit participem, sed etiam domesticum habere dignatus est, curavitque, ut cibum unà cum uxore liberisque caperet, non aliter, quàm si ipse quoque sibi verus filius exstitisset. Ab hoc igitur Rhetore *Leonâ*, simul etiam à præstantissimo Grammatico (8) *Orione*, *Thebis Ægyptijs* oriundo, qui eodem tempore *Alexandriæ* claruit, &, ut *Suidas* testatur, ad *Eudociam Imp. Theodosij Junioris Vxorem* Collectionem Sententiarum sive Florilegium in tres Libros divisum conscripsit, fidelissimè institutus est usque ad annum circiter ætatis *decimum septimum*,

&,

(1) *Græcè:* δύο μόνα σχεδὸν ἔτη.

(2) *Græcè:* ἔτη ὅλα πέντε καὶ ἑβδομήκοντα.

(3) *Ipsa* Marini *Elegantissima verba sunt hæc:* τούτῳ δὲ καὶ παρὰ πάντα τὸν βίον ἀσινὴς διέμεινε εὐαισθησία πᾶσ ὑπεραίρουσα, ἣν δὴ φρόνησιν σωματικὴν ἐπονομάζουσι, καὶ μάλιστα τῶν τιμιωτάτων αἰσθήσεων ὄψεως καὶ ἀκοῆς· αἳ δὴ καὶ πρὸς φιλοσοφίαν καὶ τὸ εὖ εἶναι παρὰ θεῶν τοῖς ἀνθρώποις δεδώρηνται.

(4) *Ipsa* Marini *verba sunt hæc:* Τίκτει αὐτὸν Μαρκέλλα μήτηρ Πατρικίῳ κατὰ νόμον συναρμοσθεῖσα. Λύκιοι δὲ οὗτοι ἄμφω, γένει τε καὶ ἀρετῇ ὑπερφέροντες· ὑποδέχεται δὲ αὐτὸν καὶ οἱονεὶ μαιεύεται ὁ τοῦ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ πολιοῦχος· ἥτις τότε μὲν αὐτῷ τοῦ εἶναι γέγονεν αἰτία, τεχθέντι κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν. (5) *Nempe, ut* Marinus *loqui amat,* ἐν τῇ βασιλίδι πόλει. (6) Marinus *eam appellat* τὴν δικανικήν. (7) Marinus *eam vocat* τὴν ἱερὰν τοῦ Ἀπόλλωνος Ξάνθον, *hoc est,* Apollini sacram Xanthum. (8) Marini *verba de eo sunt hæc:* Ἐφοίτησε δὲ καὶ εἰς Ὠρίωνα γραμματικόν, ὃς ἦν ἐκ τοῦ παρ' Αἰγυπτίοις ἱερατικοῦ γένους καταγόμενος &c, Suidas *autem meminit ejusdem hoc modo:* Ὠρίων, Θηβαῖος τῆς Αἰγύπτου· συναγωγὴν γνωμῶν, ἤγουν ἀνθολόγιον πρὸς Εὐδοκίαν, τὴν Βασιλίδα γυναῖκα Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ, βιβλία γ'. *Vide etiam Lib. V horum Commentariorum pag.* 279. 280.

&, ut (1) patris exemplo in causis agendis aliquando excelleret, totum se dedit comparandæ & excolendæ eloquentiæ. *Decimo septimo* deinde ætatis anno, anno videlicet Christi 460 vel 461, sub *Imp. Leone Thrace* quasi divino monitu impulsus, derepente mutavit propositum vitæ, &, prioribus studijs intermissis, se addixit *Philosophiæ*; & in *Mathematicis* quidem disciplinis magistro usus est (2) *Herone* illo, qui ad differentiam antiquioris *Heronis*, itidem *Mathematici*, qui seculo ante Christum *secundo* sub *Ptolemæo Euergete secundo* floruit, cognominandus est *Secundus*: in (3) *Aristotelis* autem *Logicis* præceptorem habuit *Olympiodorum*; qui, licet *Aristotelicam* disputandi rationem optimè calluerit, eóque nomine fuerit clarissimus, quod ad ipsa tamen *Philosophiæ dogmata* attinet, non fuit Philosophus *Aristotelicus* sive *Peripateticus*, sed *Platonicus* sive *Academicus*, ut ex *Scholijs in Platonis Alcibiadem primum, Phœdonem, Philebum* & *Gorgiam*, quæ ex Prælectionibus ejus olim excerpta fuerunt, & etiam nunc in *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ* manuscripta exstant, luculenter patet, & Libri *sexti* horum Commentariorum pag. 181 & 182 testimonio *Isidori Pelusiotæ*, alijsque rationibus satis supérque à me demonstratum est. Hic nempe *Olympiodorus Procli* ingenio, moribus & diligentiâ adeò delectatus est, ut, cùm is anno ætatis *vigesimo*, anno videlicet Christi 463 vel 464 *Alexandriâ Athenas* profecturus esset, (4) filiolam suam, quæ ipsa quoque philosophicè instituta erat, illi despondere voluerit. Cùm igitur *Proclus*, ut (5) suprà memoratum est, *vigesimo* ætatis anno venisset *Athenas*, primùm quidem per integrum ferè biennium audivit eximium Philosophum Platonicum *Plutarchum Atheniensem, Nestorij filium*, Scholæ Atheniensis regimen tunc adhuc obtinentem. Quo mortuo, audivit porrò *Syrianum, Plutarchi* successorem, cui ipse *Plutarchus* jam moribundus diligentissimè eum commendaverat; & sub secundo hoc Atheniensi suo Magistro Platonico adeò gnaviter & feliciter profecit, ut ipse anno ætatis *vigesimo octavo*, hoc est, anno Christi 471 vel 472, cùm alia multa conscripserit, tùm illa in Timæum Commentaria, quæ etiamnunc exstant in *Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ* Codice manuscripto Græco, de quo in præsens ex professo agitur. Quamobrem deinceps jure ac merito etiam in regimine Scholæ Atheni-

(1) Marini *verba eâ de re sunt hæc:* Καὶ γὰρ ἤγετο τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τὸ τοῦ πατρὸς ἐπιτήδευμα, ἐφ᾽ ᾧ δὴ ἐκεῖνος σφόδρα ὀνομαστὸς ἐγεγόνει, τὴν δικανικὴν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει δεόντως μεταχειρισάμενος. μάλιστα δὲ ἐδόκει νέος ὢν χαίρειν τότε ῥητορικῇ *&c.*

(2) *Ipsa* Marini *verba sunt hæc:* Ἐπὶ δὲ μαθήμασιν Ἥρωνι ἐπίτρεψεν ἑαυτὸν, *&c. Cùm itaq;* Hero *hic* Secundus *A.C.* 460 *vel* 461 *sub* Imp. Leone Thrace Proclum *in Mathematicis erudierit, satis hinc patet, eum non esse confundendum cum* Herone Tertio, *quem constat floruisse sub* Imp. Heraclio, *qui A.C.* 610 *cœpit imperare, & A.* 641 *obijt. Quâ de re vide* Ger. Joan. Vossij *Librum de Scientijs Mathematicis cap.* 16 § 4, *cap.* 27 § 8, *& cap.* 48 § 8 *&* 20. (3) *Ipsa* Marini *verba sunt hæc:* Καὶ φοιτᾷ μὲν ἐπὶ Ἀριστοτελικοῖς λόγοις παρ᾽ Ὀλυμπιόδωρον τὸν φιλόσοφον, οὗ κλέος εὐρύ. *Quorum verborum veram explicationem vide Lib. IV horum Commentariorum pag.* 181, 182. (4) *Ipsa* Marini *verba sunt hæc:* Τοσοῦτον δὲ καὶ οὗτοι οἱ ἄνδρες τὸ ἦθος τοῦ μειρακίου ἠγάσθησαν, ὥστε τὸν μὲν Ὀλυμπιόδωρον θυγάτριον ἔχοντα, ἠγμένον καὶ αὐτὸ φιλοσόφως, βουληθῆναι αὐτῷ κατεγγυῆσαι *&c.* (5) *Vide suprà pag.* 45.

Athenienfis fuprà memorato magiftro fuo *Syriano* fucceffit, ἵνα, ut inquit *Marinus*, ἀνόθευτος ἔτι καὶ εἰλικρινὴς σώζηται ἡ Πλάτωνος διαδοχὴ, hoc eft, *ut genuina & integra confervaretur Platonis fucceffio.* Quoto autem ætatis fuæ anno *Proclus Syriano* fucceflerit, & quamdiu ipfe *Proclus* Scholæ Athenienfi præfuerit, priufquam ejus regimen fucceffori fuo *Marino* traderet, id mihi nondum fatis liquet; nec jam ampliùs certò recordor, an de jam memoratâ fucceffione, ut & *de loco & tempore obitûs Procli*, quidquam expreſsè proditum fit in *Vitæ Procli, à Marino confcriptæ*, (1) *pofteriori* illâ *hactenùs ineditâ parte*, quam me adhuc adolefcentem integris ab hinc viginti quinque annis *Romæ* apud avunculum meum *Lucam Holftenium* in privatâ ipfius Bibliothecâ manufcriptam legiffe memini. Aliud igitur, quod pro comperto & indubitato nunc addam, non habeo, quàm quod certò conftat, *Proclum*, ingravefcente jam ætate, *Athenis* ad locum nativitatis fuæ, *Byzantium* videlicet five *Conftantinopolim*, fe recepiffe, atque ibi apud *Imp. Anaftafium Dicorum*, qui A. C. 491 cœpit imperare, & A. 518 d. 8 Julij fulmine ictus perijt, magnâ floruiffe gratiâ & autoritate, ac tandem *integros feptuaginta quinque annos* natum obijffe. Meminit ejus rei *Joannes Zonaras* Annalium Tomo tertio; ubi de Imperio *Anaftafij Dicori* agens, inter alia refert, *Vitaliani Thracis*, tyrannidem affectantis, & *Conftantinopolim* A. C. 515 mari obfidentis, claffem à *Proclo* fpeculis uftorijs ex ære fabricatis combuftam effe. Ipfa ejus verba funt hæc: Τοῦ μὲν τοι Θρᾳκὸς Βιταλιανοῦ, τυραννίδι ἐπικεχειρηκότος, Μυσοὺς τε καὶ Σκύθας προσεταιρισαμένου, καὶ ἅμα τούτοις τὰ περὶ τὴν Βασιλίδα ληϊζομένου τῆς πόλεων, ἀλλὰ μὴν καὶ στόλῳ κατ' αὐτῆς ἐπελθόντος, ἀντικατέστη τούτῳ διὰ Μαρινοῦ τοῦ ἐπάρχου ὁ Ἀναστάσιος, καὶ ναυμαχίας γενομένης, ἔκ τινος μηχανῆς παρὰ ΠΡΟΚΛΟΥ τοῦ πάνυ γεγενημένης, (τότε γὰρ ἤνθει καὶ ἐπὶ φιλοσοφίᾳ καὶ ἐν τοῖς μηχανήμασι, τά τε τοῦ ἐν τούτοις περιβοήτου Ἀρχιμήδους ἅπαντα διελθὼν, καὶ αὐτὸς ἐκείνοις προσεξευρὼν) τὸ ναυτικὸν τῶν πολεμίων κατεπολεμήθη. κάτοπτρα γὰρ ᾄδεται χαλκεῦσαι πυροφόρα ὁ ΠΡΟΚΛΟΣ, καὶ ἐκ τοῦ τείχους ταῦτα ἀπαιωρῆσαι κατέναντι τῶν πολεμίων νεῶν, τούτοις τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων προσβαλουσῶν, πῦρ ἐκεῖθεν ἐκκεραυνοῦσθαι καταφλέγον τὸν νηΐτην τῶν ἐναντίων στρατὸν, καὶ τὰς νῆας αὐτὰς, ὃ πάλαι τὸν Ἀρχιμήδην ἐπινοῆσαι ὁ Δίων ἱστόρησε, τῶν Ῥωμαίων τότε πολιορκούντων Συράκουσαν. Hoc eft: *Vitaliano Thraci, qui tyrannidem affectabat, & Myfis ac Scythis in focietatem affum-*

(1) *Vide Animadverfiones meas in* Georgij Codini *Excerpta de Originibus Conftantinopolitanis numero marginali* 7.

aſſumptis, cum his non modò territorium Byzantinum deprædabatur, verùm etiam ipſam Vrbem claſſe obſidebat, per Marianum Præfectum Imp. Anaſtaſius reſtitit, (1) *navalique pugnâ commiſsâ, ex machinâ quâdam, à PROCLO, Viro excellentiſſimo, factâ, (is enim tunc & in Philoſophiâ & in Mechanicis florebat, neque Archimedis duntaxat, in ijs celeberrimi, cognôrat omnia, ſed & ipſe nova quædam adinvenerat) claſſis hoſtium debellata eſt. Specula enim fertur ex ære fabricâſſe uſtoria PROCLVS, eáque de muro è regione hoſtilium navium ſuſpendiſſe; in quæ cùm ſolares radij impegiſſent, ignem inde fulminis inſtar erumpentem, claſſiarios ipſáſque naves hoſtium combuſſiſſe: quod olim Archimedem excogitâſſe refert Dio, Romanis Syracuſas obſidentibus.* Hucuſque *Zonaras*. Hinc ergò, ut ſuprà dixi, apparet, *Proclum* adhuc vixiſſe, & *Conſtantinopoli* ſub *Imp. Anaſtaſio Dicoro* floruiſſe A. C. 515. Quòd etiam idem *Proclus* ſuperſtes adhuc fuerit A. C. 518, & *Imp. Anaſtaſio Dicoro* per interpretationem ſomnij mortem imminentem prædixerit, teſtatur *Theophanes* Monaſterij *Magni Agri* in *Sigriane*, *Aſiæ* ad *Cyzicum* regione, Abbas, in Chronographiâ ſuâ (2) his verbis: Τῷ κζ´ ἔτει, Ἀναστάσιος ὁ Βασιλεὺς εἶδεν ἐν ὁράματι ἄνδρα φοβερὸν, βαστάζοντα κώδικα. καὶ τοῦτον ἀναπτύξας, καὶ εὑρὼν τὸ ὄνομα τοῦ Βασιλέως, εἶπεν αὐτῷ· Ἰδοὺ διὰ τὴν κακοπιστίαν σου ἀπαλείφω (3) τεσσαρεσκαίδεκα ἔτη· καὶ ἀπήλειψεν αὐτά. ἐξυπνισθεὶς δὲ, καὶ προσκαλεσάμενος Ἀμάντιον τὸν πραιπόσιτον, εἶπεν αὐτῷ τὸ ὅραμα. ὁ δὲ εἶπεν· κἀγὼ ἐθεασάμην ταύτῃ τῇ νυκτὶ, ὅτι παρεστάμενός μου τῷ κράτει σου, χοῖρος μέγας ἐλθὼν, καὶ δραξάμενός μου τῆς χλαίνης, κατέῤῥαξέ με εἰς γῆν, καὶ ἀνήλωσεν. προσκαλεσάμενος δὲ ΠΡΟ´ΚΛΟΝ τὸν ὀνειροκρίτην, ἐξεῖπεν αὐτῷ τὰ ὁραθέντα. ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς ὅτι ἀμφότεροι οὐ μετὰ πολὺ τελειοῦσθε. Hoc eſt: *Vigeſimo ſeptimo Imperij ſui anno vidit Imp. Anaſtaſius in ſomnio virum terribilem, geſtantem codicem; quem cùm is aperuiſſet, & nomen Imperatoris in eo inveniſſet, dixit illi: Ecce ob perverſitatem fidei tuæ deleo annos quatuordecim; ſimúlque eos delevit. Experrectus hinc Anaſtaſius, accerſi ad ſe juſſit Amantium Præpoſitum, eiq; viſum illud narravit. Is autem reſpondit: Etiam ego eâdem hâc nocte in ſomnio vidi, me Majeſtati Tuæ adſtante, veniſſe magnum porcum, qui, veſte meâ arreptâ, proſtraverit me in terram, atque devoraverit. Cùmque PROCLVS, ſomniorum interpres, eâdem de causâ advocatus eſſet, retulerunt ipſi, quid vidiſſent. Hic autem ijs reſpondit, fore, ut ambo non multo pòſt vitam finirent.* Hæc *Theophanes*. Eadem quoque ijſdem ferè verbis memo-

(1) *Vide* Evagrij *Hiſtoriam Eccleſiaſticam lib. 3 cap. 43.*

(2) *Pag.* 140 *editionis Regiæ Pariſinæ græco-lat. A.* 1655 *in fol.*

(3) *Ita hic* ex Cedreno *ſcribendum eſt, non autem, ut vulgò perperàm legitur,* δεκατεσσάρεις, *& omiſsâ voce* ἔτη.

memorat (1) *Georgius Cedrenus* in Compendio Hiſtoriarum, pag. 362 editionis Regiæ Pariſinæ græco-latinæ A. 1647 in folio. Ne quis autem fortè exiſtimet, *Proclum* hunc *ſomniorum interpretem* à ſuprà memorato *Proclo Philoſopho* diverſum eſſe, neceſſarium videtur, ut ejuſdem rei narrationem ex *Chronico* etiam *Alexandrino* hîc exhibeam, quippe ubi *Proclus* expreſsè vocatur Ἀσιανὸς φιλόσοφος, ſive *Aſianus Philoſophus*; nempe quia natus quidem fuit *Byzantij*, ſed oriundus *Xantho Vrbe Lyciæ*. Ipſa Chronici verba ſunt hæc: ΙΝΔ. ιά, κζ', ὑπ'. Μάγνου μόνου. Ἐπὶ τούτου τοῦ ὑπ'. ἴδεν ὁ Βασιλεὺς Ἀναστάσιος ἐν ὁράματι. ἔστη ἐναντίον αὐτοῦ ἀνήρ τις τέλειος, λευχήμων, βαστάζων κώδικα γεγραμμένον, καὶ ἀναπτύξας φύλλα τοῦ κώδικος πέντε, ἀναγνοὺς τὸ τοῦ Βασιλέως ὄνομα, εἶπεν αὐτῷ· Ἴδε διὰ τὴν (2) ἀπληστίαν σου ἀπαλείφω ιδ'. καὶ τῷ ἰδίῳ δακτύλῳ ἀπήλειψεν. καὶ διυπνισθεὶς, καὶ καταῤῥαγεὶς ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἀναστάσιος, προσκαλεσάμενος (3) Ἀμάντιν τὸν κουβικουλάριον καὶ πραιπόσιτον, εἶπεν αὐτῷ τὴν τοῦ ὁράματος δύναμιν. ὅστις Ἀμάντις εἶπεν αὐτῷ· εἰς τὸν αἰῶνα ζῆθι Βασιλεῦ. κἀγὼ γὰρ ἐθεασάμην ταύτῃ τῇ νυκτὶ, ὅτι, ὡς ἵσταμαι ἐναντίον τοῦ ὑμετέρου κράτους, ὄπισθέν μου χοῖρος ἐλθὼν μέγας, δραξάμενος τῷ στόματι τὴν ἀρχὴν τῆς χλαμύδος μου, καὶ τινάξας κατήγαγέ με εἰς τὸ ἔδαφος, καὶ ἀνήλισκέ με, κατεσθίων καὶ πατῶν. καὶ προσκαλεσάμενος ὁ Βασιλεὺς ΠΡΟ'ΚΛΟΝ ΤΟ'Ν 'ΑΣΙΑΝΟ'Ν, ΤΟ'Ν ΦΙΛΟ'ΣΟΦΟΝ ΚΑΙ' 'ΟΝΕΙΡΟΚΡΙ'ΤΗΝ, εἶπεν αὐτῷ τὸ ὅραμα, ὁμοίως καὶ Ἀμάντιος. ὁ δὲ ἐσαφήνισεν αὐτοῖς τὴν αὐτῶν δύναμιν, καὶ ὅτι μετ' ὀλίγον χρόνον τελευτᾶται. Hoc eſt: *Indictione undecimâ, Imperij Anaſtaſij anno vigeſimo ſeptimo, Magno ſolo Conſule. Hoc Conſule vidit Imp. Anaſtaſius in ſomnio hoc viſum. Stetit è regione ipſius Vir quidam eximius, candidatus, geſtans Codicem manuſcriptum: quo aperto, cùm folia ejus quinque evolviſſet, noménque Imperatoris legiſſet, dixit ipſi: En, propter tuam* (4) *inexplebilem avaritiam deleo annos quatuordecim; ac ſtatim ſuomet digito delevit. Experrectus hinc Imp. Anaſtaſius & debilitatus, accerſivit Amantium Cubicularium & Præpoſitum, eique nocturni viſi gravitatem narravit. Is autem ei reſpondit: Vive Imperator æternùm. Ego quoque eâdem hac nocte vidi, cùm coram Majeſtate Veſtrâ ſtarem,*

pone

(1) *Corrigendus hâc occaſione eſt alius quidam ejuſdem* Georgij Cedreni *locus pag.* 304 *editionis Regiæ Pariſinæ græco-latinæ, ubi* Procli *Philoſophi, tanquam ſub* Imp. Juliano Apoſtatâ *florentis, perperàm ac mendosè fit mentio his verbis:* Τότε καὶ ὁ μέγας Βασίλειος τῆς Καππαδοκῶν ἐκκλησίας πρεσβύτερος ἦν, καὶ Λιβάνιος ὁ σοφιστὴς, καὶ ΠΡΟ'ΚΛΟΣ καὶ Μάξιμος οἱ φιλόσοφοι. *Hoc eſt:* Tunc quoque magnus Baſilius, Cappadocum Eccleſiæ Presbyter, vivebat, & Libauius Sophiſta, & PROCLVS & Maximus Philoſophi. *Minimè enim dubium eſt, quin ibi pro* Πρόκλος *ſcribendum ſit* Πρίσκος *ſive* Priſcus; *ut primo intuitu apparebit, ſi quis* Priſci *&* Maximi *Vitas, ab* Eunapio *conſcriptas, inſpexerit.* (2) *Immò* διὰ τὴν ἀπιστίαν σου. (3) Ἀμάντις *corruptè pro* Ἀμάντιος. (4) *Immò* propter perverſitatem fidei tuæ.

pone me porcum ingentem veniſſe, qui roſtro ſuo traxerit oram meæ chlamydis, eamque concutiens, in terram me dejecerit, & conculcatum devoraverit. Cùm igitur Imperator PROCLVM ASIANVM, PHILOSOPHVM ET SOMNIORVM CONJECTOREM, eâ de causâ ad ſe vocâſſet, narravit ipſi quid vidiſſet; ſimiliter & Amantius. Ille autem indicavit ijs viſorum ſignificationem, & quòd poſt exiguum temporis ſpatium vitam eſſent finituri. Hæc Autor anonymus *Chronici Alexandrini.* Vbi tamen pro διὰ τὴν ἀπληστίαν σοῦ, ſive, *propter inexplebilem avaritiam tuam*, ſcribendum eſt διὰ τὴν ἀπιστίαν σου, ſive, *ob perverſitatem fidei tuæ*; ut rectè legitur apud *Theophanem* & *Cedrenum*, eamque lectionem, ut veram & genuinam, approbat quoque Eminentiſſimus Cardinalis *Baronius* Annalium Eccleſiaſticorum Tomo ſexto in actis anni Chriſti 518; ubi de interitu *Imp. Anaſtaſij Dicori* prolixè agit, eundémque haud immeritò reprehendit, quòd *Proclum Lycium, Diadochum Platonicum,* hominem ethnicum & Chriſtianæ religionis infenſiſſimum hoſtem, inter intimos ac neceſſarios habuerit. Cùm itaque ex ſuprà citatis *Theophanis, Cedreni,* & *Chronici Alexandrini* locis certò ac perſpicuè conſtet, *Proclum* anno Chriſti *quingenteſimo decimo octavo,* priuſquam *Imp. Anaſtaſius Dicorus* d. 8 Julij fulmine periret, adhuc fuiſſe ſuperſtitem, veriſimilimum porrò videtur, eundem paulo poſt *Imp. Anaſtaſij* interitum obijſſe, nempe vel eodem adhuc anno Chriſti 518, vel proximè ſequenti 519, currente jam *anno ætatis ſeptuageſimo ſexto, Imperij* autem *Juſtini Thracis primo.*

XX.

Vigeſimus (1) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* in *folio,* conſtátque folijs *ducentis quadraginta novem,* & ad V. CL. *Sebaſtianum Ericium,* ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 98 pag. 1, *Scholia in Platonis Alcibiadem primum, ſive, Dialogum de Naturâ humanâ, ex ore, ſive, ex Prælectionibus vivæ vocis, OLYMPIODORI, magni Philoſophi Alexandrini, ab anonymo aliquo ejus diſcipulo primùm excepta, deinde autem ab* (2) *alio quodam incognito auctore ex Procli* & *Damaſcij ſcriptis locupletata, & in formam juſtorum* (3) *Commentariorum redacta;* quorum titulus & principium: Σχόλια εἰς τὸν Πλάτωνος Ἀλκιβιάδην ἀπὸ φωνῆς ὈΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ,

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

(2) *Nempe, qui* Proclo Olympiodori *diſcipulo,* & Damaſcio *diſcipulorum* Procli *diſcipulo fuit junior.* (3) *De differentiâ inter* Scholia & Hypomnemata *ſive* Commentaria *vide ſuprà pag.* 45.

τοῦ μεγάλου φιλοσόφου. Ὁ μὲν Ἀριστοτέλης ἀρχόμενος τῆς ἑαυτοῦ θεολογίας, φησὶ· πάντες ἄνθρωποι εἰδέναι ὀρέγονται φύσει· σημεῖον δὲ ἡ τῶν αἰσθήσεων ἀγάπησις· ἐγὼ δὲ τῆς τοῦ Πλάτωνος φιλοσοφίας ἀρχόμενος, φαίην ἂν τοῦτο μειζόνως, ὅτι πάντες ἄνθρωποι τῆς Πλάτωνος σοφίας ὀρέγονται, χρηστὸν παρ' αὐτῆς ἅπαντες ἀρύσασθαι βουλόμενοι, καὶ κάτοχοι τοῖς ταύτης νάμασιν εἶναι σπουδάζοντες, καὶ τῶν Πλατωνικῶν ἐνθουσιασμῶν πλήρεις ἑαυτοὺς καταστήσοντες. τέσσαρες δέ εἰσιν οὗτοι παρ' αὐτῷ, ἐν τέτρασι διαλόγοις· εἷς μὲν, ἐν Τιμαίῳ ὃν &c. Divisum autem est totum hoc Opus in *Capita viginti octo*, quæ Πράξεις sive *Actiones* inscribuntur. Harum *prima* sic incipit, ut suprà jam indicavi; &, post exordium *de quadruplici Platonis Enthusiasmo*, continet *Vitam Platonis*, cujus principium: Φέρε δὲ καὶ τὸ γένος εἴπωμεν τοῦ φιλοσόφου, οὐ (1) πολυκοΐας χάριν, ἀλλ' ὠφελείας καὶ παιδεύσεως μᾶλλον τῶν προσιόντων αὐτῷ· οὐ γάρ τις (2) οὗτος οὔτις, ἀλλὰ μᾶλλον πολλῶν ἐπίστροφος ὢν ἀνθρώπων. λέγεται γὰρ ὁ Πλάτων υἱὸς γενέσθαι, πατρὸς μὲν, Ἀρίστωνος τοῦ Ἀριστοκλέους, ἀφ' οὗ τὸ γένος εἰς Σόλωνα τὸν νομοθέτην ἀνέφερε· διὸ καὶ κατὰ ζῆλον προγονικὸν &c; finis autem: καὶ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ γένους τοῦ φιλοσόφου· λοιπὸν δὲ χωρητέον καὶ ἐπὶ τὸ προκείμενον. Et hæc quidem est illa ipsa (3) *Platonis Vita*, ab *Olympiodoro* conscripta, quam *Mericus Casaubonus*, inter patris sui *Isaaci Casauboni* adversaria repertam, Notis suis in *Diogenem Laertium* græcè inseruit; ubi etiam rectè monet, multa in hac Vitâ legi, quæ nusquam exstant apud *Laertium*, & quædam secùs. Quam corrupta autem & mutila sit jam memorata *Merici Casauboni* editio, apparet ex sequentibus duarum notabilium lacunarum supplementis. Primò nempe, ubi mutilè legitur, ἐπὶ τούτων οὖν ὁ Διονύσιος ἀγανακτήσας, προσέταξεν αὐτῷ ἡλίου ὄντος ὑπὲρ γῆς - - - ἐκ τῶν Συρακουσῶν ἐδιώχθη, supplenda est ea lacuna ex Codice manuscripto *Cæsareo* hoc modo: ἐπὶ τούτοις οὖν ὁ Διονύσιος ἀγανακτήσας, προσέταξεν αὐτῷ ἡλίου ὄντος ὑπὲρ γῆς, ἐκ τῶν Συρακουσῶν ἀπαλλάττεσθαι καὶ οὕτως ἀτίμως ὁ Πλάτων ἀπὸ τῶν Συρακουσῶν ἐδιώχθη. Secundò, ubi mutilè legitur, πολιτικώτερον ἑαυτὸν παρέχων πρὸς ἅπαντας --- λησας, supplenda est ea lacuna ex Codice manuscripto *Cæsareo* hoc modo: πολιτικώτερον ἑαυτὸν παρέχων πρὸς ἅπαντας, πολλοὺς τοίνυν ἑραστὰς αὐτοῦ καταστήσας, καὶ πλείστους ὠφελήσας. Cæterùm quòd etiam hæc *ex ore Olympiodori excepta Platonis Vita* à recentiori quodam

(1) *Videtur legendum esse* πολυηκοΐας.

(2) *In editione* Merici Casauboni *legitur*, ὁ γάρ τις οὗτος ὤν τις, &c.

(3) *Vide suprà pag.* 11.

dam interpolatore aucta sit, satis clarè apparet ex ijs glossematibus, quæ ex *Procli* scriptis desumpta, & eidem inserta sunt. Similiter enim etiam in tertiâ parte *prima Praxeos*, dissertationem *de scopo* istius *Dialogi* continente, fit *Procli* mentio his verbis: Ὁ τοίνυν σκοπὸς τοῦ παρόντος διαλόγου, ὡς ὁ ΠΡΟ'ΚΛΟΣ φησὶν, ἐστὶ περὶ τοῦ γνῶναι ἑαυτόν &c. Nec multo pòst *Damascij*: Καὶ ὁ μὲν Πρόκλειος σκοπὸς, οὗτος. ὁ δὲ ΔΑΜΑ'ΣΚΙΟΣ, ἀκριβέστερον καὶ ἀληθέστερον παραδιδοὺς τὸν σκοπὸν, οὐχ᾽ ἁπλῶς φησὶν αὐτὸν εἶναι περὶ τοῦ γνῶναι ἑαυτὸν, ἀλλὰ περὶ τοῦ πολιτικῶς γνῶναι ἑαυτόν· τοῦτο δὲ κατασκευάζει ἐκ τοῦ ὁρίζεσθαι τὸν ἄνθρωπον &c. *Praxis* verò *secunda* inscribitur atque incipit hoc modo: Πρᾶξις σὺν Θεῷ β΄. Ὦ παῖ Κλεινίου οἶμαί σε θαυμάζειν] Μετὰ τὸν σκοπὸν τρίτον ὄντα, Πρόκλειον, Δαμάσκειον, Ἐξηγητικὸν, τουτέστι τὸν τοῖς ἐξηγηταῖς ἀρέσαντα, φέρε καὶ τὸ χρήσιμον τοῦ παρόντος διαλόγου πολυπραγμονήσωμεν, καὶ αὐτὸ τρίτον ὑπάρχον συμβάλλεται γὰρ ἡμῖν ὁ παρὼν διάλογος, πρῶτον μὲν, πρὸς τὴν ἀθανασίαν τῆς ψυχῆς καὶ τὸ ἀΐδιον εἰκότως. εἰ γὰρ &c. Finis demùm *Praxeos vigesima octava* sive *ultima* est talis: πῶς κρατεῖ καὶ Σωκράτης ὁ δῆμος, ἢ ὡς ἐρωτικοῦ, καὶ μὴ τῶν παιδικῶν, αὐτοῦ κρατήσει.

Secundò, & quidem à fol. 99 pag. 1 usque ad fol. 213 pag. 2, *Scholia in Platonis Phædonem*, sive, *Dialogum de Immortalitate animæ, ex ore, sive, ex Prælectionibus vivæ vocis, Olympiodori, Philosophi Alexandrini, excepta*, quorum sex priora folia desunt usque ad hæc verba: - - - οὐ μέν τοι ἴσως βιάσεται αὐτόν· οὐ γάρ φασι θεμιτὸν εἶναι,&c. E quorum verborum regione in margine hæc adscripta sunt: ὈΛΥΜΠΙΟΔΩ'ΡΟΥ Φιλοσόφου Σχόλια εἰς τὸν Πλάτωνος Φαίδωνα. λείπει δὲ τούτοις τὰ ἐξ ἀρχῆς φύλλα ἕξ. Desinunt autem ea Scholia his verbis: διὸ καὶ τὸ λόγιον φησί· τὰς ψυχὰς ἀναγομένας, τὸν παιᾶνα ᾄδειν.

Tertiò, & quidem à fol. 213 pag. 2 usque ad fol. 245 pag. 2, anonymi cujusdam *Ecloga Scholiorum in Platonis Philebum, sive, Dialogum de Voluptate vel de Summo bono, ex Olympiodori, Philosophi Alexandrini, ore exceptorum*; quarum titulus & principium: Εἰς τὸν Φίληβον. Ὅτι περὶ ἡδονῆς ὁ σκοπὸς φασὶν, ὡς δηλοῖ ἥτε ἐπιγραφὴ καὶ ὁ Σωκράτης αὐτὸς, πρῶτον μὲν περὶ ἡδονῆς διαλεχθῆναι προβαλλόμενος, ἔπειτα δὲ τὰ περὶ αὐτῆς διεξιὼν, τρίτον αὐτὸ τοῦτο συμπεραινόμενος, ὡς οὐκ ἔστιν ἡ ἡδονὴ τὸ τέλος τοῦ βίου. Ὅτι οὐ περὶ

 ἡδονῆς

ἡδονῆς οἱ διελέγχοντες φασί· ποῦ γὰρ ἂν ἐδέησε λόγων μειζόνων, &c; finis autem: διατί ἀτελὴς ὁ διάλογος· ἢ ὅτι τὰ λειπόμενα ῥᾴδιον ἀπὸ τῶν εἰρημένων συλλογίσασθαι, ἢ ὅτι φύσει τὸ ἀγαθὸν ἀπερίληπτον, ἢ ὅτι παρεῖται τῷ ὄντι τὰ ἄκρα, τά τε ὑπὲρ τὰ ζῶα, καὶ τὰ μὴ τὰ ζῶα, ὡς καὶ ἐν τῷ τοῦ διαλόγου σκοπῷ διωριζόμεθα.

Quartò, & quidem à fol. 246 pag. 1 uſque ad fol. 249 pag. 2, (1) *HERMIÆ, Philoſophi Chriſtiani, Irriſio Philoſophorum gentilium*; cujus titulus & principium: ἙΡΜΕΙ'ΟΥ Φιλοσόφου διασυρμὸς τῶν ἔξω Φιλοσόφων. Παῦλος, ὁ μακάριος ἀπόστολος, τοῖς τὴν ἑλλάδα τὴν Λακωνικὴν παρῳκηκοῦσι Κορινθίοις γράφων, Ὦ ἀγαπητοί, ἀπεφήνατο λέγων, ἡ σοφία τοῦ κόσμου τούτου, μωρία παρὰ τῷ Θεῷ· οὐκ ἀσκόπως εἰπών. δοκεῖ γάρ μοι τὴν ἀρχὴν εἰληφέναι ἀπὸ τῆς τῶν ἀγγέλων ἀποστασίας· δι' ἣν αἰτίαν οὐδὲ σύμφωνα, οὐδὲ ὁμόλογα οἱ Φιλόσοφοι πρὸς ἀλλήλους λέγοντες, ἐκτίθενται τὰ δόγματα. οἱ μὲν γὰρ φασὶν αὐτῶν ψυχὴν εἶναι τὸ πῦρ· &c; finis autem: καὶ ὡς εἰς ἄπειρον αὐτοῖς ἀόριστον πρόεισιν ἡ ζήτησις τῶν πραγμάτων, καὶ τὸ τέλος αὐτῶν ἀτέκμαρτον καὶ ἄχρηστον, ἔργῳ μηδενὶ προδήλῳ καὶ λόγῳ σαφεῖ βεβαιούμενον. Τέλος ἙΡΜΕΊΟΥ τοῦ Φιλοσόφου.

XXI.

Vigeſimus primus (2) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* in *quarto*, conſtátque folijs *ducentis quinque* & ad V.CL. (3) *Sebaſtianum Ericium*, qui illum integrum manu ſuâ ſe ſcripſiſſe teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 172 pag. 2, *Scholia in Platonis Gorgiam, ſive, Dialogum de Rhetoricâ, ex ore, ſive ex prælectionibus vivæ vocis, OLYMPIODORI, magni Philoſophi Alexandrini*, ab anonymo quodam ipſius diſcipulo excepta, & in *Capita quadraginta octo*, quæ Πράξεις ſive *Actiones* appellantur, diviſa; quorum *Prolegomena* inſcribuntur atq; incipiunt hoc modo: Σχόλια σὺν Θεῷ εἰς τὸν τοῦ Πλάτωνος Γοργίαν ἀπὸ φωνῆς ὈΛΥΜΠΙΟΔΩ'ΡΟΥ, τοῦ μεγάλου Φιλοσόφου. Πολέμου καὶ μάχης φασὶ χρῆναι ὦ Σώκρατες] Ἰστέον ὅτι ὁ διάλογος περιέχει διαλεγόμενα πρόσωπα, καὶ διὰ τοῦτο καὶ οἱ λόγοι Πλάτωνος διάλογοι προσαγορεύονται, ὡς ἔχοντες πρόσωπα. Καὶ ἄξιον ζητῆσαι διὰ ποίαν αἰτίαν μεμφόμενος ἐν τῇ πολιτείᾳ τὴν κωμῳδίαν ἐπαγγελλομένους καὶ τραγῳδίαν, &c.

Quibus

(1) *Videtur hic eſſe* Hermias *ille* Sozomenus, *patriâ* Salaminius, *cujus etiam nunc exſtant Libri novem Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cum Præfatione ad* Imp. Theodoſium Juniorem, *ſub quo floruit. Quâ de re vide plura apud* Photium *in recenſione Codicis* XXXmi *ſuæ Bibliothecæ. Conſule etiam ipſius* Sozomeni *Hiſtoriam Eccleſiaſticam lib.* 1 *cap.* 17, *lib.* 2 *cap.* 4, *lib.* 3 *cap.* 16, *lib.* 5 *cap.* 1, *& deinceps paſſim, ubi agitur de* Gentilibus.

(2) *Fuit is olim extra numerum.*

(3) *Vide ſuprà pag.* 37.

Quibus finitis *Prolegomenis*, inscribitur atque incipit *prima Praxis* his verbis: Πρᾶξις σὺν Θεῷ πρώτη. Πολέμου καὶ μάχης φασὶ χρῆναι ὦ Σώκρατες] Περὶ ἀνθρώπων διαλέγονται μὲν ποιηταὶ, διαλέγονται δὲ καὶ φιλόσοφοι· ἀλλ' ἐπειδὴ διπλὸς ὁ ἄνθρωπος, ὁ μὲν κατὰ τὴν ψυχὴν ὁρώμενος, ὁ δὲ κατὰ τὸ φαινόμενον, &c. Finis demùm *quadragesimæ octavæ* sive *ultimæ Praxeos* est talis: Τούτῳ οὖν ἑπώμεθα ὡς ἡγεμόνι τοῦ λόγου· τούτῳ καὶ ὑπὸ μηδενὸς κινηθέντι δεῖ ἕπεσθαι, καὶ πάντως καὶ ἐνταῦθα κἀκεῖ ἐχομένου ἐν βίῳ. Notabile porrò est, folij primi paginâ secundâ adscriptum esse in margine hoc *Olympiodori* Elogium:

Ὀλύμπιον δῶρημα πεμφθεὶς τῷ βίῳ,
Χρυσῆν Ἀλεξάνδρειαν ἔχεις πατρίδα.

Meminit horum, ut & aliorum suprà memoratorum *Scholiorum in varios Platonis Dialogos, ex ore Olympiodori exceptorum*, R.P. *Philippus Labbeus* S.I. in Synopsi Græcorum *Platonis* Interpretum pag. 18 his verbis: *Exstant in membranis calamo exarata OLYMPIODORI in Phædonem, Gorgiam, Philebum & Alcibiadem primum Commentaria; sed nulli, quod sciam, hactenùs Lucina favit, nec mihi mens est modò recensere Interpretes nondum è membranarum involucris emissos.* Hucusque R.P. *Labbeus.*

Secundò, & quidem à fol. 173 pag. 1 usque ad fol. 176 pag. 2, *Joannis Pediasimi, Chartophylacis Primæ Justinianæ & totius Bulgariæ, Expositio in Theocriti Idyllium trigesimum*, quod Σύριγξ τῷ Πανὶ, sive, *Fistula rustica Pani dedicata*, inscribitur. Titulus hujus Expositionis cum principio est talis: Ἐξήγησις εἰς τὴν τοῦ Θεοκρίτου Σύριγγα, τοῦ σοφωτάτου Χαρτοφύλακος τῆς πρώτης Ἰουστινιανῆς καὶ πάσης Βουλγαρίας, κυροῦ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΠΕΔΙΑΣΙΜΟΥ. Δίκαιος ἂν εἴην, οὐχ ἁπλῶς τὰ τῇ ἀληθείᾳ δοκοῦντα· δύσληπτον γὰρ ἡ ἀλήθεια· τὰ δὲ ἐμοὶ τυγχάνειν &c. Prodijt ea *græcè* in lucem, cum *Zachariæ Calliergi Cretensis in Theocriti Idyllia Scholijs* itidem *græcis*, curâ ac studio *Guilielmi Xylandri* Augustani Francofurti ad Moenum typis Petri Brubachij A. 1558 in octavo.

Tertiò, & quidem à fol. 177 pag. 1 usque ad fol. 182 pag. 1, *Constantini* (1) *Harmenopuli, Nomophylacis & Judicis Thessalonicensis*, qui circa annum Christi 1345 floruit, *Lexicon polyonymum alphabeticum*, cujus titulus & principium: Τοῦ ΑΡΜΕΝΟΠΟΥΛΟΥ Λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον, περιέχον τὰ πολυώνυμα τῶν ῥημάτων. Ἀρχὴ τοῦ ἄλφα. Ἀγαπῶ, φιλῶ· &c.

(1) Plura de eo vide Lib. VI horum Commentar. pag. 39, 40, 64 & 75.

Quartò,

Quartò, & quidem à fol. 183 pag. 1 usque ad fol. 190 pag. 2, *Libanij Sophistæ Declamatio trigesima sexta*; cujus Argumentum: (1) Δύσκολος ὤλισθεν· ὁ παῖς παρὼν ἐγέλασε· καὶ ἀποκηρύττει αὐτόν. Hoc est: *Morosus lapsus est; filius, qui aderat, risit; & pater eum abdicavit*; principium autem: Ἐπειδή ποτε ῥᾷον ἔχον ἀπὸ τοῦ πτώματος &c. Subjuncta porrò huic Declamationi sunt anonymi cujusdam antiqui Autoris *Scholia Græca*, quorum principium: Ῥᾷον ἐγένετο ἡ νόσος, καὶ ἐρρᾴησαν ἡ νόσος, ἀντὶ τοῦ, ἐλαφροτέρα γέγονεν· καὶ ῥᾷον ἔχει ὁ δεῖνα ἀπὸ τῆς νόσου ἢ τοῦ πτώματος, ἀντὶ τοῦ, ἐλαφρότερον διετέθη, &c.

Quintò, & quidem à fol. 191 pag. 1 usque ad fol. 205 pag. 2, *Procli Lycij, Diadochi Platonici, Institutionis Physicæ Libri duo*, quorum *primus* inscribitur atque incipit hoc modo: ΠΡΟΚΛΟΥ Διαδόχου Λυκίου (2) Στοιχείωσις φυσική. Ὅροι τοῦ πρώτου. Συνεχῆ ἐστιν, ὧν τὰ μὲν (3) πρῶτα ἕν. Ἁπτόμενά ἐστιν, ὧν τὰ πέρατα ἅμα. Ἐφεξῆς ἐστιν, &c; *secundus* autem: Πρόκλου Διαδόχου Λυκίου Στοιχείωσις φυσική. τῶν εἰς δύο τὸ δεύτερον. Ὅροι τοῦ δευτέρου. Πᾶν σῶμα φυσικὸν κινητόν ἐστι κατὰ τόπον. Πᾶσα κίνησις τοπικὴ &c. Edidit hosce *duos Procli Libros græcè* cum *latinâ* suâ versione *Justus Velsius*, Haganus, Medicus & Physicus insignis Argentoratensis, Basileæ typis Joañis Hervagij A. 1545 in octavo, sed inscripsit eos Περὶ κινήσεως, sive *De motu*.

In fine demùm totius hujus Codicis XXImi, nempe fol. 205 pag. 2, legitur hæc latina subscriptio: *Hunc Librum ego SEBASTIANUS ERICIUS scripsi manu propriâ.*

XXII.

Vigesimus secundus (4) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* in *octavo*, & ad *Bibliothecam* (5) *meam privatam*, *Hamburgo* in *Augustissimam Bibliothecam Cæsaream* translatam, olim pertinuit. Continentur eo *Selecta ex Libro primo & tertio Scholiorum Hermiæ Philosophi in Platonis Phædrum*, sive, *Dialogum de Pulchro*, ab Avunculo meo *Luca Holstenio*, Basilicæ Vaticanæ Canonico & Bibliothecæ Vaticanæ Præfecto, (6) cùm is adhuc juvenis A. C. 1622 *Angliam* invisit, ex Codice manuscripto *Bibliothecæ Oxoniensis* propriâ manu descripta; quorum titulus & principium: Ἐκ τῶν τοῦ ἙΡΜΕΙΟΥ Φιλοσόφου τῶν εἰς τὸν Πλάτωνος Φαῖδρον Σχολίων. Ὁ Σωκράτης ἐπὶ εὐεργεσίᾳ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους καὶ τῶν ψυχῶν τῶν νέων κατεπέμφθη εἰς γένεσιν.

διαφορὰς

(1) *Vide Operum* Libanij *editionem græco-latinam Parisinam Morellianam A. 1606 in folio Tom. 1 pag. 792.*

(2) *Hoc est ad verbum*, Elementatio; *ut etiam vertit* Guilelmus de Morbecta. *Quâ de re vide suprà pag. 38.*

(3) *Ita quidem ibi scriptum est; sed in Velsianâ editione impressâ pro* πρῶτα *rectè legitur* πέρατα.

(4) *Fuit is olim extra numerum.*

(5) *Vide Libri tertij horũ Commentariorum Appendicem pag. 288.*

(6) *Vide Libri sexti horũ Commentariorum Appendicem pag. 272.*

διαφορᾶς δὲ οὔσης πολλῆς κατά τε ἤθη καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν ψυχῶν, διαφόρως ἕκαστον εὐεργετεῖ, ἄλλως τοὺς νέους, ἄλλως τοὺς σοφιστὰς, πᾶσι χεῖρας ὀρέγων, καὶ ἐπὶ φιλοσοφίαν προτρεπόμενος. καὶ νῦν οὖν τὸν Φαῖδρον ἐπὶ ῥητορικῇ ἐπτοημένον ἐπανάγει ἐπὶ τὴν ἀληθῆ ῥητορικὴν, τουτέστι φιλοσοφίαν. *Inde* τὸ ὑλικὸν τοῦ διαλόγου καὶ τὸ πρόσχημα τῆς ὑποθέσεως *exponit, de Lysiæ amore, ejusque oratione, Socratis reprehensione & palinodiâ.* Καὶ πρῶτον μὲν ἐπεὶ διαμφίβολον ἦν τὸ τοῦ ἔρωτος ὄνομα, &c. Plura de his *Hermiæ in Phædrum Scholijs* vide (1) suprà in recensione Codicis XVIIIvi, num. 2.

(1) *Vide suprà pag.* 43, 44.

XXIII.

Vigesimus tertius (2) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *membranaceus* pervetustus in octavo, constátque folijs *quinquaginta tribus*. Continetur eo *Platonis Timæus*, sive, *Dialogus de Naturâ*, vel *de Universitate*; sed principio carens usque ad hæc verba: - - - ὄντα ὧν λεγόμενα· τοῦ δὲ Ἑρμοκράτους αὖ περὶ φύσεως καὶ τροφῆς &c.

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* centesimus septuagesimus.

XXIV.

Vigesimus quartus (3) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *folio*, constátque folijs *ducentis triginta*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olím pertinuit. Quis autem ante illum ejusdem Codicis fuerit possessor, indicatur ibidem his verbis: Θεοδοσίου Κόμητος τοῦ Κορινθίου· hoc est: (4) *Theodosij Comitis Corinthij.* Continetur eo *Aristotelis Stagiritæ*, Præceptoris *Alexandri Magni*, & Principis Philosophiæ Peripateticæ, qui seculo ante Christum *quarto* floruit, & anno *trecentesimo vigesimo secundo* ante Æram Christianam communem obijt, nempe anno ætatis sexagesimo tertio, Olympiadis autem centesimæ decimæ quartæ anno tertio, (5) *Organum Logicum*, quo comprehenduntur: *De Categorijs* sive *Prædicamentis decem Liber unus*, cujus titulus & principium: Ἀριστοτέλους κατηγορίαι δέκα. Ὁμώνυμα λέγεται &c; *De Interpretatione Liber unus*, cujus titulus & principium: Ἀριστοτέλους περὶ ἑρμηνείας. Πρῶτον δεῖ θέσθαι, τί ὄνομα καὶ τί ῥῆμα &c; *Analyticorum priorum Libri duo*, quorum primus inscribitur atque incipit hoc modo: Ἀριστοτέλους Ἀναλυτικῶν προτέρων τὸ πρῶτον. Πρῶτον εἰπεῖν περὶ τί &c; *Analyticorum posteriorum Libri duo*, quorum primus inscribitur atque incipit hoc modo: Ἀριστοτέλους Ἀναλυ-

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* trigesimus octavus.

(4) *Vide etiam suprà pag.* 20, *ubi fit mentio cujusdam* Georgij Comitis Corinthij.

(5) *Inter varias, à reliquis Operibus separatas, editiones* Organi Aristotelis, *sive, omnium ejus Librorum ad Logicam pertinentium, vide inprimis græco-latinam illam* Julij Pacij *quæ Francofurti typis Wechelianis A. 1592 impressa est in octavo.*

πικῶν ὑςέρων τὸ πρῶτον. Πᾶσα διδασκαλία καὶ πᾶσα μάθησις διανοητικὴ &c; *Topicorum Libri octo*, quorum primus inſcribitur atq; incipit hoc modo: Ἀριςοτέλους Τοπικῶν τὸ πρῶτον. Ἡ μὲν πρόθεσις τῆς πραγματείας &c; *De Sophiſticis Elenchis* (1) *Liber unus*, cujus titulus & principium: Ἀριςοτέλους περὶ τῶν σοφιςικῶν ἐλέγχων. Περὶ δὲ τῶν σοφιςικῶν ἐλέγχων, καὶ τῶν φαινομένων ἐλέγχων, &c. Plura de *Ariſtotelis* Vitâ, Scriptis, Interpretibus & Explanatoribus vide apud *Strabonem* Geographiæ lib. 13, apud *Dionyſium Halicarnaſſenſem* in Epiſtolâ ad Ammæum, apud *Plutarchum* in Vitâ Syllæ, apud *Diogenem Laertium* libro quinto de Vitis & Dogmatibus Illuſtrium Philoſophorum, & apud *Ammonium*, ſeu potiùs *Joannem Philoponum*, in Prolegomenis in Categorias: quæ omnia loca à *Friderico Sylburgio* collecta, & græcæ Operum Ariſtotelis editioni Francofurtenſi Wechelianæ A. 1587 in quarto, in decem Tomos diviſæ, præfixa ſunt; ut ſimiliter etiam in *Iſaaci Caſauboni* græco-latinâ Operum *Ariſtotelis* editione Genevenſi Roverianâ A. 1605 in folio, in duos Tomos divisâ, & in *Guilelmi Du-Vallij* græco-latinâ eorundem Operum editione Pariſinâ A. 1654 in folio, in quatuor Tomos diſtributâ, videre eſt. Ex recentioribus autem præcipuè conſulendi ſunt *Franciſcus Patricius* in Diſcuſſionibus Peripateticis, *Petrus Joannes Nunneſius Valentinus* in Notis ad Ammonium, R. P. *Andreas Schottus* S. I. in Vitis comparatis Ariſtotelis ac Demoſthenis, R. P. *Philippus Labbeus* S. I. in Synopſi Græcorum Ariſtotelis Interpretum, *Gerardus Joannes Voſſius* in Libro de Sectis Philoſophorum, *Joannes Jonſius* in Opere de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ, & alij plures ejuſdem eruditionis atque doctrinæ.

(1) *Ex uno hoc Sophiſticorum Elenchorum Libro nonnulli perperam faciunt* duos.

XXV.

Vigeſimus quintus (2) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* pervetuſtus in folio minori, conſtátque folijs *ducentis nonaginta ſeptem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 42 pag. 2, *Porphyrij Iſagoge* ſive *Inſtitutio de quinque Vocibus*, cujus principium: Ὄντος ἀναγκαίου, Χρυσαόριε, καὶ εἰς τὴν τῶν παρὰ Ἀριςοτέλει κατηγοριῶν διδασκαλίαν &c; cum (3) *Joannis Grammatici, cognomine Philoponi Scholijs, ex ore Ammonij, filij Hermiæ, exceptis*, quæ inſcribuntur atque incipiunt hoc modo: Ἰωάννου Γραμματικοῦ τοῦ Φιλοπόνου Περιλεγόμενα εἰς τὴν Πορφυρίου εἰσαγωγὴν ἀπὸ φωνῆς Ἀμμωνίου

(2) *Fuit is olim inter Codices* MStos *Philoſophicos & Philologicos Græcos* quadrageſimus octavus.

(3) *Floruit is ſeculo poſt Chriſtum ſexto ſub* Imp. Juſtiniano I *ſive* Magno, *& fuit diſcipulus* Ammonij, *qui filius fuit* Hermiæ, *diſcipulus autem* Procli;

μωνίε τ̃ Ἑρμέιε. Μέλλοντας ἡμᾶς ἄρχεσϑ φιλοσόφων λόγων, ἀναγκαῖον ἐςὶ &c. Edidit hæc Scholia *græcè Joannes Bernardus Felicianus* Venetijs typis Joan. Antonij & Petri fratrum de Nicolinis de Sabio A. 1545 in octavo; *latinè* autem eadem vertit atque edidit *Joannes Baptista Rasarius* Venetijs typis Joannis Gryphij A. 1549 in octavo; sed in utrâque editione attribuuntur ea ipsi *Ammonio* sub hoc titulo: Ἀμμωνίε τ̃ Ἑρμέιε εἰς τὰς πέντε φωνὰς τ̃ Πορφυρίε ὑπόμνημα· hoc est: *Ammonij Hermiæ in quinque Voces Porphyrij Commentarius.*

Secundò, & quidem à fol. 43 pag. 1 usque ad fol. 106 pag. 2, *Aristotelis Categoriæ*, quarum principium: Ὁμώνυμα λέγεται &c; cum *Anonymi* cujusdam antiqui Autoris *Scholijs græcis marginalibus*

Tertiò, & quidem à fol. 107 pag. 1 usque ad fol. 148 pag. 1, *Aristotelis Liber* περὶ ἑρμηνείας sive *De Interpretatione*, cujus principium: Πρῶτον δεῖ ϑέσϑ, τί ὄνομα &c; cum *Paraphrasi Michaelis Pselli*, quæ inscribitur atque incipit hoc modo: Παράφρασις τ̃ ΨΕΛΛΟΥ εἰς τὸ περὶ ἑρμηνείας. Πρὸ τ̃ ἀκριβοῦς ἐκϑέσεως τῶν προτάσεων &c. Edidit hanc *Paraphrasin græcè* Aldus Manutius Venetijs A. 1503 in folio, cum *Ammonij*, & *Magenteni* seu *Magentini*, *Episcopi Mitylenæ*, in eundem Aristotelis Librum Commentarijs.

Quartò, & quidem à fol. 148 pag. 2 usque ad fol. 150 pag. 1, *Alexandri Aphrodisiensis*, qui seculo post Christum *tertio* sub *Impp. L. Septimio Severo* & *Antonino Caracallâ* floruit, &, tanquam omnium veterum *Aristotelis Interpretum Græcorum* optimus ac præstantissimus, per excellentiam Ἐξηγητὴς sive *Interpres* solet appellari, *Commentarius in Aristotelis Analyticorum priorum Librum primum*, incipiens hoc modo: Ἀλεξάνδρε Ἀφροδισιέως ὑπόμνημα εἰς τὰ πρῶτα ἀναλυτικά. Ἡ λογικὴ τε καὶ συλλογιςικὴ πραγματεία, ἡ νῦν ἡμῖν προκειμένη, &c; sed maxima ejus pars posterior ibi deest. Edidit hunc Commentarium *græcè* Aldus Manutius Venetijs A. 1520 in folio.

Quintò, & quidem à fol. 150 pag. 2 usque ad fol. 196 pag. 2, *Joannis Grammatici, cognomine Philoponi, Scholia in Aristotelis Analytica priora, excepta ex ore Ammonij, filij Hermiæ*, quorum titulus & principium: Ἰωάννε Γραμματικοῦ εἰς τὸ πρῶτον τῶν προτέρων Ἀναλυτικῶν Σχόλια καὶ ἀποσημειώσεις ἐκ τῶν συνεσιῶν Ἀμμωνίε τ̃ Ἑρμέιε· τῶν εἰς τὰ γ' τὸ πρῶτον. Ἤδη μὲν ἐν τοῖς προλαβοῦσιν εἴρηται

συγγράμμασιν &c. Edidit hæc Scholia *græcè Victor Trincavellus* Venetijs A. 1536 typis Bartholomæi Zanotti in folio sub hoc titulo: Ἰωάννου Ἀλεξανδρέως τοῦ Φιλοπόνου εἰς τὸ πρῶτον τῶν προτέρων ἀναλυτικῶν σχολικαὶ ἀποσημειώσεις ἐκ τῶν συνουσιῶν Ἀμμωνίου τοῦ Ἑρμείου μετά τινων ἰδίων ἐπιστάσεων· hoc est ad verbum: *Joannis Alexandrini, cognomine Philoponi in primum priorum Analyticorum Librum Scholicæ Annotationes ex frequentationibus Ammonij Hermiæ, unà cum proprijs quibusdam Considerationibus.*

Sextò, & quidem à fol. 197 pag. 1 usque ad fol. 249 pag. 2, *Themistij*, cognomine *Euphradæ* sive *Eloquentis*, qui sub *Imp.* (1) *Theodosio Magno* sive *Seniore* floruit, *Paraphrasis in Aristotelis de Animâ Libros tres, in septem* Λόγους sive *Dissertationes* divisa, quarum *prima* inscribitur atque incipit hoc modo: Θεμιστίου παράφρασις τῶν περὶ ψυχῆς Ἀριστοτέλους. Λόγος α'. (2) Περὶ ψυχῆς ὅσα δυνατὸν σὺν ἐπιστήμῃ λαβεῖν &c; *secunda*, Θεμιστίου περὶ ψυχῆς λόγος β'. (3) Δόξειε δ' ἂν τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ Τίμαιος τῷ Δημοκρίτῳ φυσιολογεῖν &c; *tertia*, Θεμιστίου περὶ ψυχῆς λόγος γ'. Ἃ μὲν (4) περὶ τῶν προτέρων εἴχομεν παραδεδομένα περὶ ψυχῆς &c; *quarta*, Λόγος δ'. (5) Τῆς ὄψεως ἴδιον αἰσθητόν, τὸ ὁρατὸν &c; *quinta*, Λόγος ε'. (6) Ὅτι δὲ οὐκ ἔστιν αἴσθησις ἑτέρα παρὰ τὰς πέντε &c; *sexta*, Λόγος ς'. (7) Ἐπειδὴ τῶν ὑπὸ τῆς φύσεως γινομένων ἕκαστον &c; *septima*, Λόγος ζ'. (8) Ἐπειδὴ ψυχὴ τῶν ζώων κατὰ δύο ὥρισται μάλιστα δυνάμεις &c; sed ob defectum unius folij caret ea ibi in fine parte aliqua exiguâ, & pertingit tantùm usque ad hæc verba: (9) καὶ ὁ χυμὸς δὲ, οὐχ ᾗ χυμὸς, ἀλλ' ᾗ ἥψατο τῶν κυρίων μερῶν. αἱ δὲ τῶν ἁπλῶν ὑπὲρ - - -. Edidit quidem hanc *Themistij Paraphrasin græcè* Medicus celeberrimus *Victor Trincavellus* Venetijs A. 1534 typis hæredum Aldi Manutij in folio; sed divisa ea ibi est in *Libros tres;* eandemque divisionem retinuit etiam *Hermolaus Barbarus*, Patricius Venetus doctissimus, in latinâ suâ ejusdem Paraphraseos translatione, quæ Venetijs apud Hieronymum Scotum A. 1570 in folio impressa est.

Septimò, & quidem à fol. 250 pag. 1 usque ad fol. 297 pag. 2, *Euclidis Elementorum Libri sex priores secundum editionem Theonis Alexandrini*, qui seculo post Christum *quarto* sub *Imp. Theodosio Seniore* floruit, & Euclidea non solùm meliùs digessit, verùm etiam aliquot locis auxit; quorum primus inscribitur atque incipit his verbis:

(1) Vide Lib. V horum Commentariorum pag. 14, 15.
(2) Vide editionem græcam Aldinam fol. 64 pag. 1.
(3) Vide ibid. fol. 68 pag. 2.
(4) In jam citatâ editione Aldinâ legitur: Ἃ μὲν οὖν περὶ τῶν προτέρων &c.
(5) Vide ibid. fol. 78. pag. 2.
(6) Vide ibidem fol. 84 pag. 1.
(7) Vide ibidem fol. 88 pag. 2.
(8) Vide ibidem fol. 93 pag. 1.
(9) Vide ibidem fol. 95 pag. 1.

Εὐκλείδου Στοιχείων τῆς Θέωνος ἐκδόσεως τὸ πρῶτον. Σημεῖόν ἐστιν, οὗ μέρος οὐδέν. γραμμὴ δὲ &c. Præfixa his libris ibidem ſunt anonymi cujuſdem antiqui Autoris *Prolegomena* de origine *Geometriæ* apud *Ægyptios*, & de translatione ejus in Græciam per *Thaletem Mileſium*, ut & de ſequentibus claris Mathematicis uſque ad *Euclidem*, tùm de ætate & ſcriptis *Euclidis*, nec non de alijs varijs rebus partim generaliter ad univerſam Matheſin, partim ſpecialiter ad Geometriam pertinentibus; quæ inſcribuntur Ἐπίγραμμα εἰς τὴν Εὐκλείδου γεωμετρίαν, ſive, *Epigramma in Euclidis Geometriam*, & incipiunt his verbis: Εὐκλείδης νόον ὀξὺν ἀειζώοις γράμμασιν &c. Sequitur deinde de origine *Geometriæ* & claris Mathematicis ante *Euclidem*: (1) Εὕρηται ἡ γεωμετρία πρῶτον ἐκ τῶν Αἰγυπτίων· ἤγαγε δὲ εἰς τοὺς Ἕλληνας Θαλῆς. μετὰ δὲ &c. Et porrò de ipſo *Euclide*: Οὐ πολὺ δὲ τούτων νεώτερος ἐστὶν ὁ Εὐκλείδης, ὁ τὰ στοιχεῖα συναγαγών. γέγονε δὲ οὗτος ἐπὶ τοῦ πρώτου Πτολεμαίου· νεώτερος μὲν τοῦ Πλάτωνος, ἀρχαιότερος δὲ τοῦ Ἐρατοσθένους καὶ Ἀρχιμήδους· &c. Subjungitur deinceps de nomine *Matheſeos* & *Mathematum*: (2) Τὸ δὲ ὄνομα τῆς μαθηματικῆς καὶ τῶν μαθημάτων &c. Quæ omnia ex *Procli Diadochi Platonici Libro primo & ſecundo Commentariorum in Euclidis Elementorum Librum primum* compendiosè deſumpta ſunt; ut quiſque videbit, ſi loca hìc in margine citata inſpexerit. Notabile autem ibi inprimis eſt, quòd *Proclus* expreſsè teſtatur, *Euclidem Geometram* fuiſſe *Philoſophum Platonicum*, & minimùm (3) *ſeptuaginta ſex* annis poſt mortem *Socratis Alexandriæ* in *Ægypto* floruiſſe ſub *primo Ptolemæo*, nempe *Lagi filio*, ideóque omninò diverſum eſſe ab *Euclide Megarenſi, Socratis diſcipulo*, & *Platonis æquali, autore Sectæ Megaricæ* ſive *Eriſticæ*, cujus Vita exſtat apud *Diogenem Laertium* lib. 2 cap. 10. Vulgò enim duo illi *Euclides* perperàm confunduntur, nec à mediocriter tantùm doctis, verùm etiam à Viris alioqui doctiſſimis; ut videre eſt apud *Conradum Geſnerum* in Bibliothecâ Vniverſali, & in ipſis titulis variarum editionum impreſſarum *Elementorum Euclidis*, ubi is falsò appellatur *Euclides Megarenſis*. Plura hâc de re legenda ſunt apud *Federicum Commandinum* in Prolegomenis Elementorum Euclidis, apud *Henricum Savilium* in Prælectione primâ in Euclidem, & apud *Gerardum Joannem Voſſium* Libri ſingularis de Scientijs Mathematicis capite decimo quinto, quo de *Euclide* ejuſque *Geometricis* ex profeſſo agitur; nec non Libri de Philoſophorum Sectis capite undecimo, ubi agitur de *Sectâ Megaricâ*.

(1) *Vide* Procli *Commentar. in Lib. 1 Euclidis editionis græcæ Baſil. Hervagianæ lib. 2 pag. 19 & 20.*

(2) *Vide ibidem lib. 1 pag. 13.*

(3) *Nempe reſpectu intervalli inter* mortem Socratis *anno ante Æram Chriſtianam vulgarem quadringenteſimo & i*nitium Regni Ptolemæi Lagi *anno ante Æram Chriſtianam vulgarem trecenteſimo vigeſimo quarto.*

XXVI.

Vigesimus sextus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque folijs *centum quadraginta novem.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 12 pag. 2, *Porphyrij* (2) *Isagoge in Aristotelis Organum*, sive, *Liber de quinque Vocibus*, cujus principium: Ὄντος ἀναγκαίου, Χρυσαόριε, &c.

Secundò, & quidem à fol. 13 pag. 1 usque ad fol. 46 pag. 1, *Aristotelis* (3) *Categoriæ*, & *Liber de Interpretatione.*

Tertiò, & quidem à fol. 47 pag. 1 usque ad fol. 71 pag. 1, *Nicephori Blemmydæ*, vel secundum alios, *Gregorij Aneponymi*, *Compendiosum Philosophiæ* (4) *Syntagma*, cujus titulus & principium: Συνοπτικὸν σύνταγμα φιλοσοφίας. Ὥσπερ οἱ ἀναγινώσκοντες πρῶτον μὲν τὰ στοιχεῖα μανθάνουσι, ἀπὸ δὲ τῶν στοιχείων ἐπὶ τὰς συλλαβὰς μεταβαίνουσιν, ἀπὸ δὲ τῶν συλλαβῶν &c; finis autem: ἐπιστήμην πᾶσαν καὶ τέχνην ἰχνηλατεῖν. Prodijt hic Liber sub *Nicephori Blemmydæ* nomine *latinè*, *Georgio Vallâ Placentino* interprete, Basileæ A. 1542 in octavo; sub *Gregorij* autem *Aneponymi* nomine edidit eundem Librum *græcè* & *latinè* ex Codice Græco manuscripto Bibliothecæ Augustanæ *Joannes Wegelinus Augustanus* Augustæ Vindelicorum typis Michaelis Mangeri A. 1600 in octavo, unà cum amplissimis suis doctissimisque Scholijs. Et certè in alio quodam *Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ* Codice manuscripto, qui olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos fuit *centesimus octogesimus secundus*, fol. 51 pag. 2 è regione horum verborum, Συνοπτικὸν σύνταγμα φιλοσοφίας, in marginè expressè & clarè adscriptum est: Πόνημα τόδε μοναχοῦ Γρηγορίου.

Quartò, & quidem à fol. 71 pag. 2 usque ad fol. 103 pag. 1, *Michaelis Pselli Liber quadripartitus de quatuor Mathematicis Scientijs Arithmeticâ, Musicâ, Geometriâ & Astronomiâ*; cujus *Pars prima de Arithmetica* absque nomine Autoris inscribitur atque incipit hoc modo: Ἐνταῦθ' ἀριθμητικῆς συντομωτέρα φράσις. Μέλλοντί μοι καὶ περὶ τῶν τεσσάρων μαθηματικῶν ἐν ἐπιτόμῳ τῷ λόγῳ διαλαβεῖν &c; *Pars* autem *quarta* sive *ultima de Astronomiâ* desinit his verbis: εἰ μὴ τὸ κάλλιστον δῶρον τῶν ἐν ἡμῖν, τὴν ἡγεμονίαν τοῦ λογικοῦ, σφαλερῶς περιαιτήμεθα. Integrum hunc *Pselli* Librum, omnibus quatuor

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* nonagesimus primus.

(2) *Vide suprà pag.* 58.

(3) *Vide suprà pag.* 57. & 59.

(4) *Vide* Joannis Wegelini *Scholia* pag. 163 & 164, *ubi agitur de differentiâ inter* Syntagma & Hypomnema: Syntagma, *inquit*, significat Opus aliquod singulari curâ & studio elaboratum; Hypomnema autem qualemcunque Commentarium, ex quotidianâ Autorum lectione collectum denotat. De quo discrimine Ammonius in Commentario in Categorias Aristotelis, ubi divisionem exponit Librorum Aristotelis, sic scribit: Ὑπομνηματικὰ δὲ ἐκεῖνα καλοῦσιν, ὅσα πρὸς οἰκείαν ἀπεσημειοῦντο ὑπόμνησιν, εἰώθεσαν γὰρ οἱ παλαιοὶ &c.

tur Partibus conſtantem, primus *græcè* & *latinè* in lucem edidit *Guilelmus Xylander Auguſtanus* Baſileæ typis Joannis Oporini A. 1556 in octavo cum doctiſſimis *Annotationibus*. Vide etiam ſuprà Codicem MStum Philoſophicum Græcum Xmum, num. 4.

Quintò, & quidem à fol. 103 pag. 1 uſque ad fol. 121 pag. 2, *anonymi cujuſdam Autoris Ecloga ſive Excerpta de Animâ*, quorum titulus & principium: Δόξαι περὶ ψυχῆς. Ὅτι τῶν ψυχικῶν δυνάμεων, αἱ μὲν εἰσὶ ἄλογοι, αἱ δὲ λογικαί· τῶν δὲ λογικῶν, αἱ μὲν ζωτικαὶ καὶ ὀρεκτικαὶ, αἱ δὲ γνωστικαί· ὁμοίως δὲ &c.

Sextò, & quidem à fol. 121 pag. 2 uſque ad fol. 125 pag. 1, Excerpta quædam *ex* (1) *Leontij Byzantini*, Lauræ S. Sabæ propè Vrbem Hieroſolymitanam Monachi, *Scholijs ex ore Theodori Abbatis & Philoſophi de diverſis contra S. Trinitatem hæreſibus*; quorum titulus & principium: Ἀπὸ τῶν Λεοντίων. Ὅτι οὐ ταυτὸν ὑπόστασις καὶ ἐνυπόστατον, &c.

Septimò, & quidem à fol. 125 pag. 1 uſque ad fol. 132 pag. 1, *Theodori Abucaræ, Epiſcopi Cariæ, Opuſcula quædam contra hæreticos & infideles*; de quibus vide plura Libri quinti horum Commentariorum pag 77 & 78, in recenſione Codicis manuſcripti Theologici Græci CCXXXVti, num. 7.

(1) *Vide Lib. III horum Commentariorum pag. 63, 250, & Lib. V pag. 76, 77, 145, 140.*

Octavò, & quidem à fol. 133 pag. 1 uſque ad fol. 145 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Excerpta Arithmetica*, quorum principium abſque ullo titulo eſt tale: Ἰστέον ὅτι ὁ ἐπιδιμερὴς καὶ ὁ ἐπιδίτριτος ὁ αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἐπιτριμερὴς καὶ ἐπιτέταρτος, &c.

Nonò, & quidem à fol. 146 pag. 1 uſque ad fol. 149 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Fragmenta* quædam *Philoſophica*, ad *Logicam* præcipuè pertinentia.

XXVII.

Vigeſimus ſeptimus (2) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in quarto, conſtátque folijs *ducentis quinquaginta duobus*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 63 pag. 1, *Ariſtotelis Categoriæ cum anonymi cujuſdam antiqui Autoris Scholijs græcis marginalibus & interlinearibus*; ſed principio mutilæ.

Secundò, & quidem à fol. 63 pag. 1 uſque ad fol. 81 pag. 2, *Joannis Tzetzæ Grammatici*, qui ſeculo poſt Chriſtum *duodecimo* circa annum 1180 floruit, *Expoſitio Iſagoges Porphyrij, ſive, Libri de quinque Vocibus, verſibus politicis*; cujus titulus & principium:

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Philoſophicos & Philologicos Græcos quadrageſimus ſeptimus.*

Ἑρμη

Ἐμῷ δ' ὁμαίμων Ἀνδρονίκῳ λοιπῷ
Εἰς πέντε φωνὰς τόνδ' ἐγραψάμην πόνον
Ὁ γραμματικὸς ὁ ΤΖΕΤΖΗΣ ΙΩΑΝΝΗΣ &c.
Τῶν πέντε φωνῶν τὴν παροῦσαν πυκτίδα
Ῥώμης ὑπάτῳ Χρυσαορίῳ γράφει
Ὁ Πορφύριος, ὃς &c.

Adjuncta etiam huic Opusculo sunt nonnulla fragmenta *ex* ejusdem *Joannis Tzetzæ Variâ Historiâ*, quam itidem *versibus politicis* composuit. Plura de illius ætate & scriptis vide apud *Gerard. Joan. Vossium* Lib. 2 de Historicis Græcis cap. 27. Notandum denique est Libellum hunc *Tzetzæ* à R. P. Philippo Labbeo S. I. in *Catalogo Græcorum Aristotelis Interpretum* silentio prætermissum esse, tanquam hactenùs, quod ego sciam, ineditum.

Tertiò, & quidem à fol. 81 pag. 2 usque ad fol. 111 pag. 2, ejusdem *Joannis Tzetzæ Epitome Artis Rhetoricæ Hermogenis, versibus politicis*; cujus titulus & principium: Τοῦ ΤΖΕΤΖΟΥ. Πολιτικὰ ζητήματα &c. Τῶν στάσεων βιβλίον δὲ προκειται τῶν ἑτέρων, Εὑρέσεων καὶ ἰδεῶν, δεινότητος μεθόδου, &c. Est autem etiam hæc Epitome, quod quidem ego sciam, hactenùs inedita.

Quartò, & quidem à fol. 111 pag. 2 usque ad fol. 132 pag. 2, *Michaelis Pselli Rhetorica versibus politicis*, cujus titulus & principium: Περὶ Ῥητορικῆς τοῦ ΨΕΛΛΟΥ. Εἰ μάθοις τῆς ῥητορικῆς τὴν τέχνην Στεφηφόρε, Ἕξεις καὶ λόγου δύναμιν, ἕξεις καὶ λόγου χάριν &c.

Quintò, & quidem à fol. 133 pag. 1 usque ad fol. 209 pag. 2, *Aristotelis Liber* περὶ ἑρμηνείας, sive, *De Interpretatione cum Paraphrasi Michaelis Pselli*: Περὶ τῆς ἀκριβοῦς ἐκθέσεως τῶν προτάσεων &c; de quâ vide plura suprà pag. 59 in recensione proximè præcedentis Codicis manuscripti Philosophici Græci XXVti, num. 3.

Sextò, & quidem à fol. 210 pag. 1 usque ad fol. 252 pag. 2, *Ammonij, filij Hermiæ, Commentarius in Aristotelis Categorias*, sed imperfectus; de quo haud multo pòst agetur uberiùs.

XXVIII.

Vigesimus octavus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *folio*, constátque folijs *viginti quinque*, & ad *Joannem Sambucum olim* pertinuit. Continentur eo hæc:

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

Primò, & quidem fol. 1 pag. 1 *Anonymi cujusdam Autoris Expositio Proœmij, Isagoges Porphyrij de quinque Vocibus*; cujus principium

pium absque ullo titulo est tale: Ὄντος ἀναγκαίου Χρυσαόριε] Ἐπειδὴ μὲν τὸ περιτελεῖσθαι, καὶ τὸ τελεῖσθαι καιρὸς, καὶ περιτελοῦσι μὲν αἱ ἡμέτεραι, τελοῦσι δὲ αἱ τοῦ Φιλοσόφου φωναὶ, φέρε τῶν μὲν ἡμετέρων ἅλις· ἐπ' αὐτὰς δὲ λοιπὸν ἀγῶνας ἀποδυσώμεθα τὴν ἐξήγησιν τῆς λέξεως. τὸ τοίνυν προοίμιον αὐτὸ &c.

Secundò, & quidem à fol. 2 pag. 1 usque ad fol. 19 pag. 1, *Ammonij, filij Hermiæ, Expositio Isagoges Porphyrij de quinque Vocibus*; cujus titulus & principium: Ἀμμώνιος εἰς τὰς πέντε φωνὰς τοῦ Πορφυρίου. Ὄντος ἀναγκαίου Χρυσαόριε] Διατί τὸ ὂν προέταξε τοῦ ἀναγκαίου; καὶ λέγομεν, ὅτι ὡς καθολικώτερον· τὸ γὰρ ὂν &c. Sed, ut ex ipso hoc principio satis claret apparet, omninò diversa est hæc Expositio ab alterâ illa *Joannis Philoponi*, (1) suprà in recensione Codicis XXVti, num. 1, memoratâ, quæ aliàs ipsi etiam *Ammonio* solet attribui.

(1) Vide suprà pag. 58.

Tertiò, & quidem à fol. 20 pag. 1 usque ad fol. 25 pag. 2, *Alexandri Aphrodisiensis Commentaria in Aristotelis Librum de Sophisticis Elenchis*, quæ absque ullo titulo incipiunt his verbis: Διδάξας περὶ τοῦ ἀποδεικτικοῦ καὶ διαλεκτικοῦ συλλογισμοῦ ὁ Ἀριστοτέλης, νῦν ἥκει διδάξων ἡμᾶς καὶ περὶ τῶν σοφιστικῶν ἐλέγχων, οὐχ ὥστε τούτοις χρῆσθαι ἡμᾶς, &c; sed deest ibi eorum pars maxima posterior. Prodierunt autem integra in lucem Venetijs A. 1520 græcè in folio, & Florentiæ in quarto cum Commentarijs in Analytica Priora; nec desunt eadem integra manuscripta etiam in *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ*, ut paulo pòst accuratiùs indicabitur.

XXIX.

Vigesimus nonus (2) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & optimæ notæ in *folio*, constatque folijs *ducentis septuaginta sex*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(2) Fuit & olim inter Codices MSStos Philosophicos & Philologicos Græcos duodecimus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 103 pag. 2, *Joannis Grammatici Alexandrini, cognomine Philoponi, ex frequentationibus seu colloquijs Ammonij, filij Hermiæ, Scholicæ Annotationes in Aristotelis Categorias, sive, Librum de decem Prædicamentis*. Ipsa tituli græci verba sunt hæc: Ἰωάννου Γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως τοῦ Φιλοπόνου ἐκ τῶν συνουσιῶν Ἀμμωνίου τοῦ Ἑρμείου (3) σχολικαὶ ἀποσημειώσεις εἰς τὰς Ἀριστοτέλους δέκα κατηγορίας. Sequitur deinde *Vita Aristotelis*, ab eodem *Joanne Grammatico* conscripta, quæ aliàs ipsi etiam *Ammonio* attribuitur; in hoc autem Codice Cæsareo inscribitur atque

(3) Suprà pag. 59 legitur σχόλια ἢ ἀποσημειώσεις.

incipit hoc modo: Γενεαλογία Ἀριστοτέλους. Ἀριστοτέλης τῷ μὲν γένει ἦν Μακεδὼν, πόλεως δὲ Σταγείρων, υἱὸς Νικομάχου, ἰατροῦ Ἀμύντου τοῦ Μακεδόνων βασιλέως &c; desinit autem: ταῦτα λέγειν ἔχομεν περὶ τοῦ βίου τοῦ Ἀριστοτέλους.(1) Edita quidem hæc Vita jam aliquoties est, sed beneficio hujus Codicis manuscripti *Cæsarei* emendari potest & suppleri.

(1) *Vide supra pag. 58.*

Sequitur porrò in eodem Codice *Joannis Philoponi Proœmium*, quod incipit his verbis: Ἐπεὶ δὲ λογικῆς πραγματείας ἀρχὴ τὸ προκείμενον βιβλίον, &c; desinit autem: συμβιβαζομένη δὲ τοῖς πράγμασι, μέρος ἐστὶ τῆς φιλοσοφίας. Quo finito, sequuntur ipsa *Ammonij Prolegomena*, valdè ab editis discrepantia, atque incipiunt hoc modo: Ἀμμωνίου τοῦ Ἑρμείου προλεγόμενα εἰς τὰς κατηγορίας Ἀριστοτέλους. Ἐπειδὴ τῆς Ἀριστοτέλους ἐντὸς θέλομεν φιλοσοφίας γενέσθαι, φέρε τινὰ ἡμῖν συμβαλλόμενα εἰς ταύτην ζητήσωμεν. ἔστι δὲ ταῦτα δέκα τὸν ἀριθμόν. Πρῶτον, πόθεν τὰ ὀνόματα τῶν φιλοσόφων αἱρέσεων· δεύτερον, τίς ἡ διαίρεσις τῶν Ἀριστοτελικῶν συγγραμμάτων· τρίτον, πόθεν ἀρκτέον τῶν Ἀριστοτελικῶν συγγραμμάτων· τέταρτον, τί τὸ ἀναφαινόμενον ἡμῖν χρήσιμον ἐκ τῆς Ἀριστοτελικῆς φιλοσοφίας· πέμπτον, τίνα ἄγοντα ἐπὶ ταύτην ἕκτον, &c; desinunt autem: καὶ ὁ αὐτὸς λόγος τε καὶ ἡ τάξις ἄχρι τῶν δευτέρων ἀναλυτικῶν, τουτέστι τῶν ἀποδεικτικῶν. Incipit deinde ipsa *Categoriarum Expositio*, in *Capita centum quadraginta septem* divisa, hoc modo: Ἀριστοτέλους κατηγοριῶν τῶν δέκα πρώτη. Ὁμώνυμα λέγεται, &c. ΑΜΜΩΝΙΟΥ. Αἱ ψυχαὶ εἰ μὲν ἄνωθεν ἦσαν χωρὶς τοῦ σώματος τούτου, πάντα ἂν ἐγίνωσκον αὗται, ἑκάστη οἴκοθεν, μόνος ἑτέρου προσδεόμεναι· ἀλλ' ἐπειδὴ κατεληλύθασιν εἰς τὴν γένεσιν καὶ συνδέδενται τῷ σώματι, καὶ τῆς ἐξ αὐτοῦ ἀχλύος ἀναπιμπλάμεναι ἀμβλυώττουσι, καὶ οὐχ' οἷαι τέ εἰσι τὰ πράγματα γινώσκειν ὡς ἔχει φύσεως, διὰ τοῦτο τῆς ἀλλήλων ἐδεήθησαν κοινωνίας διακονούσης αὐταῖς τῆς φωνῆς εἰς τὸ διαπορθμεύειν ἀλλήλαις τὰ νοήματα. δηλοῦνται δὲ πάντα ἢ δι' ὀνομάτων, ἢ διὰ λόγων· &c. Si quis jam hoc Codicis manuscripti *Cæsarei* principium cum *Joannis Bernardi Feliciani* editione græcâ Venetâ anni 1545 in octavo contulerit, tantam inveniet discrepantiam, ut ad eam sufficienter indicandam, integra prorsus novâ editione opus sit. In jam memoratâ enim *Feliciani* editione *Annotationes Ammonij* & *Joannis Philoponi* sine ullo discrimine confunduntur; in Codice autem hoc manuscripto *Cæsareo* distinctè indicatur, quænam sint *Ammonij*, quænam autem *Joannis Philoponi*;

quippe

quippe qui non ſolùm *Scholia ex Ammonij ore à ſe excepta* literis mandavit verùm etiam ijſdem addidit ἰδίας ἐπιςάσεις, ſive, *proprias ſuas Conſiderationes* ſeu *Contemplationes*, ut ſuprà pag. 60 videre eſt. Auxit quoque *Ammonij* illa & *Joannis Philoponi* in Categorias Ariſtotelis Commentaria *Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus* ſuâ *Synopſi* earundem *Categoriarum*, quæ in eodem hoc præſtantiſſimo Codice manuſcripto Cæſareo *Ammonij* & *Joannis Philoponi* Expoſitionibus intermixta exſtat, & folij vigeſimi quinti paginâ primâ inſcribitur atque incipit his verbis: Κατηγοριῶν σύνοψις ΦΩΤΙ'ΟΥ ἤδε. Τῶν ὄντων καὶ τὴν πρὸς ἄλληλα σχέσιν, τὰ μὲν εἰσιν ὁμώνυμα, τὰ δὲ &c. Vide etiam ibidem fol. 45 pag. 2, ubi expreſſè legitur: Περὶ τοῦ ποσοῦ ΦΩΤΙ'ΟΥ Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως. Ποσόν ἐστι κατηγορία, καθ' ἣν ἕκαστον τῶν ὄντων &c. Item fol. 55 pag. 2: ΦΩΤΙ'ΟΥ περὶ τοῦ πρός τι. Πρός τι ἐστὶ κατηγορία, &c. Quod quidem propterea inprimis notandum eſt, quia hujus *Synopſeos Photij in Categorias Ariſtotelis* in R.P. *Philippi Labbei* S.I. Catalogo Græcorum Ariſtotelis Interpretum nulla fit mentio.

Secundò, & quidem à fol. 103 pag. 2 uſque ad fol. 276 pag. 2, *Ammonij, filij Hermiæ, Commentarius in Ariſtotelis Librum de Interpretatione, in Capita ſexaginta & unum diviſus*, cujus Prooemium inſcribitur atque incipit hoc modo: 'ΑΜΜΩΝΙ'ΟΥ τοῦ 'Ερμείου 'Υπόμνημα εἰς τὸ περὶ ἑρμηνείας 'Αριστοτέλους. Πολὺ μὲν ἐν σοφοῖσι καὶ οὐκ ἀνώνυμον τὸ περὶ ἑρμηνείας τοῦ 'Αριστοτέλους βιβλίον, τοῦ τε πυκνότητος ἕνεκα &c. In margine autem adſcriptum ibidem eſt hoc anonymi cujuſdam Autoris Scholion: Ἕλλην ἦν ὁ παρὼν 'ΑΜΜΩΝΙ'ΟΣ, ὡς δηλοῖ ἡ αὐτοῦ ἐξήγησις· οὗτος γὰρ ἀστέρας καὶ τὸν ἥλιον Θεοὺς ὀνομάζει. Hoc eſt: *AMMONIVS hic erat ethnicus ſive gentilis, ut apparet ex ipſâ hâc ejus Expoſitione, utpote in quâ Stellas & Solem appellat Deos.* Ipſa porrò verborum *Ariſtotelis* Explanatio incipit fol. 123 pag. 2 his verbis: Κείμενον. Πρῶτον δεῖ θέσθαι, τί ὄνομα καὶ τί ῥῆμα] Πρόκειται μὲν, ὡς ἐλέγομεν, τῷ 'Αριστοτέλει παραδοῦναι ἡμῖν τὴν διδασκαλίαν τοῦ ἀποφαντικοῦ λόγου &c. Edidit quidem hunc Commentarium *græcè Aldus Manutius* Venetijs A. 1503 in folio; item *Joannes Bernardus Felicianus græcè* Venetijs typis Nicolinianis A. 1545 in octavo, & *Bartholomæus Sylvanius Salonenſis latinè* Venetijs apud Joannem Gryphium A. 1549 in octavo: ſed omnes illæ editiones beneficio hujus Codicis manuſcripti *Cæſarei* valdè poſſunt meliorari.

Cæterùm quàm maximè notandum eſt; jam memorato *Ammonij* Commentario in eodem Codice manuſcripto intermixtam eſſe *Leonis Magenteni* vel (1) *Magentini, Metropolitæ Mitylenenſis, Expoſitionem* in eundem *Ariſtotelis de Interpretatione Librum*, quæ ibi fol. 108 pag. 1 inſcribitur atque incipit his verbis: Ἐξήγησις τοῦ πανιερωτάτου Μητροπολίτου Μιτυλήνης τοῦ ΜΑΓΕΝΤΗΝΟΥ εἰς τὸ περὶ ἑρμηνείας. Ἀρχομένους τοῦ προκειμένου συγγράμματος, οὐκ εἰς ἀνοδίας ἑαυτοῦ ἐμβάλλειν ἔχειν, ἀλλ' εὐθὺς αὐτὸ τὸ πρόδασμα &c. Edidit hanc quoque *Magentini* Expoſitionem *Aldus Manutius græcè* Venetijs cum ſuprà memorato *Ammonij* Commentario, ita tamen, ut eidem non intermixta, ſed ſeparatim ſubjuncta ſit.

(1) *Magentini*. Ita enim appellatur in Commentario in Ariſtotelis Analytica priora, cum Joanne Philopono *græcè edito à* Victore Trincavello *Venetijs typis Bartholomæi Zanetti* a. 1536 *in folio*.

(2) *Fuit is olim inter Codices MSctos Philoſophicos & Philologicos Græcos* decimus ſextus.

XXX.

Trigeſimus (2) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *folio*, conſtátque folijs *trecentis quadraginta uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 22 pag. 1, *Ariſtotelis Liber* περὶ ἑρμηνείας ſive *de Interpretatione cum anonymi cujuſdam antiqui Autoris Scholijs græcis marginalibus & interlinearibus*.

Secundò, & quidem à fol. 23 pag. 1 uſque ad fol. 176 pag. 2, *Ariſtotelis Liber primus Analyticorum priorum*: Περὶ φύσεως συλλογισμῶν Ἀριστοτέλους Ἀναλυτικῶν προτέρων τμῆμα πρῶτον. Πρῶτον εἰπεῖν περὶ τί, καὶ τίνος ἡ σκέψις &c; *cum Commentario Joannis Philoponi*, cujus principium: Πρῶτον εἰπεῖν] Κατὰ τὸ Ἀττικὸν ἔθος τὸ χρὴ παρέλειψε· τοῦ γὰρ χρὴ καὶ δεῖ πρὸς τὰ ἀπαρέμφατα συντασσομένου &c. Plura de hoc Commentario vide ſuprà in recenſione Codicis XXVti, num. 5, ubi is exſtat cum *Proœmio*, quod in præſenti Codice XXXmo deeſt.

Tertiò, & quidem à fol. 177 pag. 1 uſque ad fol. 224 pag. 1, *Ariſtotelis Libri duo Analyticorum poſteriorum*, quorum *primus* incipit: Πᾶσα διδασκαλία &c; ſecundus autem, Τὰ ζητούμενά ἐστιν ἴσα &c.

Quartò, & quidem à fol. 224 pag. 1 uſque ad fol. 266 pag. 1, *Ariſtotelis Topicorum Libri ſex priores*, quorum *primus* incipit: Ἡ μὲν πρόθεσις τῆς πραγματείας &c.

Quintò, & quidem à fol. 267 pag. 1 uſque ad fol. 294 pag. 2, *Ariſtotelis Analyticorum priorum Liber ſecundus*: Ἀναλυτικῶν πρώτων

των βιβλίον δεύτερον. Ἐν πόσοις μὲν ἓν σχήμασι &c; *cum Anonymi cujusdam Annotationibus græcis marginalibus & interlinearibus.*

Sextò, & quidem à fol. 295 pag. 1 usque ad fol. 317 pag. 1, *Joannis Philoponi Scholia in Aristotelis Analyticorum priorum Librum secundum*, quorum titulus & principium: Ἰωάννου Σχολαστικοῦ Ἀλεξανδρέως Σχόλια εἰς τὸν δεύτερον τῶν προτέρων ἀναλυτικῶν Ἀριστοτέλους. Ἐν πόσοις μὲν ἓν σχήμασι] Σκοπὸς τῆς προκειμένης πραγματείας κατὰ μὲν Ἀλέξανδρον οὗτος, εἰπεῖν τὰ ὑπόλοιπα τοῦ πρώτου λόγου· ποῖα δὲ &c. Edidit hæc *Scholia græcè Victor Trincavellus* Venetijs A. 1536 typis Bartholomæi Zannetti in folio.

Septimò, & quidem à fol. 318 pag. 1 usque ad fol. 341 pag. 1, *Themistij Paraphrasis duorum Librorum Analyticorum posteriorum Aristotelis, in duas Partes divisa*; quarum *prima* in Librum primum inscribitur atque incipit hoc modo: Θεμιστίου παράφρασις Ἀναλυτικῶν ὑστέρων. Ἐμοὶ συντάττεσθαι μὲν ἐξηγήσεις τῶν Ἀριστοτελικῶν βιβλίων μετὰ τοσούτους τε καὶ τοιούτους, &c; *secunda* autem in Librum secundum: Ἔπεται δὲ εὐθὺς ἐπισκέψασθαι τὰς τῶν ζητουμένων διαφορὰς· αἱ δ' αὗται &c.

XXXI.

Trigesimus primus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque folijs *ducentis septuaginta uno*, & primùm quidem pertinuit ad *Mathusalam, Monachum Sancti Montis Sinai*, qui illum suâ manu scripsit, posteà autem ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, comparatus est *Constantinopoli*. Continentur eò hæc:

Primò, & quidem à fol 1 pag. 1 usque ad fol. 43 pag. 1, *Aristotelis Libri duo Analyticorum posteriorum, cum Anonymi cujusdam Annotationibus græcis marginalibus & interlinearibus.*

Secundò, & quidem à fol. 44 pag. 1 usque ad fol. 88 pag. 1, *Themistij Paraphrasis duorum Librorum Analyticorum posteriorum Aristotelis*; de quâ vide plura in recensione proximè præcedentis Codicis XXXmi, num. 7.

Tertiò, & quidem à fol. 89 pag. 1 usque ad fol. 271 pag. 1, *Joannis Philoponi in Aristotelis Libros duos Analyticorum posteriorum* (2) *Scholicæ Annotationes ex frequentationibus seu colloquijs Ammonij, filij Hermiæ, cum quibusdam proprijs considerationibus.* Ipsa tituli græci verba cum principio *Annotationum* sunt hæc: Ἰωάννου Φιλοπόνου τοῦ Ἀλεξανδρέως σχολικαὶ ἀποσημειώσεις ἐκ τῶν συνουσιῶν Ἀμμωνίου

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* ducentesim' quinquagesimus tertius.

(2) *Sic apud* AulumGellium *Noct. Atticar. lib.* 4 *cap.* 1 *legitur* Scholica nugalia. *Vide etiam suprà pag.* 59, 60 & 65.

νίου τοῦ Ἑρμείου μετά τινων ἰδίων ἐπιστάσεων εἰς τὸ πρῶτον τῶν ὑστέρων ἀναλυτικῶν Ἀριστοτέλους. Πᾶσα διδασκαλία] Τοῦτο τὸ βιβλίον, λέγω δὴ ὁ περὶ ἀποδείξεως λόγος, ἔστι τέλος τῆς λογικῆς πραγματείας. τὰ γὰρ ἄλλα &c. Edidit has Annotationes *græcè* Aldus Manutius Venetijs A. 1534 in folio.

XXXII.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* octogesimus primus.

Trigesimus secundus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *folio*, constâtque folijs *centum & quinque*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 36 pag. 1, *Alexandri Aphrodisiensis Annotationes in Aristotelis Librum de Sophisticis Elenchis*; quarum titulus & principium: Ἀλεξάνδρου Ἀφροδισιέως ἀποσημειώσεις εἰς τοὺς σοφιστικοὺς ἐλέγχους. Διδάξας περὶ τοῦ ἀποδεικτικοῦ καὶ διδασκαλικοῦ συλλογισμοῦ ὁ Ἀριστοτέλης, νῦν ἥκει διδάξων &c. Plura de eo vide (2) suprà in recensione Codicis XXVIIIvi, num. 3.

(2) *Vide suprà pag. 65.*

Secundò, & quidem à fol. 37 pag. 1 usque ad fol. 105 pag. 2, *Nemesij*, vel, ut vulgò creditur, *Emesæ in Phoeniciâ*, vel, ut in Codice hoc manuscripto *Cæsareo* traditur, (3) *Cyreneæ, Vrbis Insulæ Cypri, Episcopi, Liber de Naturâ hominis* in *Capita triginta octo* divisus; cujus titulus & principium: ΝΕΜΕΣΙΟΥ, Ἐπισκόπου, ὥς τινες φασὶ, ΚΥΡΗΝΕΙΑΣ, περὶ φύσεως ἀνθρώπου κεφαλαιώδης λόγος α΄. Τὸν ἄνθρωπον ἐκ ψυχῆς νοερᾶς καὶ σώματος ἄριστα κατεσκευασμένον, &c; finis autem: διὰ γὰρ πλεονεξίαν, οὐχὶ διὰ τὸ συμφέρειν ἐκείνοις ἀφείλοντο. Plura de hoc *Nemesij* Opusculo vide Libri *quarti* horum Commentariorum pag. 182 in recensione Codicis manuscripti Theologici Græci CLXXVI, num. 4.

(3) *Vide* Abrahami Ortelij *Thesaurum Geographicum sub voce* Cyreneæ.

XXXIII.

(4) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* sexagesimus nonus.

Trigesimus tertius (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constâtque folijs *ducentis duodecim*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continetur eo *Georgij Pachymeris, Protecdici Magnæ Ecclesiæ & Dicæophylacis Aulæ Constantinopolitanæ*, qui sub *Imp. Michaele Palæologo*, ejusque filio *Imp. Andronico Seniore* ac pronepote *Imp. Andronico Juniore* floruit, & circa annum Christi 1340 obijt, *Expositio totius Organi Aristotelis*, sive, *omnium ejus Librorum ad Logicam pertinentium*: nempe *in Isagogen Porphyrij de quinque Vocibus*, & in ipsius *Aristotelis Categorias, Librum de Interpretatione, Analytica priora & posteriora, Topica*, & *Sophisticos Elen-*



Imago hæc Imperatoris Constantinopolitani ANDRONICI PALÆOLOGI *Senioris pertinet ad Libri septimi Commentariorum de Augustissimā Bibliotheca Cæsareā Vindobonensi paginam 71.* (* * *)







Imago hæc Imperatoris Conſtantinopolitani MICHAELIS PALÆOLOGI
*Senioris pertinet ad Libri ſeptimi Commentariorum de Auguſtiſſimâ Biblio,
thecâ Cæſareâ Vindobonenſi paginam 71.* (**) .



Imago hæc GEORGII PACHYMERIS, *Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ Protecdici, pertinet ad Libri septimi Commentariorum de Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ Vindobonensi paginam 71.* (*) .

Elenchos. Ipsa tituli græci verba, cùm principio Expositionis in *Isagogen Porphyrij*, sunt hæc: Τοῦ σοφωτάτου Πρωτεκδίκου τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας, καὶ Δικαιοφύλακος ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΧΥΜΕΡΟΥΣ Ἐξήγησις λίαν λαμπρὰ εἰς ὅλον τὸ Ὄργανον. Φιλοσοφία ἐστὶν, ἐξ ὑποκειμένου μὲν περιεστηκότος λαμβανομένου τοῦ ὁρισμοῦ, γνῶσις ὄντων, ᾗ ὄντα ἐστίν· ἐξ ὑποκειμένου δὲ πόρρω, γνῶσις θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων· ἐκ τέλους, πόρρω μὲν, &c. Εἰσαγωγὴ δὲ ἐπιγράφεται τὸ βιβλίον μόνον κατ' ἐξοχὴν, &c. Diversam autem est hoc Opus ab ejusdem *Pachymeris Epitome universæ Philosophiæ Aristotelis*; cujus principium: Γεννᾶται παρ' Ἡσιόδῳ καὶ Ἶρις τῷ Θαύμαντι &c; ut suo deinceps loco, cùm ad eum Codicem manuscriptũ *Cæsareum*, quo jam memorata *Epitome* continetur, pervenero, accuratiùs indicabitur. Cæterùm si quis de *Georgij Pachymeris* Vitâ & Scriptis plura scire desideret, is consulat *Leonis Allatij* Diatribam de Georgijs, & R. P. *Petri Possini* S. I. Notas in Historiam Pachymerianam Imperij Michaelis Palæologi. Vt insuper quoque appareat, qualis non solùm (1) *Protecdici Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ*, verùm etiam *ultimorum Imperatorum Constantinopolitanorum ex Familiâ Palæologâ* olim fuerit habitus, exhibeo hîc è regione æri incisam veram ipsius *Georgij Pachymeris Imaginem*, unà cum *duabus Imaginibus Imperatorum Michaelis Palæologi Senioris* & (2) *Andronici Palæologi Senioris*, sub quibus ille floruit.

XXXIV.

Trigesimus quartus (3) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *membranaceus* pervetustus & optimæ notæ in *folio*, constátque folijs *ducentis & uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1. pag. 1 usque ad fol. 55 pag. 2, *Aristotelis* φυσικῆς ἀκροάσεως, ἢ, περὶ φυσικῶν ἀρχῶν, hoc est, *Naturalis auscultationis, seu, de Naturalibus principijs, Libro octo*, quorum *primus* incipit his verbis: Ἐπειδὴ τὸ εἰδέναι καὶ τὸ ἐπίστασθαι συμβαίνει &c.

Secundò,

(1) Protecdicus, *secundùm* Joañem Meursium *in Glossario Græco-barbaro, suscipiebat captivos de Clero in causis criminalibus, & de ijs judicabat, providebátque, ne quis ijs injuriã faceret. Plura de eodem vide apud* R. P. Jacobum Gretserum *S. I. &* R. P. Jacobum Goar *in Observationibus & Notis ad* Georgij Codini *Librum de Officijs Magnæ Ecclesiæ & Aulæ Constantinopolitanæ.* (2) Hieronymus Wolfius *in græco-latinâ suâ Historiæ Byzantinæ* Nicephori Gregoræ *editione, Basileæ typis Joan. Oporini A.* 1562 *in folio impressâ, ubi easdé tres Imagines exhibet, verisimilitèr conjectat,* Imp. Andronici Palæologi Senioris Imagini unám *tantùm appictam esse* Aquilam, *quòd* Asiæ *Imperium totum amiserit, ipsâ* Constantinopoli *vix defensâ; quam tandem nepos*, Imp. Andronicus Secundus *sive* Junior, *ei eripuit, & miserum senem monachum fieri coegit.* (3) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* octavus.

Secundò, & quidem à fol. 56 pag. 1 usque ad fol. 86 pag. 1, *Aristotelis* περὶ Οὐρανοῦ, sive, *de Cœlo Libri quatuor*, quorum *primus* incipit his verbis: Ἡ περὶ φύσεως ἐπιστήμη &c.

Tertiò, & quidem à fol. 86 pag. 2 usque ad fol. 102 pag. 1, *Aristotelis* περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, sive, *de Generatione & Corruptione Libri duo*, quorum *primus* incipit his verbis: Περὶ δὲ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῶν φύσει γινομένων καὶ φθειρομένων &c.

Quartò, & quidem à fol. 102 pag. 2 usque ad fol. 134 pag. 1, *Aristotelis* Μετεωρολογικῶν sive *Metorologicorum Libri quatuor*, quorum *primus* incipit: Περὶ μὲν οὖν τῶν πρώτων αἰτίων τῆς φύσεως &c.

Quintò, & quidem à fol. 134 pag. 2 usque ad fol. 137 pag. 2, *Theophrasti Eresij*, (1) *discipuli & successoris Aristotelis, Metaphysica*, quorum titulus & principium: Θεοφράστου (2) τὰ μετὰ τὰ φυσικά. (3) Πῶς ἀφορίσαι δεῖ, καὶ ποίοις τὴν ὑπὲρ τῶν πρώτων θεωρίαν. ἡ γὰρ δὴ τῆς φύσεως (4) πολυχουστέρα &c; finis autem, καὶ πῶς ἔχει πρὸς ἄλληλα. Exstant hæc *Theophrasti Metaphysica græcè* in *Friderici Sylburgij* editione græcâ Operum *Aristotelis* Francofurtensi Wechelianâ A. 1587 in quarto, & quidem Tomo antepenultimo à pag. 252 usque ad pag. 262. In fine autem eorum legitur ibidem hæc antiqua græca subscriptio: Τοῦτο τὸ βιβλίον Ἀνδρόνικος μὲν καὶ Ἕρμιππος ἀγνοοῦσιν· οὐδὲ γὰρ μνείαν αὐτοῦ ὅλως πεποίηνται ἐν τῇ ἀναγραφῇ τῶν Θεοφράστου βιβλίων. (5) Νικόλαος δὲ ἐν τῇ θεωρίᾳ τῶν Ἀριστοτέλους μετὰ τὰ φυσικὰ μνημονεύει αὐτοῦ, λέγων εἶναι ΘΕΟΦΡΑ'ΣΤΟΥ. εἰσὶ δὲ ἐν αὐτῷ προδιαπορήσεις τινὲς ὀλίγαι τῆς ὅλης πραγματείας. Hoc est: *Hunc Librum Andronicus & Hermippus ignorant; utpote cujus nullam fecerunt mentionem in Catalogo Librorum Theophrasti. Nicolaus autem in Contemplatione suâ Metaphysicorum Aristotelis ejusdem meminit, dicens esse THEOPHRASTI.* Eadem subscriptio forsan quoque in præstantissimo hoc Codice manuscripto *Cæsareo* exstitit; nam ob defectum unius vetusti folij finis istius Libri recentiori manu adscriptus est.

Sextò, & quidem à fol. 138 pag. 1 usque ad fol. 201 pag. 2, *Aristotelis Metaphysicorum Libri quatuordecim*, quorum *primus*, literâ A notatus, incipit his verbis: Ἡ περὶ τῆς ἀληθείας θεωρία &c. *decimus quartus* autem sive *ultimus*, notatus literâ N, desinit: μηδὲ ταύτας εἶναι τὰς ἀρχάς. Vide suprà citatam Operum *Aristotelis* editionem græcam.

(1) *Vide Vitam illius apud* Diogenem Laertium *libro quinto.*

(2) *In* Sylburgianâ *editione legitur,* τῶν μετὰ τὰ φυσικά, *ita ut subintelligatur* Βιβλίον *sive* Liber, *seu potiùs* Ἀπόσπασμα *sive* Fragmentū.

(3) *In Sylburgianâ editione legitur* Ὡς.

(4) *In Sylburgianâ editione legitur* πολυχωδιστέρα.

(5) *Videtur hic intelligendus esse* Nicolaus Damascenus, *qui, teste* Suidâ, Herodi *Judæorum Regi &* Imp. Augusto *familiaris, Philosophus fuit Peripateticus, &* Aristotelis *maximus æmulator.*

græcam *Sylburgianam* Tomo antepenultimo, ut & editionem græco-latinam Isaaci Casauboni, ubi ijdem Metaphysicorum Libri eodem exstant ordine, & ijsdem literis græcis loco numerorum notati; in editione autem græco-latinâ *Guillelmi Du-Vallij* ordo *posteriorum quatuor* Librorum immutatus est; ita nempe, ut ex *decimo tertio* factus sit *undecimus*, ex *decimo quarto duodecimus*, ex *undecimo decimus tertius*, & ex *duodecimo decimus quartus*: de cujus mutationis rationibus ipse *Du-Vallius* consulendus est in *Synopsi Analyticâ Doctrinæ Peripateticæ*.

XXXV.

Trigesimus quintus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *membranaceus* elegantissimus in *folio*, constátque folijs *centum quinquaginta*, & primùm quidem ad Illustrissimum *Andream Matthæum, Ducem Adriæ*, cujus *Insignia gentilitia* in principio exstant, posteà autem ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(1) *Fuit hic olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos tertius.*

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 71 pag. 2, *Aristotelis Naturalis Auscultationis*, sive, *Physicorum Libri octo*.

Secundò, & quidem à fol. 72 pag. 1 usque ad fol. 91 pag. 2, *Aristotelis de Generatione & Corruptione Libri duo*.

Tertiò, & quidem à fol. 92 pag. 1 usque ad fol. 122 pag. 2, *Aristotelis de Cœlo Libri tres priores*; quorum *tertius* caret fine: *quartus* autem omninò deest.

Quartò, & quidem à fol. 123 pag. 1 usque ad fol. 150 pag. 2, *Aristotelis Libri tres de Animâ*, quorum *primus* incipit his verbis: Τῶν καλῶν καὶ τιμίων τὴν εἴδησιν ὑπολαμβάνοντες &c; *tertius* autem sive ultimus desinit: γλῶτταν δὲ, ὅπως σημαίνῃ τι ἑτέρῳ. Sequitur deinde subscriptio græca, quâ breviter indicatur, ubi, à quo, & quando Codex hic scriptus sit, eáque est talis: Ἐγράφησαν τὰ Φυσικὰ, καὶ τὸ περὶ ψυχῆς, καὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, καὶ οὐρανοῦ τοῦ Ἀριστοτέλους ἐν τῇ Ἀπρουτείᾳ χώρᾳ διὰ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ Παπὰ Ῥομβέρτου Μαϊοράνου ἐκ κώμης Μιληπινιάνης ἔτει ζγ', ἀπὸ δὲ σαρκώσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔτους τρέχοντος ,α (2) ȣ ϟ ς'. Hoc est: *Scripta sunt hæc Aristotelis Physica, & Liber de Animâ, & Libri de Generatione atque Corruptione, & de Cœlo, in* (3) *Aprutiâ Italiæ regione, manu peccatoris,* (4) *Papæ Romberti Majorani, ex Vico Milepiniano, anno à creatione Mundi 7003, ab Incarnatione autem Domini nostri Jesu Christi 1496.* Cæterùm, quandoquidem Codicem hunc suprà appellavi elegan-

(2) *Hîc* ȣ *perperàm usurpatur pro* υ.

(3) *Vulgò Abruzzo.*

(4) *Nomine Papæ significatur hîc simpliciter* Sacerdos. *Quâ de re vide plura in* Dominici Magri *Notitiâ Vocabulorum Ecclesiasticorum.*

elegantissimum, superest, ut porrò addam, illud non tàm intelligendum esse de externâ compacturâ, quæ magnifica profectò ac Regia est, quàm de pulcherrimis *Miniaturis inauratis*, quibus singulorum Librorum frontispicia mirificè exornata sunt. Sic enim, ut reliqua longè plura spectatu digna silentio præteream, folij primi paginâ primâ, præter *Imp. Augusti Numisma aureum inter duos* (1) *Capricornos*, sidus videlicet ipsius genethliacum, & præter Figuras duas muliebres, *Pacem cum Palmâ* & *Sapientiam cum Libro* repræsentantes, *Imago* quoque exhibetur (2) *Naturæ*, tanquam communis Matris, toto corpore nudæ, & *mammis lacte plenis* totum terrarum Orbem, quem gremio suo fovet, irrigantis atque alentis; ut ex apographo æri inciso, è regione hujus paginæ collocato, videre est.

XXXVI.

Trigesimus sextus (3) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *membranaceus* antiquus, elegans, & bonæ notæ in *quarto*, aureis literis passim exornatus, constátque folijs *centum viginti*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur olim pertinuit. Continentur eo *Aristotelis Naturalis Auscultationis*, sive, *Physicorum Libri octo*; quorum suprà jam aliquoties mentio facta est.

XXXVII.

Trigesimus septimus (4) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus*, elegans & bonæ notæ in *folio*, literis aureis passim exornatus, constátque folijs *ducentis viginti novem*, & primum quidem ad *Guarinum Veronensem*, posteà autem ad *Joannem Sambucum*, ut ambo propriæ manûs inscriptione testantur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 82 pag. 1, *Aristotelis Naturalis Auscultationis*, sive, *Physicorum Libri octo*, cum præfixâ anonymi cujusdam antiqui Autoris *Tabulâ Divisionum Physicarum*, quæ inscribitur, Διαίρεσις τῶν φυσικῶν πραγμάτων, & *Præfatione de varijs Philosophorum veterum Græcorum Opinionibus Physicis*, cujus titulus & principium: Δόξαι παλαιῶν. Τῶν Φυσικῶν οἱ μὲν μίαν ἀρχὴν λέγουσιν, οἱ δὲ πλείους· καὶ τῶν μίαν λεγόντων, οἱ μὲν &c. Præterea etiam ab eodem vel alio quodam anonymo Autore in margine *antiqua Scholia græca* adjecta sunt; quibus insuper accedunt *Guarini Veronensis Annotationes* itidem *marginales*, partim *græcæ*, partim *latinæ*, propriâ ipsius manu scriptæ; ut etiam deinceps in reliquo toto Codice singulis paginis videre est.

(1) *Vide antiquam* Achaten Cimeliarchij Cæsarei, *quæ Lib. II horũ Commentar. inter pag.* 1000 *&* 1001 *inserta est.*

(2) *Vide* Cæsaris Ripæ *Perusini Iconologiam pag.* 351.

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* quadragesimus septimus.

(4) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* trigesimus quintus.

Secundò,

Tabula hæc pertinet ad Libri ſeptimi Commentariorum de Auguſtiſſi,
mâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi paginam 74.

Secundò, & quidem à fol. 83 pag. 1 usque ad fol. 111 pag. 1, *Aristotelis Libri tres de Animâ*, ut suprà in Codice XXXVIto, num. 43 atque insuper *cum Annotationibus marginalibus Guarini Veronensis.*

Tertiò, & quidem à fol. 112 pag. 1 usque ad fol. 153 pag. 2, *Aristotelis de Cœlo Libri quatuor, cum Annotationibus marginalibus Guarini Veronensis.*

Quartò, & quidem à fol. 154 pag. 1 usque ad fol. 176 pag. 1, *Aristotelis de Generatione & Corruptione Libri duo; cum Annotationibus marginalibus Guarini Veronensis.*

Quintò, & quidem à fol. 177 pag. 1 usque ad fol. 323 pag. 1, *Aristotelis Meteorologicorum Libri quatuor; cum Annotationibus marginalibus Guarini Veronensis*; ibidemque in fine subscriptum est, Codicem hunc exaratum esse A.C.1446 à quodam *Demetrio Cycandylâ*. Ipsa subscriptionis verba græca sunt hæc: Δημήτριος ὁ Κυκανδύλης ἔγραψε.

Sextò, & quidem à fol. 224 pag. 1 usque ad fol. 227 pag. 1, *Aristotelis Liber* περὶ μνήμης καὶ ἀναμνήσεως, sive, *de Memoriâ & Reminiscentiâ*, cujus principium: Τῶν δὲ λοιπῶν πρῶτον σκεπτέον περὶ μνήμης καὶ τοῦ μνημονεύειν, τί ἐστι καὶ διὰ τίνας αἰτίας γίνεται, καὶ &c.

Septimò, & quidem à fol. 227 pag. 2 usque ad fol. 229 pag. 2, *Aristotelis Liber* περὶ μακροβιότητος καὶ βραχυβιότητος, sive, *de Longitudine & Brevitate vitæ*, cujus principium: Περὶ δὲ τοῦ τὰ μὲν εἶναι μακρόβια τῶν ζώων, τὰ δὲ βραχύβια, &c.

Cæterùm, si quis de doctissimo celeberrimóque Viro, *Guarino Veronensi*, primo præstantissimi hujus Codicis manuscripti *Cæsarei* possessore, qui A. C. 1460 d. 4 Decembris Ferrariæ obijt, plura scire desideret, is consulat *Pauli Jovij* Elogia doctorum Virorum, publicatis ingenij monumentis illustrium, & *Gerardi Joannis Vossij* Opus de Historicis Latinis lib. 3 cap. 7.

XXXVIII.

Trigesimus octavus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus, elegans & bonæ notæ in *folio*, constátque folijs *quadringentis nonaginta quatuor*, & primum quidem ad *Esaiam Hieromonachum* & (2) *Pneumaticum Cyprium*, posteà autem ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit, à quo, ut ipse propriâ manu testatur, A. C. 1555 Venetijs emptus est. Continentur eo hæc:

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* trigesimus sextus.

 Primò,

(2) Πνευματικὸς, *subaudito* πατὴρ, *hoc est*, Spiritualis Pater, *à Græcis recentioribus appellatur, qui vulgò latinè dicitur* Confessarius. *Quâ de re vide plura apud* Joannem Meursium *in Glossario Græco-barbaro.*

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 78 pag. 2, *Aristotelis Naturalis Auscultationis*, sive, *Physicorum Libri octo, cum anonymi cujusdam Autoris antiqui Scholijs græcis marginalibus*. Præfixus est hisce octo Physicorum Libris *antiquus Græcus Catalogus* omnium toto illo Codice contentorum Tractatuum, cum hâc æquè antiquâ subscriptione: Κτῆμα Ἡσαΐου Ἱερομονάχου καὶ Πνευματικοῦ τοῦ Κυπρίου. Hoc est ad verbum: *Possessio Esaiæ Hieromonachi & Pneumatici Cyprij*. Quòd enim præstantissimus hic *Codex* jam memorati *Esaiæ sumptibus Romæ in Italiâ A. C. 1457, Indictione quintâ, die 25 mensis Martij, Pontificatûs Calixti Tertij anno secundo, cùm eodem tempore Patriarcha Constantinopolitanus esset Gregorius, à Joanne Presbytero Cretensi scriptus & absolutus sit*, clarè & expressè ibidem indicatur folij 439 pag. 2 & fol. 440 pag. 1 his verbis: Ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον ἐν ἔτει ἀπὸ Χριστοῦ ,α υ ν ζ, Ἰνδικτιῶνος πέμπτης, μηνὸς Μαρτίου κε΄, τῆς ἀρχιερωσύνης τοῦ μακαριωτάτου Κυρίου ἡμῶν, Κυρίου Καλλίστου Πάπα γ΄ ἔτει β΄, ἀρχιερατεύοντος καὶ τοῦ παναγιωτάτου ἡμῶν αὐθέντου καὶ δεσπότου, Κυρίου Γρηγορίου, Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ οἰκουμενικοῦ, ἐν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ, ὑπὸ συνδρομῆς καὶ ἐξόδου Ἡσαΐου Ἱερομονάχου καὶ Πνευματικοῦ πατρὸς τοῦ Κυπρίου. Ἰωάννης πρεσβύτερος ὁ ἀπὸ τῆς Κρήτης. Exstat prætereà in fine ejusdem suprà memorati *Catalogi*, nempe folij secundi, quod quidem membranaceum est, paginâ secundâ, *Imago Aristotelis, Physicorum Libros scribentis*, ita ut ea fideliter delineata, æri incisa, & è regione hujus paginæ collata cernitur.

Secundò, & quidem à fol. 79 pag. 1 usque ad fol. 132 pag. 2, *Aristotelis Libri quatuor de Cælo*.

Tertiò, & quidem à fol. 133 pag. 1 usque ad fol. 155 pag. 1, *Aristotelis Libri duo de Generatione & Corruptione*.

Quartò, & quidem à fol. 155 pag. 1 usque ad fol. 166 pag. 2, *Aristotelis Liber* περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν, sive, *de Sensu & sensibilibus*, cujus principium: Ἐπεὶ δὲ περὶ ψυχῆς καθ᾽ αὐτὴν διώρισται πρότερον, &c.

Quintò, & quidem à fol. 166 pag. 2 usque ad fol. 174 pag. 2, *Aristotelis Liber de Memoriâ & Reminiscentiâ*.

Sextò, & quidem à fol. 174 pag. 2 usque ad fol. 178 pag. 2, *Aristotelis Liber* περὶ ἐνυπνίων, sive, *de Insomnijs*, cujus principium: Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ ἐνυπνίων ζητητέον &c.

Septimò,

ἈΡΙΣΤΟΤΈΛΗΣ



Septimò, & quidem à fol. 178 pag. 2 uſque ad fol. 180 pag. 2, *Ariſtotelis Liber* περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς, ſive, *de Divinatione per ſomnum*; cujus principium: Περὶ δὲ τῆς μαντικῆς τῆς ἐν τοῖς ὕπνοις γινομένης &c.

Octavò, & quidem à fol. 180 pag. 2 uſque ad fol. 186 pag. 2, *Ariſtotelis Liber* περὶ ζώων κινήσεως, ſive, *de Animalium motione*; cujus principium: Περὶ δὲ κινήσεως τῆς τῶν ζώων &c.

Nonò, & quidem à fol. 187 pag. 1 uſque ad fol. 189 pag. 2, *Ariſtotelis Liber de Longitudine & brevitate vitæ*; cujus jam ſuprà mentio facta eſt.

Decimò, & quidem à fol. 189 pag. 2 uſque ad fol. 201 pag. 2, *Ariſtotelis Liber* περὶ νεότητος καὶ γήρως, καὶ ζωῆς καὶ θανάτου, καὶ περὶ ἀναπνοῆς, ſive, *de Juventute & Senectute, Vitâ & Morte, & de Reſpiratione*; cujus principium: Περὶ δὲ νεότητος καὶ γήρως, &c.

Vndecimò, & quidem à fol. 202 pag. 1 uſque ad fol. 210 pag. 2, *Ariſtotelis Liber* περὶ χρωμάτων, ſive, *de Coloribus*; cujus principium: Ἁπλᾶ τῶν χρωμάτων ἐστὶν, ὅσα &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 211 pag. 1 uſque ad fol. 276 pag. 2, *Ariſtotelis Meteorologicorum Libri quatuor cum anonymi cujuſdam antiqui Autoris Scholijs græcis, marginalibus.*

Decimo tertiò, & quidem à fol. 277 pag. 1 uſque ad fol. 334 pag. 2, *Ariſtotelis Libri quatuor* περὶ ζώων μορίων, ſive, *de Partibus Animalium*, quorum *primus* incipit: Περὶ πᾶσαν θεωρίαν τε καὶ μέθοδον &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 335 pag. 1 uſque ad fol. 440 pag. 1 *Ariſtotelis Metaphyſicorum Libri quatuordecim*, quorum *primus* inſcribitur atque incipit his verbis: Ἀριστοτέλους τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ ἢ περὶ θεολογίας βιβλίον πρῶτον, ἤτοι ἄλφα μεῖζον. Πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει &c. Sequitur deinde: Ἀριστοτέλους τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ ἄλφα ἔλαττον. Ἡ περὶ τῆς ἀληθείας θεωρία &c. Plura de his *Metaphyſicorum* Libris vide ſuprà in Recenſione Codicis XXXIVti, num. 6.

Decimo quintò, & quidem à fol. 441 pag. 1 uſque ad fol. 487 pag. 2, *Manuelis Bryennij Harmonica*, ſeu, *Muſices Ptolemæi Libri tres cum Expoſitione Bryennij, & elegantiſſimis Diagrammatibus muſicis.* Ipſa tituli græci verba ſunt hæc: Μανουὴλ (1) Βρυεννίου Ἁρμονικῶν Βιβλίον

(1) Perperàm ibi ſcriptum eſt Βραννίου pro Βρυεννίου, ut rectè legitur paulo pòſt.

Βιβλίον πρῶτον. Μουσικὴ ΠΤΟΛΕΜΑΙ'ΟΥ μετὰ καὶ τῆς ἐξηγήσεως (1) ΒΡΥΕΝΝΙ'ΟΥ. Ἐπειδήπερ ὁ χρόνος καὶ τὴν ἁρμονικὴν ἐπιστήμην, καὶ ταύτην οὕτω φύσει καλὴν καὶ τιμίαν ὑπάρχουσαν, &c. Ijdem *tres Libri*, ut suo deinceps tempore & loco accuratiùs indicabitur; exstant etiam in alio quodam *Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ* Codice manuscripto, sed ibi, sine ullâ *Ptolemæi* mentione, simpliciter inscribuntur: Μανουὴλ Βρυεννίου Ἁρμονικῶν βιβλία γ΄· hoc est: *Manuelis Bryennij Harmonicorum Libri tres*; subjunguntúrque ibidem jam memoratis *tribus Bryennij Libris Commentaria Porphyrij in duos Ptolemæi Harmonicorum Libros*, à *Bryennij Harmonicis* omninò diversa. Cæterùm ipsa *Prænominis* diversitas satis per se indicat, *Manuelem* hunc *Bryennium* non esse confundendum cùm *Nicephoro Bryennio*, (2) *Annæ Comnenæ marito*, cujus *Libros quatuor Commentariorum de Rebus Byzantinis* R. P. *Petrus Possinus* S. I. in Corpore Historiæ Byzantinæ Parisino (3) græcè & latinè edidit, & non solùm ipse, verùm etiam Nobilissimus atque doctissimus Dominus *Carolus Du-Fresne* in eodem Corpore Historiæ Byzantinæ (4) eruditissimis Notis illustravit.

Decimo sextò, & quidem à fol. 488 pag. 1 usque fol. 494 pag. 1, *Timæi Locri*, Philosophi Pythagorei celeberrimi, *Liber de Animâ Mundi & Naturâ*; de quo vide plura (5) suprà in Recensione Codicis Vti, num. 3.

XXXIX.

Trigesimus nonus (6) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in folio, constátque folijs *centum triginta septem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo *Aristotelis Naturalis Auscultationis* sive *Physicorum Libri octo, de Cœlo Libri quatuor*, & *de Generatione atque Corruptione Libri duo*; quorum omnium suprà jam aliquoties mentio facta est.

XL.

Quadragesimus (7) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, principio & fine mutilus, constátque nunc folijs *centum viginti quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo *Aristotelis Physicorum Liber septimus & octavus, de Sensu & sensilibus Liber unus, & de Partibus animalium*.

(1) *Ita ibi rectè scriptum est; nempe* Βρυεννίου, *non autem, ut suprà perperàm*, Βεαννίου.

(2) *Vide Tabulam Genealogicam* Familiæ Comnenæ, *quæ Lib. V horum Commentariorum inter pag.* 170 *&* 171 *inserta est.*

(3) *Et quidem in eo Tomo, quo continentur* Procopij Cæsareensis Opera.

(4) *Et quidem in eo Tomo, quo continentur* Joannis Cinnami Historiarum Libri sex.

(5) *Vide suprà pag.* 9, 10.

(6) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* vigesimus septimus. (7) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* sexagesimus septimus.

um Libri quatuor, & περὶ ζώων γενέσεως, five, *de Generatione animalium Libri quatuor priores*, quorum *primus* incipit: Ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν ἄλλων μορίων &c.

XLI.

Quadragefimus primus (1) Codex manufcriptus *Philofophicus Græcus* eft *chartaceus* antiquus in *quarto*, principio & alijs quoque nonnullis locis mutilus, conftátque nunc folijs *fexaginta uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipfe folitâ propriæ manûs infcriptione teftatur, olim fuit comparatus *Conftantinopoli*. Continentur eo *Ariftotelis Libri Naturalis Aufcultationis* five *Phyficorum*, *Libri de Partibus animalium* & *Libri de Generatione animalium*; fed ferè omnes mutili & imperfecti.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philofophicos & Philologicos Græcos* centefimus decimus quartus.

XLII.

Quadragefimus fecundus (2) Codex manufcriptus *Philofophicus Græcus* eft *chartaceus* mediocriter antiquus, fed bonæ notæ in *folio*, conftátque folijs *quingentis quadraginta quatuor*, & primùm quidem pertinuit ad *Mathufalam, Monachum Sancti Montis Sinai*, qui illum totum fuâ manu ad proprium ufum fcripfit; poftea autem ab *Augerio Busbeckio*, ut ipfe folitâ propriæ manûs infcriptione teftatur, comparatus eft *Conftantinopoli*. Continentur eo hæc:

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Philofophicos & Philologicos Græcos* fexagefimus quintus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 ufque ad fol. 2 pag. 1, *Georgij Pachymeris Prolegomena in Ariftotelis Libros octo Naturalis Aufcultationis* five *Phyficorum*. Ipfa tituli græci verba cum principio funt hæc: Γεωργίου τοῦ Παχυμέρους, τίς ὁ σκοπὸς τοῦ παρόντος βιβλίου. Σκοπὸς τοῦ παρόντος βιβλίου ἐστὶ, ζητῆσαι περὶ τῶν ἀρχῶν τῶν ὄντων. &c.

Secundò, & quidem à fol. 3 pag. 1 ufque ad fol. 11 pag. 1, *Simplicij Prolegomena in Ariftotelis Libros octo Naturalis Aufcultationis* five *Phyficorum*; quorum titulus & principium: Θεμιστίου Προλεγόμενα εἰς τὴν φυσικὴν Ἀριστοτέλους ἀκρόασιν. Τὸν σκοπὸν τῆς Ἀριστοτέλους φυσικῆς ἀκροάσεως μαθεῖν ἐστι ῥᾳδίως, εἰ τῆς κατ' αὐτὸν διαιρέσεως τοῦ φυσικοῦ μέρους τῆς φιλοσοφίας ἐπιμνησθείημεν· &c. Vide *Commentariorum Simplicij in Ariftotelis octo Phyficorum Libros* editionem *græcam* Aldinam A. 1526 in folio, & eorundem editionem *latinam* Joannis Vincentij à Collibus Venetijs typis Hieronymi Scoti A. 1587. itidem in folio.

Tertiò, & quidem fol. 11 pag. 2, *Mathufalæ*, cognomine *Machiris, Monachi Sancti Montis Sinai, Obfervationes duæ Phyficæ de Principijs naturalibus*, quarum *prima* infcribitur atque incipit hoc modo:

Σημειώ

Σημειῶ σοι καὶ ταῦτα τῷ φιλομαθεστάτῳ ἐγὼ Μαθουσάλας μονάζων ὁ Μαχείς. Αἱ διαφοραὶ τῶν ἀρχῶν τοῦ Δημοκρίτου· θέσις, σχῆμα, &c.

Quartò, & quidem à fol. 12 pag. 1 usque ad fol. 27 pag. 2, *Themistij Paraphrasis in Aristotelis Librum primum Analyticorum posteriorum*, cujus titulus & principium: Θεμιστίου Παράφρασις εἰς τὸ πρῶτον τῆς ἀποδεικτικῆς Ἀριστοτέλους. Ἐμοὶ συντάττεσθαι μὲν ἐξηγήσεις τῶν Ἀριστοτελικῶν βιβλίων μετὰ τοσούτους τε καὶ τοιούτους, οὐ δοκεῖ &c.

(1) Vide suprà pag. 69. Plura de hâc *Themistij Paraphrasi* vide (1) suprà in recensione Codicis XXXmi, num. 7.

Quintò, & quidem à fol. 28 pag. 1 usque ad fol. 243 pag. 2, *Themistij Paraphrasis in Libros octo Naturalis Auscultationis* sive *Physicorum Aristotelis*, cujus titulus & principium: Πρόκειται τῇδε τῇ συγγραφῇ, ἐπιστήμην τινὰ ποιήσασθαι τῆς τε φύσεως καὶ &c; finis autem: τοιαύτη δὲ ἡ τοῦ ὅλου κίνησις, ἐκεῖ ἀρχὴ τὸ κινοῦν. Sequitur deinde hæc suprà memorati *Monachi Mathusalæ* subscriptio: Μαθουσάλας ὁ μοναχὸς καὶ ταύτην τὴν ἀγαθὴν βίβλον ἑαυτῷ ἐξέγραψεν ἐν τῷ ἁγιωνύμῳ ὄρει Σινᾶ. Hoc est: *Mathusalas Monachus etiam hunc bonum Librum sibi descripsit in Sancto Monte Sinâ.* Notandum porrò est, *Themistianæ* illi *Paraphrasi in Librum primum, quartum, sextum, septimum* & *octavum*, adscripta ibidem esse in margine etiam *Simplicij Scholia* in eosdem Physicorum Libros, ex suprà memoratis integris ejus & amplissimis Commentarijs à *Mathusalâ Monacho* excerpta. Huc insuper accedunt *Michaelis Pselli Argumenta & propriæ quædam Considerationes in Librum sextum & septimum* sub hoc titulo: Ἀριστοτέλους φυσικῆς ἀκροάσεως ς', μετ' ἐπιστάσεων Μιχαὴλ ὑπερτίμου τοῦ Ψελλοῦ.

Sextò, & quidem à fol. 244 pag. 1 usque ad fol. 249 pag. 2, *Mathusalæ, Monachi Sancti Montis Sinai, Excerpta quædam de Fato ex Alexandri Aphrodisiensis Libro secundo de Animâ;* item *de Sanctissimâ Trinitate ex Hermete Trismegisto, Platone, Aristotele*, & *Eunomio.*

Septimò, & quidem à fol. 250 pag. 1 usque ad fol. 368 pag. 2, *Themistij Paraphrasis in Aristotelis Libros tres de Animâ*; quæ incipit: Περὶ ψυχῆς, ὅσα δυνατὸν σὺν ἐπιστήμῃ λαβεῖν, ἀκολουθοῦντας Ἀριστοτέλει, &c; desinit autem: καὶ περὶ τὸ σημαίνειν ἑτέρῳ. Plurâ de hâc *Themistij Paraphrasi* vide (2) suprà in recensione Codicis XXVti, num. 6. Notandum porrò est, *Themistianæ* illi *Paraphrasi* in posteriori

(2) Vide suprà pag. 60.

hoc

hoc Codice manuscripto adscripta esse in margine etiam *Alexandri Aphrodisiensis Scholia*, ex *Libris* ejus *duobus de Animâ* à *Mathusalâ Monacho* excerpta, unà *cum proprijs quibusdam ejusdem Mathusalæ Annotationibus*; quibus ipse in fine hæc subscripsit: Μαθουσάλας ὁ Μαχεὶς καὶ ταύτην τὴν θειοτάτην βίβλον ἑαυτῷ ἐξεγέγραψεν ἐν πόνῳ καὶ ἀσθενείαις καὶ κινδύνοις πολλοῖς.

Octavò, & quidem à fol. 369 pag. 1 usque ad fol. 375 pag. 1, *Themistij Paraphrasis in Aristotelis Librum de Memoriâ, & Reminiscentiâ*, quæ incipit his verbis: Περὶ δὲ μνήμης καὶ τοῦ μνημονεύειν λεκτέον τί ἐστι, καὶ &c. Vide Operum Themistij editionem græcam Venetam Aldinam A. 1534 fol. 96 pag. 1.

Nonò, & quidem à fol. 376 pag. 1 usque ad fol. 415 pag. 1, *Aristotelis Liber de Sensu & sensilibus, Liber de Memoriâ & Reminiscentiâ, Liber de Somno & Vigiliâ, Liber de Insomnijs*, & *Liber de Divinatione per somnum*, cum *Mathusalæ, Monachi Sancti Montis Sinai, Annotationibus græcis* sparsim adjectis.

Decimò, & quidem à fol. 415 pag. 2 usque ad fol. 416 pag. 1, *Mathusalæ, Monachi Sancti Montis Sinai, Annotatio Medico-Physica, cur septimestres & novimestres partus vitales sint, octimestres autem minimè*; cujus principium: Διὰ τί τὰ ἑπταμηνιαῖα καὶ ἐννεαμηνιαῖα ζωογονεῖται, τὰ δὲ ὀκταμηνιαῖα &c. Φυσικὴ αἰτία εἰς τὸ αὐτό. Ἐὰν πληρωθῇ ἡ μήτρα &c. Vide etiam de eâdem quæstione *Hippocratem* peculiaribus duobus Libris de Septimestri & Octomestri partu, Aristotelem lib. 7 Histor. Animal. cap. 4, *Alexandrum Aphrodisiensem* Problemate quadragesimo septimo Libri secundi, pag. 313 editionis græcæ Sylburgianæ Operum Aristotelis Tomo VII, & *Aulum Gellium* Noctium Atticarum lib. 3 cap. 16.

Vndecimò, & quidem à fol. 416 pag. 1 usque ad fol. 421 pag. 1, *Michaelis Pselli fragmenta quædam de Mente, de Animâ, de Platonicâ Psychogoniâ, & de Ideis*; quorum primum inscribitur atque incipit his verbis: Μιχαὴλ ὑπερτίμου τοῦ Ψελλοῦ περὶ νοῦ· κα΄. Ὁ πᾶς νοῦς μετέχεται ὑπὸ πάσης ψυχῆς· ὁ δὲ πρῶτος νοῦς οὐδεμίας ψυχῆς μεθεκτός ἐστιν. ὁ γὰρ &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 421 pag. 1 usque ad fol. 433 pag. 1, *S. Maximi* τοῦ Ὁμολογητοῦ sive *Confessoris*, qui (1) aliàs etiam *Monachus, Abbas*, & *Martyr* solet appellari, & A. C. 662 obijt, *Fragmenta quædam de Animâ*; quorum primum inscribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ σοφωτάτου ΜΑΞΙ΄ΜΟΥ τοῦ Ὁμολογητοῦ, μεριχόν.

(1) Vide Lib. III horum Commentar. pag. 252.

 Ἐι

Ἐι γὰρ ἀνθρώπε μέρη, καθὼς παραποδέδοται, τὸ σῶμα καὶ ἡ ψυχὴ τυγχάνεσι· τὰ δὲ μέρη &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 434 pag. 1 uſque ad fol. 456 pag. 1, Excerpta quædam *ex S. Gregorij, Epiſcopi Nyſſeni, Hexaëmero*, quorum primùm inſcribitur: Ὅτι διὰ τῶν αἰσθήσεων ὁ νοῦς ἐνεργεῖ. Plura hâc de re vide Libri primi horum Commentariorum pagina 99.

Decimo quartò, & quidem à fol. 457 pag. 1 & 2, *ex Joannis Metropolitæ Naupacti Epiſtolâ Excerptum de Aere*, cujus titulus & principium: Ἐξ ἐπιστολῆς ταῦτα Ἰωάννε Μητροπολίτε Ναυπάκτε. Ἀὴρ δὲ φύσει θερμὸς &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 458 pag. 1 uſque ad fol. 484 pag. 2, *Nemeſij Epiſcopi Opuſcula tria*; quorum *primum de Junctione Animæ & Corporis* inſcribitur atque incipit hoc modo: Νεμεσίε Ἐπισκόπε τοῦ Ἀδαμαντίνε περὶ ἑνώσεως ψυχῆς καὶ σώματος. ζητητέον δὲ, πῶς ψυχῆς καὶ σώματος ἀψύχε γίνεται ἕνωσις· ἄπορον γὰρ &c; *ſecundum de Elementis*: Περὶ στοιχείων. Τὸ στοιχεῖον τὸ κοσμικὸν &c; *tertium de quinque Senſibus*: Περὶ τοῦ φανταστικοῦ. Φανταστικὸν μὲν οὖν ἐστι δύναμις τῆς ἀλόγε ψυχῆς διὰ τῶν αἰσθητηρίων &c. Vide ſuprà pag. 70, & R. P. *Philippi Labbæi* S. I. Diſſertationem de Scriptoribus Eccleſiaſticis Tom. II pag. 100.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 484 pag. 2 uſque ad fol. 488 pag. 1, *Georgij Gemiſti Plethonis*, qui ſeculo poſt Chriſtum *decimo quinto* cum *Cardinale Beſſarione* floruit, *Fragmentum de Fato*; cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτε Γεωργίε τοῦ Γεμιστοῦ περὶ Εἱμαρμένης θαυμάσιον. οἶμαι δὲ τοῦτον εἶναι καὶ Πλωτίνον καὶ Πλήθωνα· εἰς ἃ καὶ Γεώργιον τὸν Σχολάριον ἀπαντημένα ἐῤῥωμένως σοφῶς ἄγαν καὶ θαυμασίως. Πότερα δὲ ὡρισμένα τε καὶ εἵμαρται ἅπαντα τὰ μέλλοντα &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 488 pag. 1 uſque ad fol. 489 pag. 2, *Michaelis Pſelli Fragmentum de Neceſſitate*, cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτε καὶ ὑπερτίμε Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ περὶ ἀνάγκης. Ἀνάγκην ὀνομάζουσιν οἱ φιλόσοφοι &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 490 pag. 1 uſque ad fol. 510 pag. 2, *Excerpta ex Georgio Pachymere de Cœlo, Sole, Eclipſi Solari, Diebus & Noctibus, & de quatuor Anni Temporibus*; quorum titulus & principium: Γεωργίε τοῦ Παχυμέρους περὶ Οὐρανοῦ. Τὸ δῖνον

ἀπὸ

ἀπὸ τῆς κυρτῆς ἐπιφανείας τοῦ στερεώματος ἕως τοῦ κοίλου τῆς σεληνιακῆς σφαίρας &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 510 pag. 2 usque ad fol. 515 pag. 1, *Nicephori Blemmydæ Fragmentum Geographicum*, cujus titulus & principium: Περὶ οἰκήσεων τοῦ Βλεμμύδους. Ὀικουμένης καθ' ὑπόθεσιν ὅλης τῆς γῆς, τῶν οἰκήσεων αἱ μὲν, περίσκιοι γίνονται, αἱ δ' ἀμφίσκιοι, αἱ δ' ἑτερόσκιοι περίσκιοι μὲν &c.

Vigesimò, & quidem à fol. 515 pag. 2 usque ad fol. 528 pag. 1, *Mathusalæ, Monachi Sancti Montis Sinai*, Excerpta varia; inter quæ sunt *Philosophica* quædam *ex Suidæ Lexico.*

Vigesimo primò, & quidem à fol. 528 pag. 1 usque ad fol. 531 pag. 1, *Michaelis Pselli Allegoriæ quarundam Fabularum Poeticarum*, quarum titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ ἀναγωγαί. Ἀναγωγὴ εἰς τὸν Τάνταλον. Πάλιν &c.

Vigesimo secundò, & quidem fol. 531 pag. 2 & fol. 532 pag. 1, *ex Suidæ Lexico Excerptum de Motu*; cujus titulus & principium: Ἐκ τοῦ Σουΐδα βίβλου. Κίνησις. Τῆς κατὰ τόπον κινήσεως &c. Vide Lexici Suidæ editionem græco-latinam Æmilij Porti pag. 1460.

Vigesimo tertiò, & quidem fol. 532 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Epigrammata quædam in Hortum*, quorum *primum* incipit: Ὁρᾷς θεατὰ φυτῶνος τὴν χάριν, &c.

Vigesimo quartò, & quidem à fol. 533 pag. 1 usque ad fol. 538 pag. 1, *Theodori Prodromi*, qui principio seculi post Christum duodecimi sub *Imp. Alexio Commeno* floruit, *Poema Astronomicum versibus politicis ad Sebastocratorissam Irenen*; cujus titulus & principium: Στίχοι συντεθέντες παρὰ τοῦ μακαριωτάτου Φιλοσόφου, κυροῦ Θεοδώρου τοῦ Προδρόμου τῇ Σεβαστοκρατορίσσῃ, Κυρίᾳ Εἰρήνῃ. Εἶγε ψυχὴ Βασίλισσα μεγαλοπρεπεστάτη &c.

Vigesimo quintò, & quidem à fol. 539 pag. 1 usque ad fol. 543 pag. 2, *ex Theodoreti, Episcopi Cyrensis, Opere Therapeutices sive Curationis ethnicarum affectionum Excerpta de Materiâ Mundi, de Generatione, de Naturâ hominis, & de Animâ*; quorum *primum*, inscribitur atque incipit his verbis: Τοῦ μακαρίου Θεοδωρήτου περὶ ὕλης κόσμου. (1) Ξενοφάνης μὲν οὖν ὁ Ὀρθομένους, ὁ Κολοφώνιος, ὁ τῆς Ἐλεατικῆς αἱρέσεως ἡγησάμενος, &c.

Vigesimo sextò, & quidem fol. 544 pag. 1 & 2, *ex Platonis Epistolâ*

(1) *Vide editionem ejus Operis græco-latinam Sylburgianam Commelinianam, Serm. IV, pag. 57; sed ibi legitur* περὶ ὕλης καὶ κόσμου.

ſtolâ (1) *ſeptimâ ad Dionis Syracuſani propinquos & familiares Excerptum*, cujus titulus & principium: Πλάτωνος ἐξ ἐπιστολῆς πρὸς τοὺς ἑταίρους τοῦ Δίωνος. Ἔστι τῶν ὄντων ἑκάστῳ, δι' ὧν τὴν ἐπιστήμην ἀνάγκη παραγίνεσθαι, τρία· &c.

(1) *Vide ſuprà pag.* 11, *& Operum Platonis editionem græco-latinã Lugdunenſem pag.* 719.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem fol. 545 pag. 1, *ex Suidæ Lexico Excerptum de Phyſicâ*; cujus titulus & principium: Ταῦτα ἐκ τοῦ Σουίδα βίβλου. Φυσικὸς λόγος. Παρὰ φιλοσόφοις μετὰ τὸν ἠθικὸν διεξέρχονται περὶ τοῦ φυσικοῦ, τουτέστι, περὶ σωμάτων, περὶ ἀρχῶν καὶ στοιχείων, &c. Vide ſuprà citatam editionem græco-latinam pag. 1100.

XLIII.

Quadrageſimus tertius (2) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *quarto*, & ob evaneſcentiam ſcripturæ multis locis vix ampliùs legibilis, conſtátque folijs *centum nonaginta quatuor*. Continentur eo hæc:

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Philoſophicos & Philologicos Græcos* quinquageſimus nonus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 113 pag. 2, *Georgij Pachymeris Expoſitio in Ariſtotelis Naturalis Auſcultationis ſive Phyſicorum Libros octo*; cujus titulus & principium: Ἐξήγησις σύντομος καὶ σαφεστάτη εἰς τὴν φυσικὴν ἀκρόασιν τοῦ σοφωτάτου πρεσβυτέρου τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας καὶ Δικαιοφύλακος τοῦ εὐαγοῦς βασιλικοῦ κλήρου Γεωργίου τοῦ Παχυμέρη. Τὸ παρὸν βιβλίον, οὗ σὺν Θεῷ ἀρχόμεθα, ἔστι μὲν τοῦ φυσικοῦ μέρους τῆς φιλοσοφίας, &c.

Secundò, & quidem à fol. 114 pag. 1 uſque ad fol. 194 pag. 2, anonymi cujuſdam Collectoris *Excerpta miſcellanea ex varijs Sanctorum Patrum, nempe* (3) *S. Gregorij Epiſcopi Nyſſeni*, (4) *S. Joannis Damaſceni*, &c, *aliorumque Scriptorum Eccleſiaſticorum Operibus*, maximâ ex parte ad *Philoſophiam*, & præcipuè quidem *Naturalem*, pertinentia. Exſtat etiam ibidem *Photij Patriarchæ Conſtantinopolitani Fragmentum aliquod de Proceſſione Spiritûs Sancti* fol. 117 pag. 1 & 2.

(3) *Vide ibi inprimis fol.* 189 *pag.* 2.
(4) *Vide ibi inprimis fol* 118 *pag.* 1 *& fol.* 123 *pag.* 1.

XLIV.

Quadrageſimus quartus (5) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, conſtátque folijs *centum quinquaginta quatuor*, & primùm quidem ad *Mathuſalam Monachum Sancti Montis Sinai*, qui illum ſuâ manu ſcripſit, poſteà autem ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philoſophicos & Philologicos Græcos* ducenteſimus ſexageſimus ſecundus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 7 pag. 1, *Simplicij in-*

in Aristotelis Naturalis Auscultationis sive Physicorum Libros octo Prolegomena; quorum principium: Τὸν σκοπὸν τῆς Ἀριστοτέλους φυσικῆς ἀκροάσεως μαθεῖν ἐστι ῥαδίως &c. Plura de ijsdem vide suprà in Recensione Codicis XLIIdi, num. 2.

Secundò, & quidem à fol. 7 pag. 2 usque ad fol. 8 pag. 2, *Georgij Pachymeris in Aristotelis Physicorum Libros octo Prolegomena*, quorum principium: Σκοπὸς τοῦ παρόντος βιβλίου &c. Plura vide suprà in Recensione Codicis XLIIdi, num. 1.

Tertiò, & quidem à fol. 9 pag. 1 usque ad fol. 134 pag. 2, *Themistij Paraphrasis in Aristotelis Naturalis Auscultationis sive Physicorum Libros octo*; cujus principium: Πρόκειται τῇδε τῇ συγγραφῇ &c; finis autem: ἐκεῖ ἄρα τὸ κινοῦν. Sequitur deinde hæc suprà memorati *Monachi Mathusalæ* subscriptio: Μαθουσάλας ὁ ἀσκητὴς καὶ ταύτην τὴν ἀγαθὴν βίβλον ἑαυτῷ ἐξέγραψεν ἐν νήσῳ τῇ Κύπρῳ. Plura de hâc *Themistij Paraphrasi* vide suprà in Recensione Codicis XLIIdi, num. 5.

Quartò, & quidem à fol. 135 pag. 1 usque ad fol. 137 pag. 2, *Demosthenis Oratio Olynthiaca secunda cum Libanij Sophistæ Hypothesi sive Argumento*; cujus principium: Ἐπὶ πολλῶν μὲν ἄν τις ἰδεῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, &c.

Quintò, & quidem à fol. 138 pag. 1 usque ad fol. 154 pag. 2, *Nicephori Blemmydæ Logica*, cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου Βλεμμύδους ἡ βίβλος αὕτη. Ἐπειδήπερ ἡ λογικὴ ἐπιστήμη πρὸς τὴν ἱερὰν γραφὴν &c. Προοίμιον. Βασιλείας καὶ φιλοσοφίας πολὺ τὸ συγγενές τε καὶ ὁμοιότροπον &c. Edita autem ea jam est *græcè* & *latinè* aliquoties.

XLV.

Quadragesimus quintus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *folio*, constátq; folijs *centum & quatuor*, & primùm quidem ad R. P. *Zenobium Acciaiolum Florentinum* Ordinis Prædicatorum d. 14 Januarij A. C. 1497, posteà autem ad *Joannem Sambucum* A. C. 1536, ut ipsi propriâ manu ibi testantur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos decimus.*

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 77 pag. 2, *Alexandri Aphrodisiensis difficilium Physicarum sive Naturalium Quæstionum & Solutionum Libri tres*, quorum *primus* inscribitur atque incipit hoc modo: Ἀλεξάνδρου Ἀφροδισιέως Φυσικῶν (2) σκολιῶν ἀπορειῶν καὶ λύσεων Λόγος α΄. Κεφάλαιον α΄· Διὰ τίνων ἄν τις συστήσαιτο πρῶτον αἴτιον

(2) *Pro σκολιῶν perperàm ibi legitur σχολίων & σχολικῶν.*

ἄπον κτ̃ Ἀριστοτέλου. Εἰ αἱ οὐσίαι πᾶσαι φθαρταὶ, φθαρτὰ πάντα ἔσαι ἀχώριστα γὰρ τὰ ἄλλα &c; *tertius* autem ſive ultimus deſinit: τὰ ἐκ τ̃ τῶν ἀμερῶν συνθέσεως γίνεσθαι τὰ μεγέθη.

Secundò, & quidem à fol. 77 pag. 2 uſque ad fol. 104 pag. 1, ejuſdem *Alexandri Aphrodiſienſis difficilium Ethicarum ſive Moralium Quæſtionum & Solutionum Liber*, cujus titulus & principium: Ἀλεξάνδρου Ἀφροδισιέως σχολιῶν Ἠθικῶν ἀπορειῶν καὶ λύσεων βιβλίον. Κεφάλαιον α'. Ἀπορία περὶ τοῦ τὸ ζῆν ἀγαθὸν εἶναι λέγοντας. Εἰ τὸ εὖ ζῆν ἀγαθὸν, τὸ δὲ κακῶς κακὸν, &c; finis autem: ὅτι μηδὲ ἐστι τῇ οὐσίᾳ ἐναντίον. Prodierunt hi *quatuor Quæſtionum Naturalium & Moralium Libri græcè* in lucem Venetijs A. 1536; *latinè* autem ibidem A. 1555, *Hieronymo Bagolino Veronenſi* patre & *Joanne Baptiſtâ* filio interpretibus, itidem in folio.

XLVI.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philoſophicos & Philologicos Græcos* nonageſimus tertius.

Quadrageſimus ſextus (1) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, conſtátque folijs *centum viginti ſeptem*. Continentur eo *Alexandri Aphrodiſienſis Commentaria in Ariſtotelis Libros quatuor Meteorologicorum*; quorum titulus & principium: Ἀλεξάνδρου Ἀφροδισιέως τῶν Ἀριστοτέλους μετεωρολογικῶν ὑπόμνημα πρῶτον. Περὶ μὲν τῶν πρώτων αἰτίων τ̃ φύσεως καὶ περὶ πάσης κινήσεως φυσικῆς] Ἀρχόμενος τῶν μετεωρολογικῶν, πρῶτον ἡμᾶς ὑπομιμνήσκων τῶν εἰρημένων ἤδη περὶ τῶν ἐν τῇ φυσικῇ πραγματείᾳ, ἅμα καὶ τὴν τάξιν ἡμῖν προϋπογράφει πάσης τ̃ φυσικῆς θεωρίας, &c. Prodierunt hæc *Commentaria græcè* in lucem Venetijs A. 1527 in folio; nec non *latinè* ibidem A. 1556 in folio, *Joanne Baptiſtâ Camotio* interprete; incipitque ea verſio latina his verbis: *Initium faciens (Ariſtoteles) rerum meteorologicarum, primùm nobis redigit in memoriam, quæcunque jam ab ipſo comprehenſa ſunt in eo tractatu, qui eſt de Natura: ſimulque nobis ordinem præſcribit omnis phyſicæ conſiderationis*, &c.

XLVII.

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Philoſophicos & Philologicos Græcos* ducenteſimus ſexageſimus primus.

Quadrageſimus ſeptimus (2) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *quarto*, conſtátque folijs *centum triginta quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 11 pag. 2, *Ariſtotelis Liber de Mundo ad Alexandrum Magnum*, cujus titulus & principium:

cipium: Ἀριστοτέλους περὶ Κόσμου πρὸς τὸν ἐν βασιλεῦσι δοκημότατον Ἀλέξανδρον. Πολλάκις μὲν ἔμοιγε θεῖόν τι καὶ δαιμόνιον ὄντως χρῆμα, ὦ Ἀλέξανδρε, ἡ φιλοσοφία ἔδοξεν εἶναι &c. Plura de hoc Libro vide Libri *ſexti* horum Commentariorum pag. 106 in Recenſione Codicis manuſcripti Medici Græci XIXni, num. 13; quibus obiter nunc addo, eundem Librum etiam à *Joanne Langio*, celeberrimo Philoſopho & Medico, A. 1606 Francofurti typis Matthæi Beckeri *latinè* in octavo editum, & ampliſſimo doctiſſimoque *Commentario* illuſtratum eſſe, ibique inſcribi *Coſmuſiſtaſiam Ariſtotelicam*, ſive, *Theatrum Mundi minoris*. Exſtant prætereà in eundem Librum eruditiſſimæ quoque Annotationes *Simonis Grynæi*.

Secundò, & quidem fol. 11 pag. 2, *Procli Diadochi Platonici Scholium Aſtronomicum de duodecim Signis Zodiaci*, cujus titulus & principium: Σχόλιον Πρόκλου οὐρανοδρόμου. Περὶ ἀνατολῶν καὶ δύσεων εἰπεῖν ἀστρολογικῶς ὁρμημένῳ μοι, δέον κεφαλαιωδεστέρως ἐκθεῖναι πάσας ἀστροθεσίας ἐν τῷ ζωδιακῷ &c.

Tertiò, & quidem fol. 12 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Diagramma ſynopticum de quatuor Scientijs Mathematicis, Arithmeticâ, Muſicâ, Geometriâ & Aſtronomiâ.*

Quartò, & quidem à fol. 13 pag. 1 uſque ad fol. 40 pag. 2, *Claudij Ptolemæi Peluſiotæ*, qui propter Obſervationes Aſtronomicas, *Alexandriæ* factas, vulgò cognominatur *Alexandrinus*, quique ſeculo poſt Chriſtum *ſecundo* ſub *Impp. Hadriano, Antonino Pio* & *M. Antonino Philoſopho* floruit, Τετράβιβλος σύνταξις, hoc eſt, *Quadripartita Compoſitio*, ſive, *Opus quadripartitum de Aſtrorum judicijs ad Syrum;* quod quidem aliàs rectè in *Libros quatuor* dividitur, in præſenti autem Codice imperfectum eſt, & tantùm conſtat *Capitibus viginti & uno;* quorum titulus & principium: Κλαυδίου Πτολεμαίου (1) Κεφάλαια τῆς Ἀστρονομικῆς τέχνης. Κεφάλαιον α΄. Προοίμιον (2) πρός τινα Σύρον ἑαυτοῦ φίλον. Τῶν τὸ δι' ἀστρονομίας προγνωστικὸν τέλος κατασκευαζόντων, ὦ Σύρε, δύο τῶν μεγίστων καὶ κυριωτάτων ὑπαρχόντων, &c; vigeſimum autem primum ſive ultimum Caput inſcribitur atque incipit hoc modo: Κεφάλαιον κα΄ περὶ τῆς τῶν φωστήρων συζυγίας. Ἀπογράψαι τὰς κατὰ τὴν κθ΄ τῆς σελήνης ἐποχὰς τῶν δύο φωστήρων, &c. Adjuncta ſunt his Capitibus multa *Diagrammata Aſtrologica*, quæ in editionibus impreſſis non exſtant. Prætereà præfixa ibidem eſt *Capiti primo*,

(1) *Hoc eſt:* Claudij Ptolemæi Capita Aſtronomicæ Artis.

(2) *Hoc eſt:* Procemium ad quendam Syrum ſuum amicum. *In editione autem græcâ* Joachimi Camerarij, *Norimbergæ A. 1535 in quarto impreſſâ, legitur* πρὸς Σύρον ἀδελφὸν, *hoc eſt*, ad Syrum fratrem.

primo, sive *Ptolemæi Proœmio*, etiam alterius cujusdam *anonymi antiqui Autoris Græci Præfatio historica de Claudij Ptolemæi ætate, & de Astrologiæ Judiciariæ antiquissimis apud Græcos Scriptoribus*; quæ quia multas ob causas valdè notabilis, hactenùs tamen, quod quidem ego sciam, publicâ luce nondum donata est, integram ecce eam hîc exhibeo: Ὁυτος ὁ ΠΤΟΛΕΜΑΓΟΣ κατὰ τοὺ Ἀδριανοῦ μὲν ἤνθησε χρόνους· διήρκησε δὲ καὶ μέχρι Μάρκου τοῦ Ἀντωνίνου. ἐν ᾧ χρόνῳ καὶ Γαληνὸς ἰατρικῇ διεφαίνετο, καὶ Ἡρωδιανὸς ὁ γραμματικὸς, καὶ Ἑρμογένης ὁ περὶ τέχνης γράψας ῥητορικῆς. Πρῶτος δὲ παρ' ἕλλησιν ὁ Χῖος Οἰνοπίδης τὰς ἀστρολογικὰς μεθόδους ἐξήνεγκεν εἰς γραφὴν. ἐγνωρίζετο δὲ κατὰ τὰ τέλη τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου· καθ' ὃν καιρὸν καὶ Γοργίας ὁ ῥήτωρ ἦν, καὶ Ζήνων ὁ Ἐλεάτης, καὶ Ἡρόδοτος, ὡς ἔνιοι φασὶ, ὁ ἱστορικὸς, ὁ Ἁλικαρνασσεὺς. μετὰ δὲ τὸν Οἰνοπίδην Εὔδοξος ἐπὶ ἀστρολογίαν δόξαν ἤνεγκε οὐ μικρὰν, συνακμάσας Πλάτωνι τῷ φιλοσόφῳ, καὶ Κτησιάδι τῷ Κνιδίῳ, ἰατρικήν τε ἀσκοῦντι, καὶ ἱστορίας ἀναγράφοντι. Hoc est. *Hic PTOLEMÆUS Imp.* (1) *Adriani quidem temporibus floruit; permansit autem in vitâ usque ad Imperium Marci Antonini Philosophi. Quo eodem tempore etiam Galenus Arte Medicâ clarebat, & Herodianus Grammaticus, & Hermogenes, qui de Arte scripsit Rhetoricâ. Primus autem apud Græcos Astrologicas methodos literis mandavit,* (2) *Oenopides Chius; qui innotuit circa finem* (3) *Peloponnesiaci belli: quo eodem tempore & Gorgias Rhetor vivebat, & Zeno Eleates, & Herodotus, ut quidam affirmant, Historicus, patriâ Halicarnassensis. Post Oenopidem verò Astrologiæ gloriam attulit non exiguam Eudoxus; qui eodem floruit tempore, quo Plato Philosophus, & Ctesias Cnidius, Medicinam exercens, simul & Historias conscribens.* Hucusque anonymi illa Præfatiuncula, Historiæ Literariæ illustrandæ haud mediocriter inserviens. Quod porrò ad *Syrum*, cui *Ptolemæus* Opus suum quadripartitum dedicavit, attinet, is in præsenti Codice manuscripto *Cæsareo* φίλος sive *Amicus* tantùm vocatur *Ptolemæi*; in *Joachimi* autem *Camerarij* editione græcâ impressâ Norimbergensi anni 1536 in quarto pro φίλος legitur ἀδελφὸς, hoc est, *Frater*. *Anonymus* verò *antiquus Græcus* jam memorati Operis *Explanator*, cujus Ἐξήγησιν sive (4) *Expositionem*, cum *Porphyrij Philosophi*

(1) *Apud* Suidam, *ubi de ætate ejusdem* Ptolemæi *agitur, nulla* Imp. Adriani *fit mentio, sed tantùm* Imp. Marci Antonini Philosophi.

(2) *Confer cum his, quæ de eodem* Oenopide *refert* Gerardus Joannes Vossius *in Opere de Scientijs Mathematicis capite trigesimo tertio.*

(3) *Cœpit* Peloponnesiacum *hoc* bellum *anno ante Æram Christianam vulgarem* 431, *desijt autem anno ante jam memoratam Æram* 404, *Seculo nempe ante Christum* quinto. *Vide Prodromum meum Historiæ Literariæ lib. 2 pag.* 212.

(4) Anonymi *hæc* Expositio *prorsùs diversa est à* Procli Paraphrasi *in eosdem quatuor Ptolemæi Libros, quam* Philippus Melanchthon *Basileæ A.* 1554 *typis Joannis Oporini tantùm græcè in octavo edidit sub hoc titulo:* Πρόκλου τοῦ Διαδόχου τῶν ἀσαφῶς εἰρημένων Πτολεμαίῳ καὶ δυσπαρακολουθήτως ἐν τῇ αὐτοῦ τετραβίβλῳ ἐπὶ τὸ σαφέστερον καὶ εὐπαρακολούθητον μεταχείρησις.

Philosophi Isagoge sive *Introductione in* idem *Ptolemæi Quadripartitum Opus*, Henricus Petri Basileæ A. 1559 græcè & latinè in folio edidit, quémque nonnulli *Proclum* esse existimant, de eodem *Syro* sic scribit: Προσφωνεῖ δὲ τῷ ΣΥΡΩ τὸ βιβλίον, πρὸς ὃν καὶ τὰς ἄλλας αὐτοῦ πάσας πραγματείας προσπεφώνησεν. λέγουσι δέ τινες, ὡς πέπλασαι αὐτῷ τὸ τοῦ ΣΥΡΟΥ ὄνομα· ἄλλοι δὲ ὅτι οὐ πέπλασαι, ἀλλ᾽ ἰατρὸς ἦν οὗτος, ἀχθεὶς καὶ διὰ τούτων τῶν μαθημάτων. Hoc est: *Dedicat autem hoc Opus SYRO, cui & reliqua Opera omnia inscripsit. Et nonnulli quidem nomen hoc SYRI fictum esse dicunt; alij verò illud non esse fictum affirmant, sed Syrum istum fuisse Medicum, qui simul etiam in Scientijs Mathematicis versatus sit.* Notandum denique est, *Quadripartitum* illud *Ptolemæi Opus* jam sæpè & *græcè* & *latinè* diversis temporibus ac locis impressum esse, & quidem, ut alias plures editiones silentio prætercam, Lovanij A. 1548 in quarto *Antonio Gogavâ Graviensi* interprete, Basileæ typis Joannis Oporini A. 1553 in octavo *Philippo Melanchthone* interprete, & Lugduni ad Rhodanum apud Theobaldum Paganum A. 1555 in octavo cum *Hieronymi Cardani*, Mediolanensis Medici celeberrimi, amplissimis doctissimisque Commentarijs; ideóque valdè miror, Virum doctissimum *Gerardum Joannem Vossium* Libri eruditissimi de Scientijs Mathematicis capite 37 § 9 scribere, *quòd Leo Allatius Quadripartitum illud Ptolemæi Opus primus latinè reddiderit*, & pro *primâ* ejusdem Operis *græco-latinâ editione* velit haberi eam, à me hactenùs nondum visam, quam refert Lugduni Batavorum A. 1635 typis Elzevirianis impressam esse.

Quintò, & quidem à fol. 41 pag. 1 usque ad fol. 65 pag. 1, *ex Antiochi Thesauris Capita quadraginta quatuor de Astrologiâ Judiciariâ*; quorum *primum* inscribitur atque incipit his verbis: Ἐκ τῶν Ἀντιόχου θησαυρῶν ἐπίλυσις καὶ διήγησις πάσης ἀστρονομικῆς τέχνης. Τίνος ἕνεκεν, τῶν ιβ΄ ζωδίων κυκλοειδῶς τετυχηκότων, ἀπὸ κριοῦ τὴν ἀρχὴν ποιησόμεθα, καὶ μὴ μᾶλλον ἀπὸ καρκίνου &c; *quadragesimum quartum* autem sive ultimum: Κεφάλαιον μδ΄. Περὶ τῶν ζ΄ πλανωμένων ἐν ἐπιτομῇ ἐκ τῶν Ἀντιόχου. Ὁ κρόνος ἄρχειν λέγεται τῶν χρονίων πραγμάτων ὑγρότητός τε καὶ ψύξεως &c. Meminit hujus Opusculi *Joannes Jacobus Frisius* Tigurinus in Bibliothecâ Gesneriana, à se auctâ, tanquam in *Bibliothecâ Vaticanâ* exstantis, his verbis: *Antiochi Thesauri Apotelesmatum Capita 107 Romæ exstant in Vaticanâ Bibliothecâ*. Mentionem quoque ejusdem Opusculi facit R. P. *Philippus*

pus Labbeus S.I. in Novâ Bibliothecâ Manuſcriptorum Librorum, tanquam in *Bibliothecâ Regiâ Pariſinâ* exſtantis, his verbis: *In Codice MCCCV Ito, poſt Claudij Ptolemai Tetrabiblon, variorum Aſtrologorum Apoteleſmata: ANTIOCHI Iſagoge Aſtrologica; Ecloga ex JVLIANI LAODICENI* περὶ καταρχῶν; *Methodi calculationis Aſtrologica.*

Sextò, & quidem à fol. 65 pag. 2 uſque ad fol. 69 pag. 1, *ex Heliodori Aſtrologicâ doctrinâ Capita octo*, quorum titulus & principium: Ἐκ τ̃ ἩΛΙΟΔΩΡΟΥ ἀστρονομικῆς διδασκαλίας κεφάλαια διάφορα. Κεφάλαιον α. Συναντήσις μὲν ἐστι, ὅταν ἐκ τῶν ἐπομένων μοιρῶν &c. Ejuſdem Opuſculi fit mentio in R. P. *Philippi Labbei* S. I. Novâ Bibliothecâ Manuſcriptorum Librorum pag. 168, ubi ex *Scipionis Tettij Neapolitani* Indice Librorum nondum editorum refertur, illud olim exſtitiſſe in *Bibliothecâ Cardinalis Carpenſis*. Videtur autem hic *Heliodorus* idem eſſe atque *Heliodorus Lariſſæus*, cujus Κεφάλαια τῶν Ὀπτικῶν, ſive *Capita Opticorum*, ex antiquo Codice manuſcripto Bibliothecæ Florentinæ Mediceæ *Fridericus Lindenbrogius* Hamburgi A. 1610 græcè & latinè edidit in quarto.

Septimò, & quidem à fol. 69 pag. 2 uſque ad fol. 78 pag. 2, *ex Pauli Alexandrini Introductione in Aſtrologiam Judiciariam Capita decem*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Παύλου Ἀλεξανδρέως ἐπίσκεψις ἀστρονομική. Κεφάλαιον α. Ἰστέον δὲ ὅτι τὸ ζώδιον ἔχει δεκάνους τρεῖς, μοίρας λ, ἡ δὲ μοῖρα λεπτὰς ξ. ἀρχὴ δὲ τ̃ ζωδιακοῦ κύκλου ὁ κριός, &c. Integram illam Pauli *Alexandrini* Εἰσαγωγὴν εἰς τὴν ἀποτελεσματικήν, hoc eſt, *Introductionem in Aſtrologiam Judiciariam*, ex Perilluſtris & Generoſiſſimi Domini *Henrici Ranzovij*, Equitis Holſati, & in Ducatu Slesvici, Holſatiæ, Stormariæ & Ditmarſiæ Danici olim Proregis celeberrimi, Bibliothecâ primus *gracè* & *latinè* in lucem edidit *Andreas Schato* Wittebergæ typis Zachariæ Lehmanni A. 1588 in quarto, cum Epiſtolâ dedicatoriâ ad jam memoratum doctiſſimum æquè ac nobiliſſimum Dominum *Ranzovium*, & aliâ peculiari ad Lectorem Præfatione, in quâ de *atate* ſuprà memorati *Pauli Alexandrini* ſic ſcribit: *De Autore ſcripti, prater nomen & patriam, quod ſciam, fermè nihil exſtat. Conijcere tamen licet ex ijs, qua in Libello exponuntur, vixiſſe eum circa tempora Gratiani & Theodoſij Imperatorum Romanorum. Nam anni à Diocletiano numerati meminit nonageſimi quarti, ubi quota ſit hebdomadis dies, &, cujus Planeta nomen habeat, inveſtigare docet.* Hæc de ætate iſtius

Pauli primus ejus editor *Schato.* Idem quoque de obſcuris & intellectu difficilibus Σημείοις ſive *Notis compendiarijs*, quæ in ejuſdem Operis ſcripturâ paſſim occurrunt, utiliſſimam addidit Appendicem, quam ijs, qui Græcos ejus generis Autores legere cupiunt, quàm maximè commendo. Notandum præterea eſt, exſtare in eâdem editione *Præfationem Pauli Alexandrini ad Cronamonem*, cujus principium: Πάνυ καλῶς, ὦ φίλε παῖ Κρονάμων, ἐψευδογραφηκότας ἡμᾶς ἀνευρὼν, &c; in ejuſque fine mentionem quidem fieri *quinque Librorum Apollonij Laodicenſis de Aſtrologiâ Judiciariâ*, ſed reverà ibi pro ἈΠΟΛΛΩΝΙΟΥ τοῦ Λαοδικέως ἐν τοῖς ἰδίοις πέντε βιβλίοις legendum eſſe ἸΟΥΛΙΑΝΟΥ τοῦ Λαοδικέως, hoc eſt, *Juliani Laodicenſis;* ut proximè ſequenti paragrapho uberiùs indicabitur.

Octavò, & quidem à fol. 79 pag. 1 uſque ad fol. 91, pag. 2, *ex Juliani Laodicenſis Opere de Aſtrologiâ Judiciariâ Capita novendecim*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἰουλιανοῦ Λαοδικέως ἐπίσκεψις ἀστρονομική. Κεφάλαιον ά. Ὁ περὶ καταρχῶν λόγος, καὶ ἀναγκαῖος καὶ ὠφέλιμος εἰς τὰς βιωτικὰς πράξεις ἐστὶ, ὡς ἡ πεῖρα &c. Meminit hujus Operis *Juliani Laodicenſis Paulus Alexandrinus* in ſuprà memoratâ Præfatione Introductionis ſuæ in Aſtrologiam Judiciariam, ibidémque expreſsè teſtatur, diviſum illud fuiſſe in *Libros quinque.* Aliam quoque ejuſdem Operis mentionem vide ſuprà in ejuſdem præſentis Codicis XLVIImi Recenſione, num. 5.

Nonò, & quidem à fol. 92 pag. 1 uſque ad fol. 94 pag. 1, Excerpta nonnulla *ex* ſuprà memorati *Pauli Alexandrini Introductione in Aſtrologiam Judiciariam*.

Decimò, & quidem â fol. 94 pag. 2 uſque ad fol. 95 pag. 2, Excerpta quædam *ex Claudij Ptolemæi Opere quadripartito de Judicijs aſtrorum;* cujus (1) ſuprà jam eſt facta mentio.

Vndecimò, & quidem à fol. 96 pag. 1 uſque ad fol. 97 pag. 1, Excerpta quædam *ex Heliodori Aſtrologicâ doctrinâ*, cujus (2) ſuprà jam eſt facta mentio.

Duodecimò, & quidem à fol. 97 pag. 2 uſque ad fol. 110 pag. 2, Excerpta quædam *Aſtrologica miſcellanea;* inter quæ etiam exſtat Ψῆφος Πυθαγόρου Σοφιστοῦ, ſive, *Pythagoræ Divinatio per numeros*, quæ aliàs (3) Ἀριθμαντεία, ſeu potius Ἀριθμομαντεία dicitur.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 111 pag. 1 uſque ad fol. 122 pag. 2, *Heronis Junioris*, qui ſeculo poſt Chriſtum ſeptimo

(1) *Vide ſuprà pag.* 87.

(2) *Vide ſuprà pag.* 90.

(3) *Vide* Caſpari Peuceri *Commentarium de præcipuis Generibus Divinationum ſub titulo* de Sortibus *à fol.* 224 *uſque ad fol.* 229.

mo sub *Imp. Heraclio* floruit, *Introductio in Geodæsiam;* cujus titulus & principium: Ἥρων☉ εἰσαγωγὴ τῶν γεωμετρουμένων. Καθὼς ἡμᾶς ὁ παλαιὸς διδάσκει λόγ☉, ὧ πλεῖστοι τοῖς περὶ τὴν γῆν μέτροις &c. Accedunt huc etiam alia quædam anonymi cujusdam Collectoris *Excerpta miscellanea;* inter quæ fol. 115 pag. 2 est Observatiuncula græca *de Inventoribus diversarum Artium;* cujus titulus & principium: Τίνες ἐφεῦρον τὰς τέχνας; Εὐκλείδης γεωμετρίαν, Δημοσθένης καὶ Ἑρμογένης ῥητορικὴν, Ἄντιλ☉ λογχοποιίαν, &c. Item fol. 122 pag. 2, *Divinationes* quædam *superstitiosæ de vitâ & morte ægroti.*

Decimo quartò, & quidem fol. 123 pag. 1, *Antiochi Prognosticon de Calendis mensium;* cujus titulus & principium: Περὶ καλανδῶν προγνώσεις Ἀντιόχου. Εἰ γένηται κάλανδα τῇ ά ἡμέρᾳ, ἔσαι χειμὼν χειμέριμ☉ &c. Hujusmodi Libri *de superstitiosis Calendarum Observationibus*, quæ à gentilibus ad Græcos recentiores longâ temporum successione pervenerunt, peculiari nomine appellantur Καλανδολόγια, de quorum prohibitione *Nicephorus Homologeta* sic scribit: Τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ Παύλου, καὶ τὰ λεγόμενα Βροντολόγια, καὶ Σεληνοδρόμια, καὶ ΚΑΛΑΝΔΟΛΟΓΙΑ οὐ χρὴ δέχεσθαι βίβλια γὰρ πάντα. Vide *Joannis Meursij* Lexicon Græco-barbarum in explicatione vocis Καλανδολόγιον.

Decimo quintò, & quidem fol. 123 pag. 2, *Hippocratis Prognosticon de valetudine humanâ secundùm temperiem quatuor anni temporum;* cujus titulus & principium: Ἱπποκράτους περὶ καιρῶν προγνώσις. Περὶ δὲ τῶν ὡρῶν, εἰ μὲν ὁ χειμὼν αὐχμηρὸς καὶ βόρει☉ γένηται, &c.

Decimo sextò, & quidem à fol. 124 pag. 1 usque ad fol. 135 pag. 2, *Salomonis, Regis Hebræorum, Arcana quædam superstitiosa supposititia:* quorum titulus: Τῶν Σολομωνιακῶν εἴδησις.

XLVIII.

Quadragesimus octavus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & elegans in *quarto*, constátque folijs trecentis *octo*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo *Aristotelis de Animâ Libri tres; de Sensu & sensilibus Liber unus; de Memoriâ & Reminiscentiâ Liber unus; de Somnio & Vigiliâ Liber unus; de Insomnijs Liber unus; de Divinatione per somnum Liber unus; de Animalium*

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos quadragesimus.*

malium motione Liber unus; de Longitudine & Brevitate vitæ Liber unus; de Juventute & Senectute, Vitâ & Morte, & de Respiratione Liber unus; & denique *de Coloribus Liber unus;* quorum omnium Librorum suprà jam aliquoties mentio facta est.

XLIX.

Quadragesimus nonus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque folijs *centum nonaginta tribus*, & primùm quidem ad *Marcum Mamunam Cretensem* & *Georgium Comitem Corinthium ex Monembasiâ*, posteà autem ad *Joannem Sambucum*, ut ipsi propriæ manûs inscriptionibus testantur, olim pertinuit. Continentur eo *Aristotelis de Animâ Libri tres; de Sensu & sensilibus Liber unus; de Memoriâ & Reminiscentiâ Liber unus; de Somno & Vigiliâ Liber unus; de Insomnijs Liber unus; de Divinatione per somnum Liber unus; de Animalium motione Liber unus; de Longitudine & brevitate vitæ Liber unus; de Juventute & Senectute, Vitâ & Morte, & de Respiratione Liber unus;* ac demùm *de Partibus Animalium Libri quatuor.*

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* octogesimus sextus.

L.

Quinquagesimus (2) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque folijs *quinquaginta*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 44 pag. 1, *Aristotelis de Animâ Libri tres*, quorum *primus*, ut in præcedentibus Codicibus, inscribitur atque incipit his verbis: Τῶν καλῶν ϗ τιμίων τὴν εἴδησιν &c.

Secundò, & quidem à fol. 44 pag. 1 usque ad fol. 50 pag. 1, *Aristotelis Liber de Insecabilibus lineis*, cujus titulus & principium: Ἆρά γε εἰσὶν ἄτομοι γραμμαὶ, καὶ ὅλως ἐν ἅπασι τοῖς ποσοῖς ἐστί τι ἀμερὲς, &c. Exstat in hunc Librum *Paraphrasis græca Georgij Pachymeris*, quam vide in Operum *Aristotelis* editione græcâ Sylburgianâ Tom. VI pag. 26.

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* centesimus septuagesimus septimus.

LI.

Quinquagesimus primus (3) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque folijs *ducentis & tribus*, & primùm quidem ad (4) *Georgium Trapezuntium*, posteà autem ad *Joannem Sambucum*, ut ipsi propriæ manûs inscriptionibus testantur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* octogesimus secundus. (4) *Obijt is Romæ valdè senex A. C.* 1485. *Plura de eodem, ut & ejus* effigiem *æri incisam, vide in Libri* sexti *horum Commentariorum Appendice pag.* 274 *&* 278.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 4 pag. 1, *Aristotelis Liber primus de Animâ*; sed imperfectus.

Secundò, & quidem à fol. 5 pag. 1 usque ad fol. 20 pag. 2, *anonymi cujusdam antiqui Autoris Præparatio in Claudij Ptolemæi Magnam Constructionem*, cujus titulus & principium: Προκατασκευὴ εἰς τὴν μεγάλην σύνταξιν, καὶ εἰς τοὺς προχείρους κανόνας τῆς ἀστρονομίας, ἧς ἄνευ ἐπιστημικῶς ἐπ᾽ ἐκεῖνα προχωρῆσαι ἀδύνατον. Ῥητὸς ἀριθμός ἐστιν ὁ ἐξ ὅλων μονάδων συγκείμενος· ἄρρητος δὲ &c.

Tertiò, & quidem à fol. 21 pag. 1 usque ad fol. 105 pag. 2, *Nicomachi Geraseni, Philosophi Pythagorei, Introductionis Arithmeticæ Libri duo, cum Annotationibus nonnullis antiquis Græcis marginalibus*; quorum *primus* inscribitur atque incipit his verbis: Νικομάχου Πυθαγορείου Ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς βιβλίον α΄. Οἱ παλαιοὶ καὶ πρῶτοι, μεθοδεύσαντες ἐπιστήμην, κατάρξαντος Πυθαγόρου, ὡρίζοντο φιλοσοφίαν εἶναι φιλίαν σοφίας, ὡς καὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα ἐμφαίνει, τὴν περὶ Πυθαγόρου πάντων Σοφῶν καλουμένων &c; *secundus* autem sive ultimus definit hoc modo: τοσαῦτα ἐν πρώτῃ εἰσαγωγῇ ἀρκείτω. Τέλος τῆς Νικομάχου ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς. Ibidem quoque nomen *Nicephori*, qui Codicem hunc suâ manu exaravit, indicatur his verbis: Θεοῦ τὸ δῶρον, καὶ Νικηφόρου πόνος. Meminit hujus *Introductionis Arithmeticæ Photius Patriarcha CPnus* in recensione Codicis CLXXXVIIm̄i suæ Bibliothecæ, ubi de alijs *duobus* ejusdem *Nicomachi Libris*, Ἀριθμητικῶν θεολογουμένων, sive, *de Arithmeticâ ad Theologiam gentilem applicatâ*, inscriptis, fusè disserit. Plura tùm de ipso *Nicomacho*, tùm de *Jamblichi Chalcidensis in Introductionem* ejus *Arithmeticam Commentario*, vide in jam memorati Commentarij editione græco-latinâ in quarto, studio & operâ *Samuelis Tennulij* A. 1668 Daventriæ typis Wilhelmi Wieri adornatâ, nec solùm ipsius *Tennulij* pereruditis Notis, verùm etiam *Joachimi Camerarij* doctissimâ Explicatione illustratâ.

Quartò, & quidem à fol. 107 pag. 2 usque ad fol. 176 pag. 1, *Claudij Ptolemæi Harmonicorum, sive de Musicâ, Libri tres*, quorum *primus* inscribitur atque incipit his verbis: Κλαυδίου Πτολεμαίου Ἁρμονικῶν πρῶτον. Κεφάλαιον α΄ περὶ τῶν ἐν ἁρμονικῇ κριτηρίων. Ἁρμονική μέν ἐστι δύναμις καταληπτικὴ τῶν ἐν τοῖς ψόφοις &c. Transtulit hosce *tres Ptolemæi Harmonicorum Libros*, non tamen ex hoc, sed alio quodam Codice manuscripto græco, in linguam latinam *Antonius*

Gogava

Gogava Graviensis, eósque in lucem edidit Venetijs apud Vincentium Valgrisium A. 1562 in quarto, unà cum *Aristoxeni*, Musici antiquissimi, *Harmonicorum Libris tribus*, & cum *Aristotelis* de objecto Auditûs fragmento, ex *Porphyrij* Commentarijs; ibique versio illa *Harmonicorum Ptolemæi* incipit his verbis: *Claudij Ptolemæi Pelusiensis Harmonicorum sive de Musicâ Liber primus. Caput primum: Quibus in Harmonicâ facultate utendum sit arbitris. Harmonica quidem facultas in percipiendâ sonorum acuminis & gravitatis differentiâ consistit. Sonus autem* &c. Plura de ijsdem Libris vide apud V.CL. *Gerar. Joan. Vossium* Libri doctissimi de Scientijs Mathematicis cap. 22 § 4, ubi inter alia refert, eos græcè manuscriptos *Oxoniensi Bibliothecæ* donatos fuisse ab (1) *Henrico Savilio*. Quod porrò autem ad *Porphyrij* & *Manuelis Bryennij Commentaria* in eosdem *Ptolemæi* Libros attinet, eorum (2) suprà quidem jam est facta mentio in recensione Codicis XXXVIIIvi, num. 15; sed suo deinceps tempore de ijsdem infrà agetur accuratiùs.

(1) *Vide Lib. tertij horũ Commentariorum Appendicem pag. 381 & deinceps.*

(2) *Vide suprà pag. 77 & 78.*

Quintò, & quidem à fol. 177 pag. 1 usque ad fol. 180 pag. 2, anonymi cujusdam antiqui Græci Autoris *Dialectica*, cujus principium sine ullo titulo est tale: Τί ἐστι διαλεκτική; τέχνη συλλογιστικῶς ἀνάγκαις τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸ ψεῦδος ἀποδεικνύουσα. Γίνωσκε, ὅτι πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεός, οὐρανὸν, γῆν, θάλασσαν, &c.

Sextò, & quidem à fol. 181 pag. 1 usque ad fol. 189 pag. 2, anonymi cujusdam *Annotationes miscellaneæ, ad Medicinam, Astrologiam, Magiam naturalem, aliáque nonnulla curiosa Artificia pertinentes*; inter quas sunt Στεφάνου Ἰατροῦ Ἀθηναίου Φιλοσόφου, hoc est, (3) *Stephani Atheniensis Medici & Philosophi, Remedia quædã contra dolores dentium & capitis, aliósque nonnullos morbos*. Exstat quoque ibidem singulare quoddam *Artificium scribendi auro*, cujus titulus & principium: Κατασκευὴ τῆς χρυσογραφίας. Λαβὼν ἐπὶ χεῖρας σου πέταλον χρυσὸν &c.

(3) *Vide Lib. VI horum Commentar. pag. 212.*

Septimò, & quidem à fol. 190 pag. 1 usq; ad fol. 197 pag. 2, anonymi cujusdam Collectoris Ἐκλογαὶ sive *Excerpta varia arcana ex diversis antiquis sapientissimis Medicis*, quorum titulus & principium: Ἐκλογαὶ ἄρισται ἐκ διαφόρων σοφωτάτων ἰατρῶν. Γυνὴ, ἣν μὴ λαμβάνειν γαστρὶ &c.

Octavò, & quidem à fol. 198 pag. 1 usque ad fol. 203 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Narratio de Daniele in captivitatem Babylonicam abducto*; cujus principium sine ullo titulo est tale: Στρα-

Στρατευσάμενος οὖν Ναβουχοδονόσωρ ὁ βασιλεὺς κατὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ πολεμήσας αὐτὴν, ἠχμαλώτευσε πάντα τὸν λαὸν &c. Vide, præter ipſum *Librum Danielis, Flavij Joſephi* Antiquitatum Judaicarum librum decimum capite duodecimo.

LII.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philoſophicos & Philologicos Græcos vigeſimus octavus.*

Quinquageſimus ſecundus (1) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, conſtátque folijs *centum triginta novem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *Simplicij Commentaria in Ariſtotelis Libros tres de Animâ;* quorum *primum* principio mutilum, deſinit hoc modo: εἴη ἂν καὶ αὐτοτελὲς τὸ εἶδος ψυχικόν. Τέλος σὺν Θεῷ τοῦ ΣΙΜΠΛΙΚΙΌΥ εἰς τὸ πρῶτον Ἀριστοτέλους περὶ ψυχῆς. *Secundum* autem inſcribitur atque incipit his verbis: ΣΙΜΠΛΙΚΙΌΥ Ἐξήγησις εἰς τὸ περὶ ψυχῆς δεύτερον Ἀριστοτέλους. Ἐν τῷ πρώτῳ ἱστορήσας τε ἅμα τὰς τῶν (2) παλαιοτέρων δόξας &c. Edidit hæc *Simplicij Commentaria græcè Andreas Aſulanus* typis Aldinis Venetijs A. 1527 in folio; *latinè* autem eadem vertit *Evangeliſta Lungus Aſulanus,* atque itidem Venetijs edidit A. 1554 apud Hieronymum Scotum in folio. Principium Commentarij primi, excepto *Procemio*, in jam memoratis editionibus impreſſis *græcè* eſt tale: Τὸ προοίμιον τὸν σκοπόν τε ἅμα τῆς προκειμένης πραγματείας δείκνυσι, καὶ &c; *latinè* autem: *Præſens Prooemium propoſitæ facultatis intentionem deſignat, ſimul* & &c. *Eclogas* ſive *Excerpta* ex iiſdem *Simplicij Commentarijs,* ſub titulo Βραχείας ἐξηγήσεως, ſive, *Brevis Expoſitionis*, edidit *græcè Jacobus Schegkius* Baſileæ typis Joannis Hervagij A. 1544 in octavo.

(2) *In editione Venetâ Aldinâ legitur τῶν παλαιῶν.*

LIII.

(3) *Fuit is olim extra numerum.*

(4) *Vide ibi fol. 155 pag. 2.*

Quinquageſimus tertius (3) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, conſtátque folijs *ducentis duodecim*, & primùm quidem ad (4) *Michaelem Sophianum*, poſteà autem ad *Joannem Sambucum* pertinuit, eſtque unus ex illis libris, quos à reliquâ *Sambuci* Bibliothecâ avulſos, *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 123 pag. 2, *Sophoniæ Paraphraſis in Ariſtotelis Libros tres de Animâ,* in *totidem Libros* diviſa, & hactenùs, quod ego ſciam, nondum edita; quorum *primus* in *Capita ſeptendecim* diviſus, inſcribitur atque incipit hoc modo:

Παρά-

Παράφρασις εἰς τὸ περὶ ψυχῆς τοῦ σοφωτάτου κυρίου ΣΟΦΟΝΙΌΥ. Κεφάλαιον ά. Τὸ πρῶτον Προοίμιον καὶ κοινόν. Τοῖς τῶν Ἀριστοτελικῶν συνταγμάτων ἐξηγηταῖς, ἄλλοις ἄλλως ἐπῆλθε περάναι τὰ τῆς ὑποθέσεως. ⊕ μὲν γὰρ &c. Sequitur deinde Caput secundum: Κεφάλαιον β'. Τὸ δεύτερον Προοίμιον καὶ ἴδιον, ἐν ᾧ ἔπαινος τῆς περὶ ψυχῆς πραγματείας, καὶ ὑπεροχὴ πρὸς τὰς ἄλλας, καὶ εἰς ὅσα χρήσιμος. Ἀρχὴ τοῦ πρώτου τμήματος. Ἡ περὶ ψυχῆς πραγματεία, οὐ μόνον ὅτι καλλίστη καὶ θειοτάτη, ἀλλ' &c; *Liber secundus* ejusdem Paraphraseos, in *Capita viginti novem* divisus: Ἀρχὴ τοῦ δευτέρου τμήματος. Ἐπειδὴ τὰ παραδεδομένα περὶ ψυχῆς περὶ τῶν ἄλλων, ἐφόσον ἕκαστος ἀπεφήνατο τῶν προτέρων, εἴρηται σχεδὸν, νῦν &c; *Liber tertius*, in *Capita triginta quinque* divisus: Ἀρχὴ τοῦ τρίτου τμήματος. Τούτων οὕτω διωρισμένων, ἀνάγκη εἴπερ ἐκλείποι τὶς αἴσθησις, καὶ αἰσθητήρια ἡμῖν ἐκλελοιπέναι. μήποτε γὰρ &c. Finis denique totius tripartitæ Paraphraseos est talis: ἑκάτερον γὰρ ἑκατέρου χωρὶς οὐδὲν ἢ μικρὸν ὀνήσει. Τέλος τῆς παραφράσεως εἰς τὸ περὶ ψυχῆς τοῦ σοφωτάτου κυρίου ΣΟΦΟΝΙΌΥ. Cæterùm quis ille fuerit *Sophonias*, & quando vixerit, nondum mihi satis liquet; nec aliud in præsens addo, quàm quòd arbitror, hunc esse eundem atque *Sophoniam Monachum*, cujus *Commentarium græcum manuscriptum in Aristotelis Categorias* R.P. *Philippus Labbeus* S.I. in Novâ Bibliothecâ Manuscriptorum Librorum pag. 115 commemorat. In ejusdem autem *Labbei* Catalogo Græcorum *Aristotelis* Interpretum, ut & in *Joannis Jacobi Frisij* Bibliothecâ Vniversali Gesnerianâ nulla istius *Sophoniæ* fit mentio.

Secundò, & quidem à fol. 124 pag. 1 usque ad fol. 141 pag. 2, *Georgij Gemisti Plethonis ex Diodori Siculi Bibliothecæ Historicæ libro secundo Excerptum de Assyriorum & Medorum Regno*; cujus titulus & principium: Πλήθωνος ἐκ τῶν Διοδώρου τοῦ Σικελιώτου ἱστοριῶν περὶ τῆς Ἀσσυρίων καὶ Μήδων βασιλείας. (1) Τὸ παλαιὸν κατὰ τὴν Ἀσίαν ὑπῆρχον ἐγχώριοι βασιλεῖς, ὧν οὔτε πρᾶξις ἐπίσημος, οὔτε ὄνομα μνημονεύεται. πρῶτος δὲ &c; finis autem: (2) τούτου δὲ ὑπὸ Κύρου τοῦ Πέρσου καταπολεμηθέντος, τὴν βασιλείαν εἰς Πέρσας μεταπεσεῖν. Idem Excerptum exstat etiam in alio quodam *Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ* Codice manuscripto Græco, inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos olim *octogesimo*, ut Libri *primi* horum Commentariorum pag. 134 & 135 uberiùs indicavi; ubi simul etiam monui,

N jam

(1) *Vide Bibliotheca Historica* Diodori Siculi *editionem græco-latinam Laurentij Rhodomani Hanoviæ typis Wechelianis A. 1604 in folio pag. 90.* (2) *Vide ibidem pag. 120.*

jam memoratum *Diodori Siculi* fragmentum à *Joanne Jacobo Frisio* in Bibliothecâ Vniverſali & à R. P. *Antonio Poſſevino* S. I. in Catalogo Manuſcriptorum Codicum Græcorum Sacrorum, qui Apparatui Sacro ſubjunctus eſt, perperàm appellari *Epitomen Hiſtoriarum Sicularum.*

Tertiò, & quidem à fol. 142 pag. 1 uſque ad fol. 155 pag. 2, *Georgij Gemiſti Plethonis ex Appiani Alexandrini Hiſtoriarum Romanarum Libro de Bellis Syriacis Excerptum de Macedonicis Syriæ Regibus*; cujus titulus & principium: Πλήθωνος ἐκ τῶν Ἀππιανοῦ ἱστοριῶν περὶ τῶν κατὰ Συρίαν Μακεδονικῶν βασιλέων. Ἀλέξανδρος μὲν βασιλεὺς ἦν ἐπὶ Πέρσαις (1) καὶ Σύρων, ὁ καὶ πάντων βασιλεὺς, ὁπόσων εἶδεν. Ἀλεξάνδρου δ' ἀποθανόντος ἐπὶ παισὶ, τῷ μὲν βραχεῖ πάνυ (2) νόθῳ τῷ ἐκ Βαρσίνης, τῷ δὲ ἔτι κυουμένῳ γνησίῳ ἐκ Ῥωξάνης, οἱ μὲν Μακεδόνες πόθῳ τοῦ Φιλιππείου γένους &c. Vide *Appiani Alexandrini* editionem græcam Pariſinam Caroli Stephani typis Regijs A. 1551 in folio pag. 84, & Librum *primum* horum Commentariorum pag. 134.

(1) In editione græcâ Pariſinâ perperàm deeſt particula καὶ. *(2) In eâdem editione eſt hic locus mutilus. Deſunt enim ibi hæc verba,* νόθῳ τῷ ἐκ Βαρσίνης, *&* *paulò pòſt* γνησίῳ ἐκ Ῥωξάνης. *Ibidem quoque pro* κυουμένῳ *legitur* κυϊσκομένῳ.

Quartò, & quidem à fol. 156 pag. 1 uſque ad fol. 163 pag. 1, *S. Nili, ex Præfecto Vrbis Conſtantinopolitanæ Monachi & Abbatis*, qui circa annum Chriſti 440 obijt, *Capita octo de octo Spiritibus malitiæ*, quorum titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Νείλου περὶ τῶν ὀκτὼ τῆς πονηρίας πνευμάτων. Κεφάλαιον ά. περὶ γαστριμαργίας. Ἀρχὴ καρποφορίας ἄνθος, καὶ ἀρχὴ πρακτικῆς ἐγκράτεια. ὁ κρατῶν γαστρὸς &c. Plura de his *octo Capitibus* vide Libri *quinti* horum Commentariorum pag. 68, 88, 349 & 350.

Quintò, & quidem à fol. 164 pag. 1 uſque ad fol. 200 pag. 1, ejuſdem *S. Nili Liber de Chriſtianâ Philoſophiâ*, cujus titulus & principium: Περὶ τῆς κατὰ Χριστὸν Φιλοσοφίας, καὶ οἵους δεῖ εἶναι τοὺς ταύτῃ προσερχομένους, καὶ ὅτι περὶ τῆς τελείας ἐν τῇ ἀρετῇ ἕξεως ἐπικίνδυνον τὴν ἑτέρων ἀναδέχεσθαι προστασίαν. Φιλοσοφεῖν μὲν ἐπετήδευσαν καὶ ἑλλήνων πολλοὶ, καὶ Ἰουδαίων δὲ οὐκ ὀλίγοι. μόνοι δὲ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν ἐζήλωσαν οἱ τοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ, ἐπεὶ καὶ μόνοι τὴν Σοφίαν αὐτὴν ἔσχον διδάσκαλον ἔργῳ, ὑποδείκνυσαν &c.

Sextò, & quidem à fol. 201 pag. 1 uſque ad fol. 212 pag. 1, ejuſdem *S. Nili Capita centum quinquaginta tria de Oratione*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ περὶ προσευχῆς κεφάλαια ρνγ'. Προοίμιον. Πυρέττοντά με τῷ φλογμῷ τῶν ἀκαθάρτων παθῶν, συνήθως &c. Κεφάλαιον ά. Εἴ τις βούλοιτο εὐῶδες

θυμίαμα

θυμίαμα σκευάσαι, &c. Vide Librum *quintum* horum Commentariorum pag. 68, 80 & 87.

LIV.

Quinquagesimus quartus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* in *quarto*, constátque folijs *ducentis undecim*, & primùm quidem pertinuit ad (2) *Mathusalam*, *Monachum Sancti Montis Sinai*, qui illum totum suâ manu scripsit, posteà autem ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, comparatus est *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 96 pag. 2, *Aristotelis de Partibus animalium Libri quatuor cum Michaelis Ephesij Scholijs*, quæ à *Petro Victorio*, cum *Porphyrij Libris quatuor* Περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, hoc est, *De abstinentiâ ab esu animalium*, seu, ut ille vertit, *De non necandis ad epulandum animantibus*, Florentiæ A. 1548 typis Bernardi Junctæ *græcè* in folio, *latinè* autem Basileæ typis Petri Pernæ *Dominico Monthesauro Veronensi* interprete in octavo edita sunt.

Secundò, & quidem à fol. 97 pag. 1 usque ad fol. 124 pag. 1, *Aristotelis Liber* Περὶ ζώων πορείας, sive, *de Animalium incessu cum Michaelis Ephesij Scholijs*, quiorum principium: Τῆς προκειμένης πραγματείας τ περὶ ζώων πορείας ἐπιγραφομένης τὸν σκοπὸν &c. Edidit hæc *Scholia græcè Franciscus Asulanus* Venetijs typis Aldinis A. 1527 in folio, cum *Simplicij Commentarijs in tres Libros Aristotelis de Animâ*, & *Alexandri Aphrodisiensis Commentarijs in Librum de Sensu & sensilibus.*

Tertiò, & quidem à fol. 125 pag. 1 usque ad fol. 211 pag. 1, *Aristotelis de Generatione animalium Libri quinque cum Mathusala, Monachi Sancti Montis Sinai, Annotationibus nonnullis græcis, sparsim in margine adjectis.* In fine autem exstat hæc subscriptio: Κόπος καὶ οὗτος Μαχείρος, τοῦ καὶ Μαθουσάλα. ἐγράφη δὲ ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Σάβα εἰς τὸ σπήλαιον, καὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει Ἱερουσαλὴμ, Ἰνδικτιῶνος η τοῦ ζ, ν, η ἔτους, καὶ ἐλήφθη τὸ ὅλον ἀπὸ παλαιοῦ πάνυ βιβλίου. Hoc est: *Etiam hic est labor Machiris, aliàs quoque dicti Mathusalæ. Scriptus autem est hic Codex partim in Monasterio S. Sabæ in speluncâ, & partim in Sanctâ Urbe Hierusalem, Indictione octavâ anni Mundi 7058*, (hoc est, anni Æræ Christianæ vulgaris 1550,) &, *quicquid eo continetur, desumptum est ex Libro valdè antiquo.*

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos centesimus octavus.*

(2) *Vide etiam suprà pag. 79 & 84.*

 LV.

LV.

Quinquagesimus quintus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & elegans in *quarto*, constátque folijs *quadraginta*. Continetur eo *S. Epiphanij, Constantiæ sive Salaminis in Cypro Insulâ Episcopi, Physiologus, sive, Excerpta ex Libris Aristotelis, Physiologi sive Exploratoris Naturæ per Excellentiã dicti, de Naturâ animalium, cum Expositione & Applicatione Theologicâ.* Ipsa tituli græci verba cum principio Libri sunt hæc: Ἐπιφανίου Ἀρχιεπισκόπου Κύπρου ἐκ τοῦ Φυσιολόγου, ὃς ἐλάλησε περὶ φύσεως ἑκάστου γένους θηρίων τε καὶ πετεινῶν· καὶ ὁ Φυσιολόγος ἄρξηται λέγειν περὶ τοῦ Λέοντος. Ἀρξώμεθα λαλῆσαι περὶ τοῦ λέοντος, τοῦ βασιλέως τῶν θηρίων ἤτοι τῶν ζώων· καὶ γὰρ ὁ Ἰακὼβ εὐλογῶν &c. Adjunctæ etiam in eodem Codice singulis Capitibus sunt *vetustæ Imagines*, cujusque Capitis argumento convenientes, & vivis coloribus illuminatæ. Plura de eodem *S. Epiphanij* Libro vide Libri *quinti* horum Commentariorum pag. 280, 281, & Libri sexti pag. 120.

LVI.

Quinquagesimus sextus (2) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* in *quarto*, constátque folijs *centum nonaginta quinque*, & ad doctissimum celeberrimúmque Virum *Joannem Jovianum Pontanum*, ut ipse propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 23 pag. 2, *Aristotelis* Φυσιογνωμονικά, sive, *Liber de Physiognomoniâ*, cujus principium sine ullo titulo est tale: Ὅτι (3) καὶ διάνοιαι ἕπονται τοῖς σώμασι, &c; finis autem ob defectum aliquot foliorum deest.

Secundò, & quidem fol. 24 pag. 1, *Aristotelis Libellus* (4) *de Ventorum regionibus & nominibus*, cujus maxima pars prior ob defectum aliquot foliorum ibi deest; exigua autem pars posterior residua desinit his verbis: - - - λαμπίας· τὸ δὲ ὄνομα ἀπὸ τοῦ Πιερικοῦ Ὀλύμπου· ὀχλεῖ δὲ πυῤῥαίους. ὑπογέγραφα δέ σοι καὶ τὰς θέσεις αὐτῶν, ὡς κεῖνται καὶ πνέουσιν· ὑπογράψας τὸν τῆς γῆς κύκλον, ἵνα καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν σοι τεθῶσιν.

Tertiò, & quidem à fol. 24 pag. 1 usque ad fol. 71 pag. 1, *Aristotelis Liber* Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, sive, *de mirabilibus Auscultationibus*; qui ab editionibus impressis valdè discrepat, atque incipit his verbis: (5) Λέγεται περὶ τὰ Τύανα ὕδωρ εἶναι Ὁρκίου Διός· (6) καλοῦσι

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

(2) *Fuit is olim inter Codices* MStos *Philosophicos & Philologicos Græcos* ducentesimus sexagesimus.

(3) *Ita ibi scriptum est; nempè* καὶ *pro* αἱ, *ut vulgò legitur.*

(3) *Inscribitur is vulgò,* Ἀνέμων θέσεις καὶ προσηγορίαι ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους περὶ σημείων· *hoc est:* Ventorum Situs & nomina ex Aristotelis Libro de Signis.

(5) *Invenit hoc principium etiam* Henricus Stephanus *in plerisque veteribus Codicibus manuscriptis, quibus ipse, cùm hunc* Aristotelis *Librum ederet, olim usus est; ut testantur* Fridericus Sylburgius, Isaacus Casaubonus *&* Guillelmus Du-Vallius *in fine editionum suarum ejusdem Libri.* (6) *In jam memoratis editionibus verbum* καλοῦσι *deest, & paulò pòst pro* ἡ πηγὴ *perperàm legitur* ἐν πηγῇ.

λῦσι δὲ αὐτὸ Ἀσβαμαῖον· ἡ πηγὴ ἀναδίδοται πάνυ ψυχρά. παφλάζει δὲ &c; desinit autem: ὡς δὲ περιεσπάσθη ὁ ὄφις εἰς τὸν κύκλον, λύσιν εὐθὺς φθέγξασθαι αὐτόν. Vulgare ejusdem Libri principium est tale: Ἐν τῇ Παιονίᾳ φασὶν ἐν τῷ ὄρει τῷ Ἡσάινῳ &c: finis autem: ὡς δὲ περιεσπάσθη ὁ ὄφις εἰς τὸν κύκλον, λύσιν εὐθὺς φθέγξασθαι αὐτοῦ.

Quartò, & quidem à fol. 71 pag. 2 usque ad fol. 105 pag. 2, *Aristotelis Liber de Mundo ad Alexandrum Magnum*; de quo vide plura suprà in recensione Codicis XLVIImi, num. 1, pag. 86.

Quintò, & quidem à fol. 105 pag. 2 usque ad fol. 120 pag. 2, *Aristotelis Liber* περὶ πνεύματος, sive, *de Spiritu*, cujus principium: Τίς ἡ τοῦ ἐμφύτου πνεύματος διαμονὴ &c; finis autem: τῶν λόγων ὑποληπτέον.

Sextò, & quidem à fol. 121 pag. 1 usque ad fol. 159 pag. 2, *Aristotelis Mechanicorum Liber*, cujus principium: Θαυμάζεται τῶν μὲν κατὰ φύσιν συμβαινόντων, ὅσων ἀγνοεῖται τὸ αἴτιον· τῶν δὲ παρὰ φύσιν &c; finis autem: ἅπαντα ἀνάγκη εἰς τοῦτο δὴ ἀθροίζεσθαι. Edidit hunc Librum græcè & latinè separatim, & doctissimo Commentario illustravit *Henricus Monantholius*, Medicus & Mathematum Professor Regius Parisinus, Lugduni Batavorum typis Commelinianis A. 1600 in quarto.

Septimò, & quidem à fol. 160 pag. 1 usque ad fol. 181 pag. 1, *Aristotelis Liber de Xenophane, Zenone & Gorgia*, cujus principium: Ἀΐδιον εἶναί φησιν εἴ τι ἐστιν, &c; finis autem: καὶ ταῦτα ἐξεταστέον.

Octavò, & quidem à fol. 181 pag. 1 usque ad fol. 195 pag. 1, *Aristotelis Liber* (1) περὶ ἀτόμων γραμμῶν, sive, *de Insecabilibus lineis*; cujus principium: Ἆρά γέ εἰσιν ἄτομοι γραμμαὶ &c. In fine autem ejusdem Libri exstat subscriptio græco-latina, quâ indicatur Codicem hunc scriptum esse *anno Christi millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo*. Quod denique ad suprà memoratum ejusdem Codicis primum possessorem *Joannem Jovianum Pontanum*, *Cereti* in *Vmbriâ* natum, attinet, is literarum gloriâ florere cœpit circa annum Christi 1468, & A. 1505 obijt, cùm ageret annum ætatis septuagesimum octavum. Plura de eo vide apud *Gerardum Joannem Vossium* Libri tertij de Historicis Latinis capite octavo, pag. 607 & 608.

(1) *Plura de eodem vide suprà pag. 93 in recensione Codicis Lmi, num. 2.*

LVII.

Quinquagesimus septimus (2) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *folio*, constátque folijs *centum quadraginta*

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos du-*centesimus trigesimus septimus.

draginta octo, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo *Aristotelis Metaphysicorum Libri quatuordecim*, quorum *primus* incipit: Πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι φύσει ὀρέγονται &c; *ultimus* autem definit: μήδε ταύτας εἶναι τὰς ἀρχάς. Plura de his *Metaphysicorum* Libris vide suprà pag.72 & 73 in recensione Codicis XXXIVti, num. 6, & pag.77 in recensione Codicis XXXVIIIvi, num. 14.

LVIII.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* centesimus decimus *tertius.*

Quinquagesimus octavus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* in *quarto*, constátque folijs *centum octoginta octo*, & primùm quidem pertinuit ad *Mathusalam*, *Monachum Sancti Montis Sinai*, qui illum suâ manu scripsit, posteà autem ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, comparatus est *Constantinopoli.* Continentur eo *Aristotelis Metaphysicorum Libri quatuordecim*, *cum Eclogis sive Excerptis ex Joannis Philoponi in eosdem Expositione*, quorum titulus & principium: Ἐξήγησις τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ Ἀριστοτέλους ἀπὸ τοῦ Φιλοπόνου Ἰωάννου. Μετὰ τὰ φυσικὰ ἐπιγέγραπται ἡ πραγματεία, οὐ κατὰ τὴν τάξιν τοῦ πράγματος, ἀλλὰ κατὰ τὴν τάξιν τῆς ἀναγνώσεως. διαλαμβάνει γὰρ &c.

LIX.

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* secundus.

(3) *Vide ibi fol.* 45 *pag.* 2.

(4) Maximilianus II *electus quidem fuit* Rex Bohemiæ *A.C.*1548 *d.* 14 *Februarij; sed decimo quarto demùm pòst anno, nempe A. C.* 1562 *d.* 20 *Septembris, primùm coronatus est, patre* Imp. Ferdinando I *adhuc superstite.*

Quinquagesimus nonus (2) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *membranaceus* elegantissimus & prorsus regiè compactus *in folio regali*, constátq; folijs *nonaginta*, & primùm quidem ad *Illustrissimũ* (3) *Andream Matthæum Aquavivam, Ducem Adriæ*, posteà autem ad *Joañem Sambucum* pertinuit, & ab eodem *Maximiliano II*, nondum adhuc Imperatori, sed tantùm *Regi Bohemiæ*, dono datus est, ut patet ex sequenti inscriptione, quæ ibidem in principio collocata est: *MAXIMILIANO*, *Regi* (4) *Bohemiæ*, *Archiduci Austriæ*, *Duci Burgundiæ*, *&c*, *Domino suo clementissimo*, *infimus cliens Joannes Sambucus Pannonius.* Continentur eo *Aristotelis Ethicorum ad Nicomachum Libri decem*, quorum *primus* inscribitur atque incipit his verbis: Ἀριστοτέλους Ἠθικῶν Νικομαχείων βιβλίον ά. Πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος, ὁμοίως πρᾶξίς τε καὶ προαίρεσις, &c; decimus autem sive ultimus definit: καὶ τίσι νόμοις καὶ ἔθεσι χρώμενη. λέγομεν οὖν ἀρξάμενοι. Cæterùm quandoquidem hunc Codicem suprà appellavi *elegantissimum*, superest, ut porrò addam, illud non tàm intelligendum esse de externâ compacturâ, quæ magnifica profectò ac Regia est,

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΗΘΙΚΩΝ ΝΙΚΟΜΑ-
ΧΕΙΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

Hæ duæ Imagines pertinent ad Libri Septimi Commentariorum de Augustissimâ Biblio-theca Cæsarea Vindobonensi paginam 103.

est, quàm de pulcherrimis *Miniaturis inauratis*, quibus singulorum Librorum frontispicia mirificè exornata sunt. Cernuntur enim ibi sumptuosâ magnificentiâ depictæ *variæ* (1) *Fabulæ Poeticæ*, nec non (2) *novem Musæ* & (3) *tres Charites* sive *Gratiæ*, aliæque longè plures Imagines, ex quibus speciminis loco *quatuor*, fideliter delineatas æriq; incisas, hîc exhibeo. Harum *primâ*, quæ pars est frontispicij *Libri primi*, repræsentatur sub elegantissimo quodam Arcu triumphali, *Platonis* & *Aristotelis* capitibus insignito, *Anima humana*, tanquam *Foemina capite alato & pedibus igneis*, pallio suo complectens *quatuor* præcipuas *Virtutes*, quas vulgò *Cardinales* vocant; nempè *Justitiam* cum gladio, *Prudentiam* cum speculo, *Fortitudinem* cum columnâ, & *Temperantiam* cum urceolo. Cur autem *Anima* capite alato & pedibus igneis figuretur, vide apud *Joannem Pierium Valerianum* Hieroglyphicorum libro vigesimo primo, ubi agitur *de Accipitre*, & in Appendice ejusdem Operis, ubi agitur *de Pasiphae*, & de æthereo igneóq; animarum vehiculo; item apud *Fortunium Licetum* in Expositione veterum Gemmarum annularium capite 127 ubi exhibetur *Psyche cum alis Pyralidis*, & apud R. P. *Athanasium Kircherum* S. I. Obelisci Pamphilij capite quinto, ubi *Zoroastris* & *Pythagoræ* traditio *de animæ alis* accuratè expenditur. *Secundâ* suprà memoratarum quatuor Picturarum, quæ pars est frontispicij *Libri sexti*, repræsentatur *Naturalis Cupido sciendi*, tanquam *Foemina, utrâque manu tenens Sphingem, eámque intentè auscultans*; quia nempè Cupido illa, animæ humanæ congenita, latentes rerum causas curiosâ scrutatione inquirit, iisque inventis, cessat; nondum autem inventis ingenia macerat. De quâ hieroglyphicâ *Sphingis* explicatione vide plura apud *Fortunium Licetum* in suprà citato doctissimo Opere de antiquis Gemmarum annularium Schematibus capite centesimo quadragesimo tertio, quod orditur his verbis: *Nostra verò sententia, Sphinge quærente solutionem ænigmatis ab homine, designat innatam cuique mortalium sciendi Cupidinem, de quâ Aristoteles Metaphysicorum lib. 1 apertè: Omnis homo naturâ scire desiderat. Ista verò cupiditas innata sciendi congenita est Animæ humanæ, quatenus est constituta duplici parte, rationali scilicet, quæ propria est hominis, & irrationali, quæ sensitiva dicitur, non distinguens hominem à brutis. Quibus duabus intimè conflata mortalium Anima, bellè SPHINGEM repræsentat, monstrum sub humano capite membra brutalia continens; etenim Animæ pars irrationalis ac sensitiva rationali subdita est in homine.* Hucusque *Licetus*. *Tertiâ* suprà memoratarum *quatuor* Picturarum, quæ pars est frontispicij

(1) Exempli gratiâ de Phaetonte, fol. 10 pag. 2, de Tantalo fol. 27 pag. 1, de Prometheo ad Caucasum ligato, & de Sisypho, fol. 36 pag. 1, de Polyphemo & Vlysse fol. 45 pag. 2, &c.

(2) Vide ibi fol. 62 pag. 2.

(3) Vide ibi fol. 72 pag. 1.

ſpicij *Libri ſeptimi*, repræſentatur *Hercules*, cognomine *Muſagetes*, hoc eſt, *Dux & Protector Muſarum*; cui adſtat *Mercurius cum Caduceo*, tanquam *nuncius Pacis*. Plura de eodem *Hercule Muſagete*, & de *Templo*, à *M. Fulvio Nobiliore Romæ* in honorem ejus exſtructo, vide apud *Joañem Roſinum* Libri ſecundi Antiquitatū Romanarum capite 17, & apud *Andream Tiraquellum* in Annotationibus ad *Alexandri ab Alexandro*, Juriſconſulti Neapolitani, Genialium Dierum lib. 2 cap. 14. *Quartâ* denique ſuprà memoratarum *quatuor* Picturarum, quæ pars eſt frontiſpicij *Libri decimi*, repræſentatur *Vrbs Athenienſis*, *Noctuis* & *Statuâ Palladis* ſive *Minervæ* inſignita, ut in apographo æri inciſo ſatis luculenter videre eſt. Quod reſtat, quamvis (1) *Cicero* libro quinto de Finibus bonorum & malorum ad Brutum, cap. 5, pag. 70 editionis Gruterianæ Hamburgenſis in folio, certò videatur affirmare, ſuprà memoratos *decem Libros Ethicorum* non ab ipſo *Ariſtotele*, ſed ab ejus filio *Nicomacho* fuiſſe conſcriptos; attamen non ſolùm ipſa inventio, methodus, tractatio, phraſis, ac probandi ratio, Ariſtotelicum ingenium & acumen repræſentant, verùm etiam ipſe *Ariſtoteles* illos Libros pro ſuis haud obſcurè agnoſcit: nam & in alijs ſuis ſcriptis etiam iſtorum Librorum facit mentionem, & in his ipſis Libris lectorem remittit ad *Poſteriora Analytica*; ac demùm in fine hos Libros connectit cum *Politicis*; quos ab *Ariſtotele* conſcriptos eſſe, extra controverſiam eſt. Quâ de re vide plura apud *Theophilum Golium* in Prolegomenis Epitomes Doctrinæ Moralis, ex decem Libris Ethicorum Ariſtotelis ad Nicomachum collectæ, & per Quæſtiones atque Reſponſiones diſpoſitæ.

(1) *Ipſa illa* Ciceronis *verba ſunt ibi hæc* Quare teneamus Ariſtotelem, & ejus filium NICOMACHVM: cujus accuratè ſcripti de Moribus Libri, dicuntur illi quidem eſſe Ariſtotelis; ſed non video, cur non potuerit patri ſimilis eſſe filius.

LX.

Sexageſimus (2) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *folio*, conſtátque folijs *quadraginta ſeptem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *Ariſtotelis Ethicorum ad Nicomachum Libri quinque priores*, quorum *primus* incipit: Πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος &c; *quintus* autem: Περὶ δὲ δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας &c.

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Philoſophicos & Philologicos Græcos* vigeſimus ſecundus.

LXI.

Sexageſimus primus (3) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *quarto majori*, conſtátque folijs *centum duobus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *Ariſtotelis Ethicorum* *ad*

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Philoſophicos & Philologicos Græcos* ducenteſimus quadrageſimus quartus.





Hæ duæ Imagines pertinent ad Libri Septimi Cōmentariorum de Augustißimâ Bibliothecâ Cæsareâ Vindobonensi paginam 104.

ad Nicomachum Libri decem, quorum *primus* incipit: Πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος &c; *decimus* autem sive ultimus desinit: λεγομένων ἀρξάμενοι.

LXII.

Sexagesimus secundus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* in *quarto*, constátque foliis *centum octoginta*, & ad V. CL. *Sebastianum Ericium*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(1) Fuit is olim extra numerum.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, usque ad fol. 174 pag. 2, *Aristotelis Ethicorum ad Nicomachum Libri decem, cum anonymi cujusdam Autoris Scholiis græcis marginalibus.*

Secundò, & quidem à fol. 175 pag. 1 usque ad fol. 180 pag. 1, *Aristotelis Liber* περὶ ἀρετῶν καὶ κακιῶν, sive, *de Virtutibus & Vitiis*, cujus principium: Ἐπαινετὰ μέν ἐστι τὰ καλὰ, ψεκτὰ δὲ τὰ αἰσχρά· καὶ τῶν μὲν κακῶν &c; finis autem: τῶν ψεγομένων ἐστί. Sequitur deinde ibidem subscriptio quædam græca, quâ indicatur, Codicem hunc scriptum esse à quodã *Ariâ Ferdinandi filio* A.C. 1427. Ipsa verba sunt hæc: Καὶ ἐγὼ Ἀρείας ὁ τοῦ Φερδινάνδου υἱὸς ταῦτα ἔγραψα. 1427.

LXIII.

Sexagesimus tertius (2) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *octavo*, constátque foliis *trecentis quatuor*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(2) Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos quadragesimus nonus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, usque ad fol. 220 pag. 1, *Aristotelis Ethicorum ad Nicomachum Libri decem, cum anonymi cujusdam antiqui Autoris Scholiis græcis marginalibus.*

Secundò, & quidem à fol. 220 pag. 2 usque ad fol. 304 pag. 2, *Aristotelis* Ἠθικῶν μεγάλων, sive, *Magnorum Moralium Libri duo*, quorum *primus* incipit: Ἐπειδὴ προαιρούμεθα &c; *secundus* autem desinit: ἐν τῇ ἐν ἴσοις φίλοις φιλίᾳ.

LXIV.

Sexagesimus quartus (3) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* in *quarto*, constátque foliis *ducentis quinque*, & primùm quidem pertinuit ad *Mathusalam*, *Monachum Sancti Montis Sinai*, qui illum manu suâ scripsit, posteà autem ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, comparatus est *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

(3) Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos ducentesimus sexagesimus septimus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 98 pag. 2, *Aristotelis Ethicorum ad Nicomachum Libri decem*; in quorum fine suprà

memoratus *Monachus Mathusalas* peculiari subscriptione indicat, se illos descripsisse *in Ægypto*.

Secundò, & quidem à fol. 99 pag. 1 usque ad fol. 156 pag. 1, *Aristotelis Metaphysica;* sed imperfecta; & ejusdem *Liber octavus Naturalis Auscultationis*, sive, *Physicorum*, cujus principium: Ἅπαν τὸ κινέμενον &c.

Tertiò, & quidem à fol. 156 pag. 2 usque ad fol. 158 pag. 2, *S. Joannis Damasceni Oratio de Incorruptibili Corpore Christi, quod in Sacrâ Synaxi accipimus;* cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ περὶ τοῦ ἀχράντου σώματος τοῦ Κυρίου, ὃ μεταλαμβάνομεν. Τὸ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν σῶμα, ὃ μεταλαμβάνομεν, ἀδελφοὶ, αὐτό ἐστι τὸ σῶμα &c. Plura de hâc Oratione vide Libri *quinti* horum Commentariorum pag. 116 & 117.

Quartò, & quidem à fol. 159 pag. 1 usq; ad fol. 161 pag. 2, *Theophrasti Eresii Liber* περὶ Πυρὸς, sive, *de Igne;* sed principio mutilus. Vide Operum *Theophrasti* editionem græco-latinam Lugduno-Batavam *Danielis Heinsij* A. 1613 in folio pag. 422, ubi jam memoratus Liber incipit his verbis: Ἡ τοῦ πυρὸς φύσις ἰδιαιτάτας ἔχει δυνάμεις &c.

Quintò, & quidem à fol. 162 pag. 1 usque ad fol. 193 pag. 1, *S. Justini, Philosophi Christiani & Martyris*, qui A. C. 161 vel 163 passus est, *Aristotelicorum quorundam Dogmatum eversio;* de quâ vide plura suprà in recensione Codicis Xmi, num. 3; ubi ea itidem, ut in posteriori hoc Codice, definit his verbis: Εἰ γεννητὸς ὁ οὐρανὸς, πῶς ἀΐδια καὶ ἀγέννητα τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ.

Sextò, & quidem à fol. 193 pag. 2 usque ad fol. 205 pag. 2, *Aristotelis Liber* περὶ ἑρμηνείας, sive, *de Interpretatione cum Mathusalæ, Monachi Sancti Montis Sinai, Annotationibus marginalibus & interlinearibus.*

LXV.

Sexagesimus quintus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, constátque folijs *centum octoginta octo*, & ad celeberrimam instructissimamque (2) *Bibliothecam Fuggerianam*, quæ A. C. 1656 *Augustâ Vindelicorum* in *Augustissimam Bibliothecam Cæsaream* translata est, olim pertinuit. Continetur eo *Anonymi cujusdam antiqui Autoris Paraphrasis in Aristotelis Ethicorum ad Nicomachum Libros decem;* cujus titulus & principium: Παράφρασις τῶν Ἀριστοτέλους Ἠθικῶν Νικομαχείων. Κεφάλαιον α΄. Ὅτι ἐστί τι ἔσχατον τέλος, πρὸς ὃ πᾶσαι τείνονται αἱ ἀνθρώπιναι πράξεις. Ἐν πάσῃ τέχνῃ καὶ μεθόδῳ ἀγαθόν τι ζητοῦμεν· καὶ

(1) *Fuit is olim extra numerum.*
(2) *Vide Lib. 1 horum Commentar. pag. 67, 68, 69.*

παραιρέμεθα· δὲ καὶ πράττομεν ἐκεῖνα, ὅθεν &c; finis autem: καὶ πῶς ἑκάστῃ ταχθεῖσα, καὶ τισι νόμοις καὶ ἔθεσι χρωμένη, πολιτευομένοις λυσιτελήσει. λέγομεν οὖν ἀρξάμενοι.

LXVI.

Sexagesimus sextus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *membranaceus* elegantissimus in *quarto*, constátque folijs *septuaginta septem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(1) *Fuit is olim inter Codices MSstos Philosophicos & Philologicos Græcos censimus trigesimus sextus.*

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 6 pag. 2, *Aristotelis Liber de Virtutibus & Vitijs*, cujus titulus & principium: Ἀριστοτέλους περὶ ἀρετῶν. Ἐπαινετὰ μέν ἐστι τὰ καλὰ, ψεκτὰ δὲ τὰ αἰσχρά· καὶ τῶν μὲν καλῶν &c.

Secundò, & quidem à fol. 7 pag. 1 usque ad fol. 11 pag. 1, *Aristotelis Definitiones Virtutum & Vitiorum ex Ethicis*, quarum titulus & principium: Ἀριστοτέλους Ὅροι ἀρετῶν καὶ κακιῶν ἀπὸ τῶν Ἠθικῶν. Ἀρετή ἐστιν ἕξις προαιρετικὴ, ἐν μεσότητι οὖσα, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 11 pag. 1 usque ad fol. 13 pag. 1, *Aristotelis Definitiones Politicæ*, quarum titulus & principium: Ἀπὸ τῶν Πολιτικῶν. Ἄρχον φύσει ἐστὶ, τὸ δυνάμενον τῇ διανοίᾳ προορᾷν· δοῦλον φύσει, τὸ &c.

Quartò, & quidem à fol. 13 pag. 2 usque ad fol. 25 pag. 2, *Georgij Gemisti Plethonis Liber de Virtutibus*, cujus titulus & principium: Γεωργίου τοῦ Γεμιστοῦ περὶ ἀρετῶν. Ἀρετή ἐστιν ἕξις, καθ' ἣν ἀγαθοὶ ἐσμέν. ἀγαθὸς μὲν δὴ τῷ ὄντι Θεός· ἄνθρωποι δὲ &c. Primus hunc Librum *græcè* & *latinè* edidit *Adolphus Occo*, Medicus Augustanus doctissimus æquè ac celeberrimus, unà cum suprà memorato *Aristotelis Libello de Virtutibus & Vitijs*, Basileæ typis Joannis Oporini A. 1552 in octavo.

Quintò, & quidem à fol. 26 pag. 1 usque ad fol. 48 pag. 2, *Alexandri Aphrodisiensis Liber de Virtutibus*, cujus titulus & principium: Ἐπιδρομὴ, πόθεν ἡ τῶν ἀρετῶν εὕρεσις καὶ σύστασις Ἐπεὶ ἡ εὐδαιμονία τοῖς ἀνθρώποις σκοπὸς, καὶ δεῖ πάντα πράττειν, ὅπως ταύτην κτησαίμεθα, ὡς τέλος τε καὶ μέγιστον τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν, ἀδύνατον δὲ &c; finis autem: διότι καὶ τὸ τέλος ἡμῶν ἐν τῇ τῶν ἀρετῶν παρουσίᾳ τε καὶ κτήσει. Τέλος τῶν περὶ ἀρετῶν κεφαλαίων Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀφροδισιέως.

Sextò, & quidem à fol. 49 pag. 1 usque ad fol. 61 pag. 2, *Isocratis*

tis Oratio ad Demonicum, cujus principium: Ἐν πολλοῖς μὲν, ὦ Δημόνικε, πολὺ διεστώσας εὑρήσομεν, τάς τε τῶν σπουδαίων γνώμας, καὶ τὰς τῶν φαύλων διανοίας· πολὺ δὲ μεγίστην &c.

Septimò, & quidem fol. 62 pag. 1 & 2, anonymi cujuſdam Autoris *Obſervatio de Doricâ Dialecto*; cujus titulus & principium: Περὶ Δωρίδος διαλέκτου. Ἡ Δωρὶς διάλεκτος, ἡ ἀπὸ Δώρου τοῦ Ἕλληνος οὕτω κληθεῖσα, &c.

Octavò, & quidem à fol. 63 pag. 1 uſque ad fol. 66 pag. 1, *Moſchi Syracuſani Idyllium*, inſcriptum *Epitaphium Dionis bubulci amatoris*, quod à nonnullis perperàm attribuitur *Theocrito*, utpote cujus in illo ipſo mentio fit. Inſcribitur illud in hoc Codice atque incipit hoc modo: Μόσχου, ἢ Θεοκρίτου, Σικελιώτου, Ἐπιτάφιος Βίωνος βουκόλου ἐρωτικοῦ. Αἰλινά μοι στοναχεῖτε νάπαι, καὶ Δώριον ὕδωρ, &c.

Nonò, & quidem à fol. 66 pag. 2 uſque ad fol. 71 pag. 1, *Theocriti Syracuſani Idyllium*, inſcriptum *Europa à Jove rapta*, quod in hoc Codice perperàm attribuitur *Moſcho Syracuſano*, & ibidem incipit hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ Μόσχου Σικελιώτου Εὐρώπη, ἢ παρὰ Διὸς ἁρπαγεῖσα. Εὐρώπῃ ποτὲ Κύπρις ἐπὶ γλυκὺν ἧκεν ὄνειρον &c.

Decimò, & quidem fol. 71 pag. 1 & 2, *Moſchi Syracuſani Idyllium*, inſcriptum *Amor fugitivus*; cujus titulus & principium: Ἔρως δραπέτης. Ἁ Κύπρις τὸν Ἔρωτα τὸν υἱέα μακρὸν ἐβώστρει &c.

Undecimò, & quidem fol. 72 pag. 1 & 2, *Moſchi Idyllium*, inſcriptum *Megara uxor Herculis*; cujus principium: Μᾶτερ ἐμὰ τίφθ' ὧδε φίλον κατὰ θυμὸν &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 73 pag. 1 uſque ad fol. 77 pag. 1, *variorum veterum Autorum Epigrammata Græca varia*, quorum primum ſine ullâ inſcriptione incipit: Εὐδαίμων πρῶτον μὲν, ὁ μηδενὶ μηδὲν ὀφείλων, &c.

LXVII.

Sexageſimus ſeptimus (1) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & optimæ notæ in *folio*, conſtátque folijs *ducentis octoginta quatuor*, atque unus eſt ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos, à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos, *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continetur eo (2) *Georgij Pachymeris*, *Conſtantinopoli* quidem oriundi, ſed *Nicææ* nati, *Protecdici* Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ & *Dicæophylacis* Aulæ Conſtantinopolitanæ, qui circa annum Chriſti

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

(2) *Plura de eodem* Georgio *vide ſuprà in Recenſione Codicis XXXIIIIti, pag.* 70 & 71.

1340

1340 obijt, *Epitome universæ Aristotelis Philosophiæ*, divisa in *Libros duodecim*, *Titulos quadraginta septem*, & *Capita ducenta triginta octo*: quæ primùm quidem à *Philippo Bechio*, Philosopho, Medico, atque Academiæ Basileensis Professore Dialectico, ex alijs duobus Codicibus manuscriptis, & ijs quidem, ut ipse testatur, valdè lacunosis, mendosis & corruptis, in latinum sermonem translata, & A. 1560 Basileæ typis Frobenianis in folio *latinè* tantùm edita est; beneficio autem tertij hujus Codicis manuscripti *Cæsarei græcè* simul & *latinè* longè meliùs & accuratiùs denuò edi poterit. Indicat hoc ibidem ipse *Sambucus* hâc propriæ manûs inscriptione: *Philippus Bechius, Medicus Basileensis convertit Basileæ, & excudit Episcopius cum Frobenio A. 1560. Verùm hic Codex longè duobus, quibus uti Interpreti tunc licuit, integrior & probior est. Bechius sæpè nec verba apprehendit, nec sensus reddidit. Sambucus hunc emit octo coronatis, missum ex Italiâ A. 1583.* Hæc de *Bechio* & de seipso ipse *Sambucus*. Cæterùm valdè dolendū est, primum præstantissimi hujus Codicis folium, quod *Præfationem* Autoris usque ad Indicem Operis continuit, culpâ nescio cujus perijsse. Incipit ea *Præfatio* in versione latinâ Bechianâ his verbis: *Ab eo tempore, quo Philosophiæ studijs vacans, atque ejus consideratione in sublime abreptus, quasi ex altâ quâdam speculâ, vitam hominum contemplatus sum*, &c; definit autem: *Auspicabimur autem hinc. Deus Sanctorum sapientûm precationibus exordium faustum velit esse ac felix. Sciendum verò est, Opus hoc Libellos XII, Titulos XLVII, Capita CCXXXVIII comprehendere, quæ Theoremata universæ Aristotelicæ Philosophiæ summatim continent.* Hic igitur *Præfationis* finis in Codice hoc manuscripto *Cæsareo* græco est principium ejus folij, quod olim quidem ibi reverâ fuit *secundum*, nunc autem ob defectum unius præcedentis folij est *primum*, & græcè constat his verbis: Ἄρξομαι δ' ἐντεῦθεν· Θεὸς δὲ τὴν καταρχὴν εὐλογοίη ταῖς τῶν σοφῶν ἁγίων δεήσεσιν. Ἰστέον τοίνυν, ὥσπερ ἔχει ἡ παροῦσα πραγματεία βιβλία δώδεκα· φέροντα τίτλους μὲν τεσσαρακονταεπτὰ, κεφάλαια δὲ διακόσια τριακονταοκτὼ, τὰ τῆς Ἀριστοτελικῆς φιλοσοφίας ἁπάσης ὡς ἐν τύπῳ περιέχοντα θεωρήματα. Sequitur deinde *Index totius Operis*, & quidem non ab alio quodam, ut V. CL. (1) *Leo Allatius* perperàm existimat, sed ab ipso *Georgio Pachymere* compositus, ut ex connexione cum Præfatione manifestè apparet. Finito *Indice Operis*, sequitur porrò ejusdem *Pachymeris Carmen dedicatorium ad Eumorum*; cujus titulus & principium: Στίχοι ἡρωϊκοὶ τοῦ Παχυμέρους. Δέχνυσο ἡμετέ-

(1) *In Diatribâ de Georgijs pag. 367.*

ϱϑιο πόνε ἱερώνιον ὕφ⊕, ΈΥΜΟΡ' ἐμῶν ϖρπόλων πόλεων κηδέςατε πασῶν, &c. Post hoc *Carmen* incipit denique ipsa *Epitome* hoc modo: Φιλοσοφία. Πόνημα Γεωργίε Διακόνε, Πρωτεκδίκε καὶ Δικαιοφύλακ⊕, ȣ Παχυμέρες. βιβλίον ά· τίτλ⊕ ά· κεφάλαιον ά. Προοίμιον εἰς Φιλοσοφίαν. Γεννᾶται παρ' Ἡσιόδῳ καὶ Ἶρις τῷ Θαύμαντι· καὶ ἔστιν ὁ μὲν Θαύμας, ἡ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πραττομένων ἐν τοῖς ἔσι τῶν ἀλφηςῶν ἀνδρῶν ἀποεία, &c; Libri autem duodecimi caput vigesimum sive ultimum desinit his verbis: ἅπαντα ἀνάγκη εἰς τοῦτο δὴ ἀθροίζεσθαι.

LXVIII.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* nonagesimus quartus.

Sexagesimus octavus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* in *quarto*, constátque folijs *ducentis tredecim*, & primùm quidem pertinuit ad *Mathusalam, Monachum Sancti Montis Sinai*, qui illum manu suâ scripsit; deinde autem ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, comparatus est *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 12 pag. 2, *Georgij Pachymeris fragmenta nonnulla de Cœlo*; quorum *primum* inscribitur atque incipit his verbis: Γεωργίε ȣ Παχυμέρες ϖερὶ ȣρανȣ. Τὸ διῆκον ἀπὸ τ̃ κυρτῆς ἐπιφανείας ȣ στερεώματ⊕ ἕως ȣ κοίλε τ̃ σεληνιακῆς σφαίρας, &c.

Secundò, & quidem à fol. 13 pag. 1 usque ad fol. 17 pag. 2, *anonymi cujusdam Autoris Sermo de Providentiâ*, cujus titulus & principium: Περὶ ϖρονοίας λόγ⊕ τρίτ⊕. Αἱ ἀποδείξεις ἀπὸ τ̃ ȣ ἀνθρωπείε σώματ⊕ κατασκευῆς. Οἱ μὲν εὖ μάλαπως τὸ σῶμα διακείμενοι, τ̃ ἀπὸ τῶν ἰατρῶν θεραπείας ȣ δέονται· &c; finis autem: καὶ τὸν Θεὸν κτ̃ τὸν ϖροφήτην διὰ παντὸς ϖροορωμένȣς καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ βαδίζοντας καὶ καθημένȣς, καὶ πᾶν ὅπȣν ἢ δρῶντας ἢ πάσχοντας. αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ ϖροσκύνησις εἰς τὸς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Tertiò, & quidem à fol. 18 pag. 1 usque ad fol. 54 pag. 1, *Marci Eugenici, Metropolitæ Ephesini*, qui Concilium Florentinum, A. C. 1438 & 1439 partim *Ferrariæ*, partim *Florentiæ* celebratum, acerrimè oppugnavit, *Responsio schismatica ad Latinorum assertiones de Igne purgatorio*, Ferrariæ A. 1438 habita, cujus titulus & principium: Τȣ̃ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Μάρκε Ἀρχιεπισκόπε Ἐφέσε ἀπάντησις

ϖρὸς

πρὸς τοὺς παρὰ Λατίνων λόγους περὶ τοῦ πυργατορίου ἤτοι καθαρτηρίου πυρὸς, ἐν Φερραρίᾳ τῇ πόλει ῥηθεῖσα. Ἐπειδὴ μετ᾽ ἀγάπης ἀποκρίνασθαι πρὸς τὰ παρ᾽ ὑμῶν εἰρημένα ὀφείλομεν, σωζομένης τῆς παρ᾽ ἡμῖν εὐσεβείας, καὶ τῶν πατροπαραδότων ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων, προστάττομεν κεφαλαιωδῶς &c. Plura de eodem *Marco Metropolitâ Ephesino* vide in *Actis* suprà memorati *Concilij Florentini*, & apud *Leonem Allatium* de Ecclesiæ Occidentalis & Orientalis perpetuâ consensione lib. III cap. 1, 2, 3; item Libri *quinti* horum Commentariorum pag. 342.

Quartò, & quidem à fol. 54 pag. 1 usque ad fol. 63 pag. 2, ejusdem *Marci Metropolitæ Ephesini Responsio secunda schismatica ad Latinorum assertiones de Purgatorio*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ κεφαλαιώδης ἀπόκρισις πρὸς τοὺς παρὰ Λατίνων εἰρημένους λόγους περὶ τοῦ αὐτοῦ πυργατορίου. Ἐπειδὴ σαφέστερον ἡμᾶς ἀπαιτεῖτε καὶ καθαρώτερον ἐπὶ τοῖς ἠρωτημένοις παρ᾽ ὑμῶν ἀποκρίνασθαι, λέγομεν ἤδη διὰ βραχέων &c. In fine autem hujus secundæ Responsionis Exstat subscriptio *Mathusalæ, Monachi Sancti Montis Sinai*, quâ indicat, se jam memoratas *duas Marci Metropolitæ Ephesini Responsiones* descripsisse & absolvisse *in Ægypto* d. 25 Januarij anni Mundi 7055, sive anno Christi 1547; Indictione quintâ.

Quintò, & quidem à fol. 64 pag. 1 usque ad fol. 68 pag. 1, ejusdem *Marci Metropolitæ Ephesini aliæ quædam Quæstiones Theologicæ*, quarum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Μάρκου τοῦ Ἐφέσου τοῦ ἁγιωτάτου ἕτερα θεωλογικὰ ζητήματα. Ἡ τοῦ Υἱοῦ προσηγορία δύο ταῦτα σημαίνει, τήντε πρὸς τὸν Πατέρα σχέσιν, καθ᾽ ἣν &c.

Sextò, & quidem à fol. 69 pag. 1 usque ad fol. 83 pag. 2. ejusdem *Marci Metropolitæ Ephesini Capita syllogistica adversus Latinos de Processione Spiritus Sancti*, quorum titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Μάρκου Ἀρχιεπισκόπου Ἐφέσου συλλογιστικὰ κεφάλαια πρὸς Λατίνους. Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον, ἢ ὡς ἐκ δύο ὑποστάσεων πρόεισιν, ἢ &c.

Septimò, & quidem à fol. 84 pag. 1 usque ad fol. 103 pag. 2, ex *Gennadij Scholarij*, qui ante Monachatum *Georgius Scholarius* fuit appellatus, & à *Gennadio Patriarchâ Constantinopolitano*, qui ante Patriarchatum itidem fuit appellatus *Georgius Scholarius*, planè diversus est, *Opere schismatico adversus Latinos de Processione Spiritûs Sancti ex solo Patre Eclogæ sive Excerpta Mathusalæ, Monachi Sancti Montis*

Montis Sinai, quorum titulus & principium: Ἐκ τῶν Γενναδίου τοῦ Σχολαρίου ἐκλογαὶ Μαθουσάλα τοῦ ἀσκητοῦ. Τί κρατεῖ ἡ καθολικὴ πίστις περὶ τῆς προόδου τοῦ Πνεύματος, καὶ ὅτι τῆς χρονικῆς προόδου τοῦ Πνεύματος αἴτιός ἐστιν ὁ Υἱός. Τὸ Πνεῦμα τοίνυν τὸ ἅγιον, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, &c. Plura de hoc *Gennadio Scholario*, & de jam memorato ejus Opere contra Latinos, vide Libri *quinti* horum Commentariorum pag. 223 & 224 in recensione Codicum manuscriptorum Theologicorum Græcorum CCLXXVti & CCLXXVIti.

Octavò, & quidem à fol. 104 pag. 1 usque ad fol. 114 pag. 2, *ex Theophanis Metropolitæ Nicæni Libro quarto contra Judæos Eclogæ sive Excerpta Mathusalæ Monachi de Processione Spiritûs Sancti ex solo Patre*; quorum titulus & principium: Ἐκ τῶν Θεοφάνους τοῦ Μητροπολίτου Νικαίας δ' λόγου ἐκλογαὶ Μαθουσάλα τοῦ ἀσκητοῦ. Τοῖς προεστηκόσι καὶ ὑπεραγωνιζομένοις τῆς κατ' εὐσέβειαν ἀληθείας &c. Ἐπεὶ δὲ νῦν ὁ λόγος ἡμῖν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, εἰ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, ἢ κἀκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται, ὡς ἡ θεολογία βούλεται τῶν Λατίνων, &c. Vide R. P. *Philippi Labbei* S. I. Novam Bibliothecam Manuscriptorum Librorum pag. 91, ubi refert, *Theophanis Metropolitæ Nicæni contra Judæos Libros sex exstare in Bibliotheca Regia Parisina Codicibus manuscriptis 788 & 1806.*

Nonò, & quidem à fol. 115 pag. 1 usque ad fol. 149 pag. 2, *S. Maximi* τοῦ Ὁμολογητοῦ sive *Confessoris*, (1) qui aliàs etiam *Monachus, Abbas* & *Martyr* solet appellari, & A. C. 662 obiit, *Expositio rectorum Ecclesiæ Catholicæ dogmatum ad Joannem Cubicularium, & contra Severum atque Eutychen.* Ipsa tituli verba græca cum principio sunt hæc: Μαξίμου τοῦ Ὁμολογητοῦ πρὸς Ἰωάννην Κουβικουλάριον περὶ τῶν ὀρθῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων, καὶ κατὰ Σεβήρου, καὶ περὶ τῶν δύο φύσεων κατὰ Εὐτυχοῦς καὶ τῶν ὁμοφρόνων αἱρετικῶν. Ἔκθεσις ὀρθῆς ὁμολογίας. Πρὸ δὲ πάντων καὶ ἐπὶ πασῶν νήφειν τε καὶ ἀγρυπνεῖν &c.

(1) Vide suprà pag. 81.

Decimò, & quidem à fol. 150 pag. 1 usque ad fol. 190 pag. 2, *ex Macarii Metropolitæ Ancyrani Opere schismatico contra Latinos Eclogæ sive Excerpta Mathusalæ Monachi*, quorum titulus & principium: Ἐκ τῶν τοῦ Μακαρίου Μητροπολίτου Ἀγγύρας ἐκλογαὶ Μαθουσάλα τοῦ ἀσκητοῦ. Α'. Τίς ἡ τοῦ ἐκπορεύεσθαι δύναμις; καὶ γράφει ὁ Χρυσορρήμων &c. Plura de hoc *Macarij* Opere schismatico vide Libri *quinti* horum Commentariorum pag. 223 in recensione Codicis manuscripti Theologici Græci CCLXXIVti.

Undecimò,

Vndecimò, & quidem à fol. 191 pag. 1 usque ad fol. 213 pag. 2. *Mathusalæ*, aliàs dicti Μαχεῖρος sive *Machiris, Monachi Sancti Montis Sinai, Collectanea varia*, inter quæ sunt *Excerpta ex Aristotelis Logicis & Physicis, ex Demosthenis Oratione contra Androtionem, ex Synesij Libro de Insomnijs*, cujus principium: Εἰ δέ εἰσιν ὕπνοι προφῆται &c, & *ex S. Maximo Confessore de Animâ*. Fit etiam ibidem mentio *Michaelis Choniatæ* fol. 10 pag. 1. Prætereà quoque fol. 201 pag. 1 ipse *Mathusalas* indicat, se ista Collectanea scripsisse anno Mundi 7056 sive anno Christi 1548, & fol. 212 pag. 2, quasdam ærumnas suas recenset his verbis: Ὦ, ὤ, πολλὰ πέπονθα, καὶ πονθάνω, &c. πεντάκις ἀπέπλευσα εἰς Κύπρον, &c.

LXIX.

Sexagesimus nonus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* in *folio*, constátque folijs *quinquaginta uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 10 pag. 1, *Michaelis Apostolij Byzantini Liber de Aristotelicâ Substantiâ pro Georgio Gemisto Plethone contra* (2) *Theodorum Gazam*; cujus titulus & principium: Μιχαήλου Ἀποστόλη τοῦ Βυζαντίου πρὸς τὰς ὑπὲρ Ἀριστοτέλους περὶ οὐσίας κατὰ Πλήθωνος Θεοδώρου τοῦ Γαζῆ ἀντιλήψεις. Ἔδει Πλήθωνα, εἴπερ αὐτῷ Ἀριστοτέλης λέγων οὐκ ὀρθῶς ἐδόκει περὶ οὐσίας, ἐλέγχειν τὰ λεγόμενα φαύλως πειρᾶσθαι, ἀλλὰ μὴ λοιδορεῖσθαι τ' ἀνδρὶ, οὐχ' ὅπως &c. Meminit hujus, non solùm Libri, verùm etiam ipsius Codicis manuscripti Sambuciani, *Joannes Jacobus Frisius Tigurinus* in Bibliothecâ Gesnerianâ, à se auctâ, his verbis: *Michaelis Apostoli contra Gazæ defensionem de Ente Aristotelis pro Planude responsio ad Bessarionem exstat in Bibliothecâ Joannis Sambuci.* Hæc *Frisius*. Sed ibi sine ullâ controversiâ pro *Apostoli* scribendum est *Apostolij*, & paulò pòst pro *Planude* legendum est *Plethone*; quia *Maximus Planudes* cum *Georgio Gemisto Plethone* perperàm confunditur. Cæterùm insignis de ætate & vitâ ejusdem *Apostolij* exstat locus apud doctissimum *Leonem Allatium* libri tertij de Ecclesiæ Occidentalis & Orientalis perpetuâ consensione capite tertio, ubi eos recensens, qui pro Græcis schismaticis contra Latinos & Concilium Florentinum scripserunt, jam memorati *Michaelis Apostolij* meminit his verbis: *MICHAEL præterea APOSTOLIVS Byzantinus, qui, ut ipse*

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* trigesimus secundus.

(2) Joannes Sambucus *ibidem suâ manu in margine adscripsit hæc verba:* Libellum Gazæ περὶ οὐσίας dedi Henrico Stephano. *Plura de eodem* Theodoro Gaza *vide in Appendice Libri sexti horũ Commentariorum pag.* 278.

ipse de se ait, (1) βασιλεὺς τῶν τῇδε πενήτων, *in pannis atque miseriâ, & quod ederet, & quod biberet, à Cardinale* (2) *Bessarione satis munificè accipiebat, ægrè ferens, se reliquis doctrinâ præstantibus Viris, qui eodem ac ille tempore florebant, minorem esse, in ingenuos eósque doctissimos calamum strinxit, ideóque in reprehensionem Bessarionis incurrit. Hinc egestate compulsus, in Cretam se contulit; ubi libros exscribens, & pueros instituens, cum mendicitate colluctabatur; tùm etiam, adverso in Ecclesiam Romanam animo, Librum contra eandem scripsit de Processione Spiritûs Sancti.* Hucusque *Allatius*. Consulenda quoq; est *Petri Pantini* Tiletani Flandri Præfatio in ejusdem *Michaelis Apostolij Paroemias græcè* & *latinè*, à *Daniele Heinsio* Lugduni Batavorum typis Elzevirianis A. 1619 in quarto editas, ubi inter alia fit mentio *Orationis funebris* ejusdem *Apostolij in obitum Cardinalis Bessarionis*; atque insuper inspiciendus est *Marquardi Freheri* Tomus secundus Syntagmatis Scriptorum Rerum Germanicarum à pag. 33 usq; ad pag. 36, ubi exstat *græcè* & *latinè* ejusdem *Michaelis Apostolij ad Imp. Fridericum*, vulgò *IIItium*, re verâ autem *Vtum*, Λόγος προσφωνηματικὸς sive *Oratio acclamatoria*.

(1) *Hoc est:* Rex omnium istic pauperum. (2) *Vide Libri* sexti *horũ Commentariorum Appendicem pag.* 274, 275, 276.

Secundò, & quidem à fol. 11 pag. 1 usque ad fol. 15 pag. 2, ejusdem *Michaelis Apostolij Menexenus*, sive, *Dialogus de Sanctissimâ Trinitate*; nempè *utrum Judæi & Turcæ rectiùs simpliciter unum credant Deum, an Christiani Deum Triunum*. Ipsa tituli græci verba cum principio Dialogi sunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ Μενέξενος, ἢ, Περὶ Τριάδος. Τὰ τοῦ Διαλόγου πρόσωπα· Μενέξενος Κυδωνιάτης, Διοφάνης Γορτύνιος, Λαόνικος Βυζάντιος. Προλογίζει Διοφάνης. Δ. Ποῖ δὴ καὶ πόθεν ὦ φίλε Μενέξενε; Μ. Ἐκ Κυδωνίας ἐς Γορτύνην Διόφανες. Δ. Τί ποιήσων &c. Et aliquanto pòst: Λ. Ἀλλὰ τί πρὸς Θεοῦ ὑμῖν τὸ ζητούμενον; Μ. Ὅτι πότερον οἱ Ἰουδαῖοι καὶ (3) Τεῦκροι, καὶ εἴ τι ἄλλο τούτοις σύμφωνον ἐστὶ γένος, Θεὸν ἕνα δοξάζοντες μόνον, ὀρθῶς δοξάζουσιν, ἢ τὸν αὐτὸν ἡμεῖς ὄντα τρία καὶ ἕν; Λ. Ἄξιον λόγου τὸ πρόβλημα ὦ Μενέξενε, &c. Titulum hujus *Dialogi Apostolius* mutuatus est à *Platone*, utpote cujus etiam nunc exstat *Dialogus*, inscriptus (4) Μενέξενος ἢ Ἐπιτάφιος, hoc est, *Menexenus*, sive, *Funebris Oratio*; in quo Dialogo propositum *Platoni* est, cohortari omnes ad summam patriæ charitatem, idque duobus efficit modis: primò quidem, dum laudat illos, qui pro salute patriæ pericula mortemque intrepidè subeunt, deinde verò, dum ipse patriæ suæ antiquitatem & virtutes laudibus miris extollit; ac tandem totius sermonis summa eò redit, ut

(3) *Ita etiam alibi, nempe in suprà memoratâ Oratione ad Imp. Fridericum Vtum*, Turcas, *seu* Turcos *vocat* Τεύκρους *sive* Teucros. (4) *Vide suprà pag.* 6.

ut unusquisque patriæ suæ salutem atque incolumitatem omnibus rebus suis suæque adeò vitæ libenter anteponat, & illos existimet beatos, qui hujusmodi rerum causâ sanguinem profuderint, quippe quos & laus & merces maneat sempiterna. Hinc igitur patet, quanta inter *Menexenum Platonis* & *Menexenum Michaelis Apostolij* respectu argumenti sit differentia. Exstitit olim etiam *Aristotelis* quidam Liber, itidem inscriptus Μενέξενος, ut testatur in ipsius Vitâ *Diogenes Laertius*, ubi simpliciter legitur, Μενέξενος α'. Quodnam autem istius Libri argumentum fuerit, apparet ex *anonymi antiqui Autoris Vitâ Aristotelis*, à veteri amico meo, doctissimo *Ægidio Menagio*, in Observationibus eruditissimis ad *Diogenis Laertij* Librum quintum primùm *græcè* editâ; quippe ubi legitur: Περὶ εὐχῆς. Μενέξενος, α'. Verisimilimum enim mihi videtur, scribendum esse: Περὶ εὐχῆς, ἢ, Μενέξενος, α'. Hoc est: *De Oratione, sive, Menexenus, liber unus*; eâdem videlicet ratione, ut jam memoratus Clarissimus *Menagius* ibidem verè ac rectè legendum monet, Περὶ ῥητορικῆς, ἢ, Γρύλλος, α'.

Tertiò, & quidem à fol. 16 pag. 1 usque ad fol. 18 pag. 2, ejusdem *Michaelis Apostolij Oratio consultoria ad socerum sibi irascentem, cùm ad secundas transiret nuptias*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ λόγος συμβουλευτικὸς πρὸς τὸν αὐτοῦ κηδεστήν, μηνιθέντα, ὅτε ἐς δευτέρους ἀφίκετο γάμους. Ἐν ἄλλοις τῶν ἀναγκαίων ἤδη χωλάζοντα, ὅς οὐδὲ τροφῆς ἔξεστί μοι δαψιλοῦς ἀπογεύεσθαι, ὁ περὶ ἡμᾶς σου θυμός, οὐ μετρίως χειμαζόμενος οὐδὲ λόγῳ, &c.

Quartò, & quidem à fol. 19 pag. 1 usque ad fol. 21 pag. 1, ejusdem *Michaelis Apostolij Appellatio ad ultimum Imperatorem Constantinopolitanum Constantinum Palæologum, quâ continetur suspectæ religionis ipsius Confessio.* Ipsa tituli græci verba cum principio Appellationis sunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ προσφώνημα εἰς τὸν Αὐτοκράτορα Κωνσταντῖνον τὸν Παλαιολόγον· ἐν τῷ αὐτῷ ἐστὶ καὶ ὁμολογία τῆς αὐτοῦ πίστεως ὑποπτευομένης. Πολλῶν ὄντων, θειότατε Βασιλεῦ, ἃ τὸ χρῆμα τοῦτο τὴν βασιλείαν κοσμεῖ, ἕν τι, κἀκεῖνο μάλιστα, ἡ σοφία, ἣ φύσει προσοῦσα ταύτην ἡνιοχοῦντι, ἢ &c. Notandum verò inprimis est, cum in hâc Appellatione suâ expressè confiteri *Processionem Spiritûs Sancti ex solo Patre, non autem etiam ex Filio*, his verbis; Τὸ δ᾽ αὖ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορευόμενον ἐκ Πατρὸς, οὐ μὴν οὖν ἐξ Υἱοῦ, κατὰ τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, ὃς τοῖς σοφωτέροις θεολογικώτερος ἔδοξε. ῥητέον τ᾽

 ἀληθῆ,

ἀληθῆ, ἐπειδὴ πρός σε ταῦτα λέγειν ἐπηγγειλάμην μὴ ψευδέως γαληνότατε. ἔτι &c. Hinc igitur patet, cur idem *Apostolius contra Latinos* etiam peculiarem (1) *Librum de Processione Spiritûs Sancti* scribere atque edere coactus fuerit; nempè ut hoc ipso publicè se demonstraret *schismaticum*, & suspicionem *Latinæ* sive *orthodoxæ Fidei* à se amoliretur.

(1) *Vide suprà pag.* 114.

Quintò, & quidem à fol. 21 pag. 2 usque ad fol. 23 pag. 2, ejusdem *Michaelis Apostolij Oratio ad Magistrum suum* (2) *Joannem Argyropulum, cùm ipse Constantinopoli publicè docere inciperet, superstite adhuc ultimo Imperatore Constantinopolitano Constantino Palæologo.* Ipsa tituli græci verba cum principio Allocutionis sunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ Προσφώνημα εἰς τὸν αὐτοῦ διδάσκαλον Ἰωάννην τὸν Ἀργυρόπυλον, ὅτε ἤρξατο διδάσκειν ἐν τῷ τοῦ ξενῶνος μουσείῳ. Τοῖς εὐγνώμοσι τῶν ἀνθρώπων τοὺς σφῶν αὐτῶν εὐεργέτας θαυμάζειν, μὴ ὅσον οἶμαι χρεὼν, ἀλλ', εἴπερ ἄλλό τι, καὶ τοῦτο τῶν ἀναγκαίων. πολλοῖς τε ἄλλοις σοφία &c.

(2) *Vide de eo Libri sexti horũ Commentariorum Appendicem pag.* 278. *Effigies autem ejusdem exstat ibidem inter pag.* 274 & 275.

Sextò, & quidem à fol. 24 pag. 1 usque ad fol. 51 pag. 2, ejusdem *Michaelis Apostolij Epistolæ quadraginta quinque*, quarum *prima ad Georgium Gemistum Plethonem* inscribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ Μιχαήλου Ἀποστόλη τοῦ Βυζαντίου Ἐπιστολαί. Ἐπιστολὴ α'. Γεμιστῷ τῷ Πλήθωνι. Ἔτι με καὶ πρότερον ἄλλο καὶ τό καλῶς μὴ γράφειν εἰδέναι, σοὶ μὴ γράφειν ἠνάγκαζεν, οὐκ ὀλίγην ἐμοὶ ἀτιμίαν ἔχον νομίζοντα, δοκεῖν μὲν εἰδότα τοῖς πλείστοις, αὐτῷ δέ σοι τοὐναντίον &c. Sequuntur deinde reliquæ *quadraginta quatuor Epistolæ ad Manuelem Chrysoloram, Laonicum Chalcocondylam, Joannem Argyropulum, Marcum Musurum, Michaelem Marullum, Joannem Chrysoloram, Cardinalem Bessarionem, Petrum Callergen*, aliosque plures eâdem ætate florentes Viros doctos; quas omnes publicâ luce dignissimas existimo, quia Historiæ illorum temporum illustrandæ valdè possunt inservire.

LXX.

Septuagesimus (3) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *folio*, constátque folijs *ducentis nonaginta*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* vigesimus tertius.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 163 pag. 1, *Xenophontis Atheniensis*, Philosophi, Historici, & Imperatoris clarissimi, *Opera Philosophica varia*: nempe 1mò, Ἱππαρχικός, sive, *Hipparchicus*,

chicus, hoc est, *Liber de Magisterio Equitum*, cujus principium: Πρῶτον μὲν θύοντα &c; 2do, Ἱέρων ἢ Τυραννικὸς, hoc est, *Hiero*, sive, *Liber de Regno*, cujus principium: Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς &c; 3tio, Περὶ Ἱππικῆς, sive, *Liber de Re equestri*, cujus principium: Ἐπειδὴ διὰ τὸ συμβῆναι &c; 4to, Λακεδαιμονίων πολιτεία, sive, *Lacedæmoniorum Respublica*, cujus principium: Ἀλλ' ἐγὼ ἐννοήσας ποτέ, &c; 5to, Ἀπομνημονευμάτων, sive, *Memorabilium Socratis Libri quatuor priores*, quorum primus incipit: Πολλάκις ἐθαύμασα, &c; 6to, *Memorabilium Socratis Liber quintus*, nempe Οἰκονομικὸς, sive, *De administratione domesticâ*, cujus principium: Ἤκουσα δέ ποτε αὐτοῦ καὶ περὶ οἰκονομίας &c; 7mo, Συμπόσιον, sive, *Convivium*, cujus principium: Ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔργα &c; 8vo, Κυνηγετικὰ, sive, *Liber de Venatione*, cujus principium: Πρῶτον εὕρημα Θεῶν Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος &c; 9no, Περὶ Ἱππικῆς, sive, *Liber de Re equestri*, secundâ vice, cujus principium, ut suprà; 10mo, Συμπόσιον, sive, *Convivium*, secundâ vice ut suprà. Vide *Operum Xenophontis editionem græco-latinam Joannis Leunclavij* Francofurti typis Wechelianis A. 1596 in folio.

Secundò, & quidem à fol. 165 pag. 1 usque ad fol. 170 pag. 2, *Epicteti*, Philosophi *Stoici* celeberrimi, patriâ *Hieropolitani* ex *Phrygiâ*, conditione quidem *servi*, quippe qui *Romæ Epaphrodito*, *Imp. Neroni à Libellis*, servivit, sed tantæ integritatis vitæ, tantæque apud omnes existimationis & famæ, ut lucerna ejus fictilis tribus drachmarum millibus divendita olim fuisse feratur, *Enchiridion*, cujus principium: Τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν, &c. Plura de Libello hoc verè aureo, imò plusquam aureo, addere supersedeo, quia omnibus vel mediocriter doctis notissimus est.

Tertiò, & quidem à fol. 171 pag. 1 usque ad fol. 244 pag. 2, *Simplicij Commentarius in Epicteti Enchiridion*; cujus titulus & principium: Σιμπλικίου ἐξήγησις εἰς τὸ τοῦ Ἐπικτήτου ἐγχειρίδιον. Περὶ μὲν τοῦ βίου τοῦ Ἐπικτήτου καὶ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς Ἀρριανὸς ἔγραψεν, ὁ τὰς Ἐπικτήτου διατριβὰς ἐν πολυστίχοις συντάξας βιβλίοις, καὶ ἀπ' ἐκείνου &c; finis autem: ὀφρ' εὖ γινώσκομεν κατὰ τὸν Ὅμηρον ἠμὲν Θεὸν, ἠδὲ καὶ ἄνδρα. Vide præ cæteris hujus *Commentarij* editionibus impressis *græco-latinam* illam cum Animadversionibus & Notis *Claudij Salmasij* Lugduni Batavorum typis Joannis Maire A. 1640 in 4to.

Quartò, & quidem à fol. 245 pag. 1 usque ad fol. 290 pag. 2, *ano-*

anonymi cujusdam Collectoris (1) *Capita Astrologiæ Judiciariæ centum triginta quinque*, quorum *primum* inscribitur atque incipit his verbis: Κεφάλαιον ά περὶ διαθέματος. Τῆς ἱερατείας διαθέσεως κατὰ τόδε ἐγχαραττόμενον σχῆμα &c. Eorundem Capitum *centesimo vigesimo septimo* continetur *Claudij Ptolemæi* (2) *Centiloquium*, sive, *Liber centum Aphorismorum ad Syrum fratrem*, incipiens, Περιεχθέμενοι, ὦ Σύρε, τὰς ἐνεργείας τῶν ἀστέρων &c; desinens autem: εἰ δὲ κινεῖται ἀπὸ δυσμῶν ἐπὶ ἀνατολὰς, ἐπελεύσεται ἐχθρὸς ἀλλότριος ταῖς χώραις εἰ δὲ οὐ κινεῖται, ἐνθάδιος ἔσται ὁ ἐχθρός. Capite porrò sequenti *centesimo vigesimo octavo* continetur *Petosiris*, *Philosophi Ægyptij*, *Epistola Astrologica ad Nechepsum Regem Ægypti*, *cum subjunctis Diagrammatibus ad eandem pertinentibus*; cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ Πετοσίρεως Φιλοσόφου πρὸς Νεχεψὼ Βασιλέα περὶ τῶν κατακλινομένων ἐν ἀρρωστίαις, εἰ ἔσονται, ἢ τε τεθνήξονται, καὶ περὶ τῶν νικώντων ἐν μονομαχίαις καὶ πράγμασιν· ἔτι γε μὴν, καὶ τῶν ἀποδιδρασκόντων, καὶ λοιπῶν τῶν τούτοις ὁμοίων. Περὶ ἑνὸς ἑκάστου τῶν ὑπ' ἐμοῦ εὑρημένων εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον ἐξακριβωσάμενος, διαπέμψασθαί σοι οὐκ ὤκνησα. ὑπέταξα δέ σοι ὄργανον κανονικὸν, ὅπερ &c. Plura de hâc *Epistolâ* vide Libri *sexti* horum Commentariorum Parte secundâ, pag. 94, 95, 105 & 106, in recensione Codicum manuscriptorum Medicorum Græcorum Xmi, & XIXni.

(1) *In fine Indicis Græci illorum Capitum exstat ibi fol. 246 pag. 1* Κατασκευὴ τῆς χρυσογραφίας, *sive*, Artificium scribendi auro; *& quidem illud ipsum iisdémque verbis, atque suprà in Codice LImo, num. 6.*

(2) *Plura de hoc* Ptolomæi *Libro vide Libri* sexti *horum Commentariorum Parte secundâ, pag. 89.*

LXXI.

Septuagesimus primus (3) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque folijs *ducentis viginti sex*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continetur eo *Epicteti Enchiridion cum Commentario Simplicij*, eodem modo ut in proximè præcedenti Codice LXXmo; estque etiam hoc exemplar, æquè ac præcedens, dignum, ut editiones impressæ cum eo diligenter conferantur.

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* centesimus quadragesimus octavus.

LXXII.

Septuagesimus secundus (4) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *membranaceus* antiquissimus, elegantissimus & optimæ notæ in *quarto*, constátque folijs *ducentis quinquaginta novem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo *Plutarchi Charonensis*, Philosophi & Historici celeberrimi, qui sub *Imp. Domitiano* cœpit inclarescere, & sub *Impp. Nervâ* atque *Trajano* præcipuè floruit,

(4) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* nonagesimus octavus.

ruit, *Sympoſiacorum*, ſive, *Convivalium Diſputationum Libri novem*, quorum titulus & principium: Πλουτάρχου Συμποσιακῶν βιβλία θʹ. Βιβλίον αʹ. A. (1) Εἰ δεῖ φιλοσοφεῖν παρὰ πότον. Τὸ, μισέω μνάμονα συμπόταν, ὦ (2) Σόσσιε Σενεκίων, ἔνιοι πρὸς τὸν ἐπιστάθμους εἰρῆσθαι λέγουσι, &c. Digniſſimus profectò eſt hic Codex, ut editiones impreſſæ cum eo accuratè conferantur. In fine autem præ nimiâ vetuſtate unum folium perijt.

LXXIII.

Septuageſimus tertius (3) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquiſſimûs in *quarto*, ſed vetuſtate paſſim mutilus, conſtátque nunc folijs *ducentis quinquaginta uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *Plutarchi Chæronenſis Opera Philoſophica varia:* nempè 1, Liber Περὶ παίδων ἀγωγῆς, ſive, *De Liberis educandis;* qui hîc quidem principio caret, vulgò autem incipit his verbis: Τί τις ἂν ἔχοι εἰπεῖν &c; 2, Liber *ad Soſſium Senecionem*, Πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ, ſive, *Quomodo quis ſuos in virtute parandâ ſentire poſſit profectus*, cujus principium: Τίς τῶν λόγων, ὦ Σόσσιε Σενεκίων, &c; 3, Liber Περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ Θείου βραδέως τιμωρουμένων, ſive, *De his, qui ſerò à Numine puniuntur;* cujus principium: Τοιαῦτα μὲν ὁ Ἐπίκουρος εἰπὼν &c; 4, Liber Πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν; ſive, *Quomodo adoleſcens Poetas audire debeat;* cujus principium: Εἰ μὲν, ὡς Φιλόξενος ὁ ποιητὴς ἔλεγεν, &c; 5, Liber Περὶ ἀοργησίας, ſive, *De cohibendâ Irâ;* cujus principium: Καλῶς μοι δοκοῦσιν, ὦ Φουνδάνε, ποιεῖν οἱ ζωγράφοι, &c; 6, Liber, Περὶ πολυπραγμοσύνης, ſive, *De curioſitate;* cujus principium: Ἄπνουν, ἢ σκοτεινὴν, ἢ δυσχείμερον οἰκίαν &c; 7, Liber Πῶς ἄν τις ὑπ' ἐχθρῶν ὠφέλοιτο, ſive, *De utilitate ex hoſtibus capiendâ;* cujus principium: Ὁρῶμεν ὅτι τὸν πρᾳότατον, ὦ Κορνήλιε Πούλχερ, &c; 8, Liber Πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου, ſive, *Quomodo poſſit adulator ab amico internoſci;* cujus principium: Τῷ σφόδρα φιλεῖν ἑαυτὸν &c; 9nò, Liber Περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως, ſive, *Quâ quis ratione ſeipſum citra invidiam laudare poſſit;* cujus principium: Τὸ περὶ ἑαυτοῦ λέγειν &c; 10, *Epiſtola ad Paccium* Περὶ εὐθυμίας, ſive, *De Tranquillitate animi;* quæ hîc quidem principio caret, vulgò autem incipit his verbis: Πλούταρχος Πακκίῳ εὖ πράττειν.

Ὀψὲ

(1) *Hoc eſt:* Libri primi Problema primum, An philoſophandum ſit inter pocula.

(2) Soſſius Senecio, *cui* Plutarchus *hos Libros novem dedicavit, ille ipſe eſt, qui ſub* Impp. Nervâ *&* Trajano quater *fuit* Conſul. *Quin etiam ipſe Plutarchus ab* Imp. Trajano dignitate Conſulari *ornatus eſt, ut teſtatur* Suidas. *Vide etiam* Ger. Joan. Voſſ. *de Hiſtoricis Græcis lib. 2 cap.* 10.

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Philoſophicos & Philologicos Græcos* ſexageſimus ſextus.

'Οψέ συ τὴν ἐπιστολὴν ἐκομισάμην &c; 11, Liber Περὶ δυσωπίας, sive, *De vitioso pudore*; cujus principium: Ἔνια τῶν ἐκ γῆς φυομένων &c; 12, Liber Περὶ ἀδολεσχίας, sive, *De Garrulitate*; cujus principium: Δύσκολον μὲν ἀναλαμβάνει θεράπευμα &c; 13, Liber Περὶ φιλοπλουτίας, sive, *De cupiditate divitiarum*; cujus principium: Ἱππόμαχος ὁ ἀλείπτης &c; 14, Liber Περὶ τύχης, sive, *De Fortunâ*; cujus principium: Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία. πότερον &c; 15. Liber Πότερον τὰ τῆς ψυχῆς ἢ τὰ τοῦ σώματος πάθη χείρονα, sive, *Animine an corporis affectiones sint pejores*; cujus principium: Ὅμηρος μὲν ἐπιβλέψας τὰ θνητῶν τῶν ζώων γένη &c; 16, Liber Περὶ τοῦ ἀκούειν, sive, *De auditione*; qui hîc quidem principio caret, vulgò autem incipit his verbis: Τὴν γενομένην μοι σχολὴν &c; 17, Liber Περὶ τοῦ πότερον ὕδωρ ἢ πῦρ χρησιμώτερον, sive, *Aquâne an Ignis sit utilior*; cujus principium: Ἄριστον μὲν ὕδωρ, ὁ δὲ χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ, &c; 18, Liber Περὶ δεισιδαιμονίας, sive, *De superstitione*; cujus principium: Τῆς περὶ Θεῶν ἀμαθίας &c; 19, Liber Περὶ πολυφιλίας, sive, *De multitudine amicorum*; cujus principium: Μένωνα τὸν Θετταλὸν &c; 20, Liber Περὶ φιλαδελφίας, sive, *De amore fraterno*: cujus principium: Τὰ παλαιὰ τῶν Διοσκούρων ἀφιδρύματα &c; quos omnes jam enumeratos *Plutarchi* Libros vide *Tomo secundo Operum Plutarchi editionis græco-latinæ Guilielmi Xylandri* Francofurti typis Wechelianis A. 1620 duobus Tomis in folio. Exstant præterea in eodem Codice manuscripto, recentiori quidem manu, sed itidem in membranâ, *anonymi cujusdam Eclogæ* sive *Excerpta ex* ejusdem *Plutarchi Libro*, qui inscribitur Πολιτικὰ παραγγέλματα, sive, *Præcepta gerendæ Reipublicæ*, & vulgò incipit his verbis: Εἰ πρὸς ἄλλό τι χρήσασθαι καλῶς ἐστιν ἔχοι, ὦ Μενέμαχε, &c.

LXXIV.

(1) Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos sextus.

Septuagesimus quartus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *folio*, constátque folijs *quadringentis octoginta septem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo *Plutarchi Chæronensis Opera varia*, & præcipuè quidem *Philosophica*: nempe 1, Παραμυθικὸς πρὸς Ἀπολλώνιον, sive, *Oratio consolatoria ad Apollonium ob mortem filij*; cujus principium: Καὶ πάλαι σοι συνήλγησα &c; 2, Παραμυθικὸς πρὸς τὴν γυναῖκα, sive, *Epistola*

Epistola consolatoria ad Vxorem suam ob obitum filiolæ; cujus principium: Πλούταρχος τῇ γυναικὶ εὖ πράττειν. Ὃν ἐπέμψας ἐπαγγελλοντα περὶ τῆς τοῦ παιδίου τελευτῆς &c; 3, Liber Περὶ φυγῆς, sive, *De exilio*; cujus principium: Τῶν λόγων ἀρίστους καὶ βεβαιοτάτους &c; 4, Γάλβας, sive, *Vita Imp. Galbæ*; cujus principium: Ὁ μὲν Ἀθηναῖος Ἰφικράτης &c; 5, Ὄθων, sive, *Vita Imp. Othonis*; cujus principium: Ὁ δὲ νεώτερος Αὐτοκράτωρ &c; 6, Ἐκ τοῦ λόγου τοῦ, Ἀθηναῖοι πότερον κατὰ πόλεμον ἢ κατὰ (1) φιλοσοφίαν ἐνδοξότεροι, sive, *Fragmentum Libri, Bellóne an Philosophiâ clariores fuerint Athenienses*; cujus principium: Ταῦτα ὀρθῶς μὲν ἐκεῖνος εἶπε &c; 7, Libellus Περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας, sive, *De Virtute & vitio*; cujus principium: Τὰ ἱμάτια δοκεῖ θερμαίνειν τὸν ἄνθρωπον, &c; 8, Libellus Περὶ τοῦ, ὅτι μάλιστα τοῖς ἡγεμόσι δεῖ τὸν φιλόσοφον διαλέγεσθαι, sive, *Quòd maximè cum Principibus Philosopho disputandum sit*; cujus principium: Σωρανὸν ἐγκολπίσασθαι &c; 9, Ὑγιεινὰ παραγγέλματα, sive, *Sanitatis tuendæ Præcepta*, quorum principium: Σὺ δὴ Γλαῦκον χθὲς &c; 10, Liber Εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον, sive, *An seni gerenda sit Respublica*; cujus principium: Ὅτι μὲν οὖν, ὦ Εὔφανες, ἐπαινέτης ὢν Πινδάρου, &c; 11, Ἑπτὰ σοφῶν συμπόσιον, sive, *Septem sapientum Convivium*; cujus principium: Ἦπου περιών ὁ χρόνος, ὦ Νίκαρχε, &c; 12, Περὶ Ἴσιδος καὶ (2) Σαράπιδος ἱερὸς λόγος, sive, *De Iside & Sarapide Sermo sacer*; cujus principium: Πάντα μὲν, ὦ Κλέα, δεῖ τἀγαθὰ &c; 13, Γυναικῶν ἀρεταὶ, sive, *Liber de Mulierum virtutibus*; cujus principium: Περὶ ἀρετῆς, ὦ Κλέα, γυναικῶν &c; 14, Περὶ τοῦ, πότερον ὕδωρ ἢ πῦρ (3) χρησιμώτατον, sive, *De eo, Aquáne an Ignis sit utilior*; cujus principium: Ἄριστον μὲν ὕδωρ &c; 15, Γαμικὰ παραγγέλματα, sive, *Conjugalia præcepta*; quorum principium: Πλούταρχος Πολλιανῷ καὶ Εὐρυδίκῃ εὖ πράττειν. Μετὰ τὸν πάτριον θεσμὸν &c; 16, Τῶν ἠθικῶν Πλουτάρχου, Πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ, sive, *Ex Ethicis Plutarchi, Quomodo quis suos in virtute parandâ sentire possit profectus*; cujus principium: Τίς τῶν λόγων, ὦ Σόσσιε Σενεκίων, &c; 17, *De his, qui serò à Numine puniuntur*; 18, *De utilitate ex hostibus capiendâ*; 19, *Quomodo adolescens Poetas audire debeat*; 20, *Quomodo possit adulator ab amico internosci*; 21, *Quâ quis ratione seipsum citra invidiam laudare possit*; 22, *De cohibendâ ira*; 23, *De curiositate*;

(1) *Vulgò ibi legitur* σοφίαν.

(2) *Vulgò hic Liber inscribitur* de Iside & Osiride.

(3) *Ita ibi legitur pro* χρησιμώτερον.

24, *De tranquillitate animi*; 25, *De vitioso pudore*; 26, *De fraterno amore*; 27, *De garrulitate*; 28, *De auditione*; 29, *De multitudine amicorum*; 30, *De cupiditate divitiarum*; 31, *De Fortunâ*; 32, *Animine an corporis affectiones sint pejores*; 33, *De superstitione*; 34, Πότερον τὰ Ῥωμαίων πράγματα τύχῃ ἢ ἀρετῇ; sive, (1) *Utrum Romanorum res gestæ fortunæ an virtuti attribuendæ sint*; cujus principium: Αἱ πολλοὺς πολλάκις ἠγωνισμέναι &c; 35, Oratio prima Περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης ἢ ἀρετῆς, sive, *De Alexandri Magni Fortunâ vel Virtute*; cujus principium: Οὗτος ὁ τῆς τύχης λόγος &c; 36, *Præcepta gerendæ Reipublicæ*, quæ hîc inscribuntur & incipiunt his verbis: (2) Περὶ τοῦ, πῶς χρὴ τὸν φιλόσοφον πολιτεύεσθαι. Εἰ πρὸς ἄλλό τι χρήσασθαι καλῶς ἐστιν ἔχον, ὦ Μενέμαχε, &c; 37, Ἀποφθέγματα Βασιλέων καὶ Στρατηγῶν, sive, *Apophthegmata Regum & Ducum militiæ*; quorum principium: Ἀρταξέρξης ὁ Περσῶν Βασιλεὺς &c; 38, Ἀποφθέγματα Λακωνικά, sive, *Apophthegmata Laconica*; quorum principium: Ἀγασικλῆς ὁ Λακεδαιμονίων Βασιλεὺς &c; 39, Συναγωγὴ ἱστοριῶν παραλλήλων Ῥωμαϊκῶν καὶ Ἑλληνικῶν, sive, (3) *Collectio Historiarum parallelarum Romanarum & Græcarum*; cujus principium: Τὰς ἀρχαίας ἱστορίας διὰ τὸ παράδοξα τῆς πράξεως &c; 40, Oratio prima Περὶ σαρκοφαγίας, sive, *De esu carnium*; cujus principium: Ἀλλὰ σὺ μὲν ἐρωτᾷς, τίνι λόγῳ Πυθαγόρας &c; 41, Πρὸς ἡγεμόνα ἀπαίδευτον, sive, Liber *ad Principem ineruditum*; cujus principium: Πλάτωνα Κυρηναῖοι παρεκάλουν &c; 42, Περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι, sive, Liber *de vitando ære alieno*; cujus principium: Ὁ Πλάτων ἐν τοῖς νόμοις οὐκ ἐᾷ &c; 43, Προβλήματα Ῥωμαϊκά, sive, (4) *Quæstiones Romanæ*, quarum principium: Διατί τὴν γαμουμένην ἅπτεσθαι πυρὸς καὶ ὕδατος κελεύουσι; πότερον τούτων, ὡς ἐν στοιχείοις &c; 44, Προβλήματα Ἑλληνικά, sive, *Quæstiones Græcæ*; quarum principium: Τίνες οἱ ἐν Ἐπιδαύρῳ Κονίποδες καὶ Ἄρτυνοι; Οἱ μὲν τὸ πολίτευμα &c; 45, Περὶ Στοικῶν (5) ἐναντιωμάτων, sive, Liber *de Stoicis repugnantijs*; cujus principium: Πρῶτον ἀξιῶ τὴν τῶν δογμάτων ὁμολογίαν ἐν τοῖς βίοις θεωρεῖσθαι &c; finis autem ibi deest inde ab his verbis: (6) οἱ δὲ δύστηνοι λόγοι. ἀλλ' ὅγε Χρύσιππος, ἐν

(1) *Liber hic vulgò simpliciter inscribitur* Περὶ τῆς Ῥωμαίων τύχης, *sive*, De Fortunâ Romanorum.

(2) *Ea vulgò simpliciter inscribuntur* Πολιτικὰ παραγγέλματα, *ut etiam in proximè præcedenti Codice videre est.*

(3) *Liber hic vulgò inscribitur* Περὶ παραλλήλων Ἑλληνικῶν καὶ Ῥωμαϊκῶν.

(4) *Hæ* Quæstiones Romanæ, *ut & sequentes* Quæstiones Græcæ, *perperàm & absurdè in suprà citatâ Operum Plutarchi editione græco-latinâ Francofurtensi inscribuntur:* Κεφαλαίων καταγραφή· Capitulorum Descriptio, hoc est, Quæstionum solutio, sive Problematum. *Ex hoc enim Codice MSto* Cæsareo *manifestè apparet, per* Κεφαλαίων καταγραφὴν *nihil aliud significari, quàm* Indicem Capitum *sive* Quæstionum, *qui ipsi Problematum Libro separatim præfixus est.* (5) *In suprà citatâ editione legitur* ἐναντιωμάτων. (6) *Vide jam citatam editionem pag.* 1052.

ἐν οἷς - - - -; 46, Liber Περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων, sive, *De defectu Oraculorum*, sed principio carens usque ad hæc verba: - - - (1) ῦ χρηστηρίου διαλεγομένης. τῶν δὲ ξένων &c; ut & fine inde ab his verbis: (2) ὅγε ἐυηθές ἐστι τὸ μίᾳ γυναικὶ - - -; quos omnes jam enumeratos *Plutarchi* Libros vide *Tomo secundo* suprà citatæ *Operum Plutarchi* editionis græco-latinæ Francofurtensis, exceptis *duabus Vitis Impp. Galbæ & Othonis*, quæ exstant Tomo *primo* inter *Vitas Parallelas*.

(1) Vide ibidem pag. 412.

(2) Vide ibidem pag. 435.

LXXV.

Septuagesimus quintus (3) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *folio*, constátque folijs *centum sexaginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo *Plutarchi Chæronensis Opera varia*, & præcipuè quidem *Philosophica*: nempe 1, *Liber de Exilio*; 2, *Vita Imp. Galbæ*; 3, *Vita Imp. Othonis*; 4, *Fragmentum Libri, Bellóne an Philosophiâ clariores fuerint Athenienses*; 5, *Libellus de Virtute & Vitio*; 6, *Quòd maximè cum Principibus Philosopho disputandum sit*; 7, *Sanitatis tuendæ Præcepta*; 8, *De Liberis educandis*; 9, *An seni gerenda sit Respublica*; 10, *Septem Sapientum Convivium*; 11, *Quomodo possit adulator ab amico internosci*; qui Liber in hoc Codice etiam inscribitur Περὶ διαφορᾶς φίλου καὶ κόλακος, hoc est, *De differentiâ inter amicum & adulatorem*; 12, *Quâ quis ratione seipsum citra invidiam laudare possit*; 13, *De cohibendâ Irâ*; 14, *De Curiositate*; 15, *De tranquillitate animi*; 16, *De vitioso pudore*; 17, *De fraterno amore*; 18, *De garrulitate*; 19, *De auditione*; 20, *De multitudine amicorum*; 21, *De cupiditate divitiarum*; de quibus omnibus jam enumeratis *Plutarchi* Libris vide plura in duobus proximè præcedentibus Codicibus LXXIIItio & LXXIVto.

(3) Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos decimus octavus.

LXXVI.

Septuagesimus sextus (4) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constátque folijs *octoginta octo*. Continetur eo *Jamblichi*, Philosophi Platonici celeberrimi, qui *Imp. Constantini Magni*, filiorumque ejus, atque etiam *Imp. Juliani Apostatæ* temporibus floruit, *Responsio* sub personato *Abamnonis* nomine *ad* Magistri sui *Porphyrij Epistolam ad Anebonem Philosophum Ægyptium de Mysterijs Ægyptiorum*, hanc habens inscriptionem atq; principium: Ἐπιστολὴ Ἀβάμμωνος διδασκάλου πρὸς τὴν

(4) Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos centesimus quadragesimus secundus.

τὴν Πορφυρίου ἐπιστολήν. Ἱστέον ὅτι φιλόσοφος ΠΡΟ'ΚΛΟΣ, ὑπομνηματίζων τὰς τοῦ μεγάλου Πλωτίνου Ἐννεάδας, λέγει, ὅτι ὁ ἀντιγράφων πρὸς τὴν προκειμένην τοῦ ΠΟΡΦΥΡΙ'ΟΥ ἐπιστολὴν ὁ θεσπέσιος ἐστὶν Ἰ'ΑΜΒΛΙΧΟΣ, καὶ διὰ τὸ τῆς ὑποθέσεως οἰκεῖον καὶ ἀκόλουθον ὑποκρίνεται πρόσωπον Αἰγυπτίου τινὸς Ἀβάμμωνος· ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς λέξεως σημαντικὸν καὶ ἀφοριστικὸν, καὶ τὸ τῶν ἐννοιῶν πραγματικὸν, καὶ γλαφυρὸν, καὶ ἔνθεν, μαρτυρεῖ τὸν Πρόκλον, καλῶς καὶ κρίναντα καὶ ἱστορήσαντα. Ἀβάμμωνος διδασκάλου πρὸς τὴν Πορφυρίου πρὸς Ἀνεβὼ ἐπιστολὴν ἀπόκρισις, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ἀπορημάτων λύσεις. Ὁ Θεὸς, ὁ τῶν λόγων ἡγεμὼν, Ἑρμῆς πάλαι δέδοκται καλῶς ἅπασι τοῖς ἱερεῦσιν εἶναι κοινός. ὁ δὲ τῆς περὶ Θεῶν ἀληθινῆς ἐπιστήμης προεστηκὼς εἷς ἐστιν ὁ αὐτὸς ἐν ὅλοις. ᾧ δὴ καὶ οἱ ἡμέτεροι πρόγονοι τὰ αὐτῶν τῆς σοφίας εὑρήματα ἀνετίθεσαν, ἙΡΜΟΥ πάντα τὰ οἰκεῖα συγγράμματα ἐπονομάζοντες. εἰ δὲ τοῦδε τοῦ Θεοῦ καὶ ἡμεῖς &c. Finis autem ejuſdem *Epiſtolæ reſponſoriæ Jamblichi* eſt talis: καὶ τελειοτέρων νοήσεων περὶ Θεῶν χορηγεῖν μετουσίαν· ἐν αἷς δὴ καὶ τὸ μακαριστὸν τέλος τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν πρόκειται, καὶ αὐτὸ τὸ κῦρος τῆς ὁμονοητικῆς φιλίας τῆς πρὸς ἀλλήλους. Edidit hunc *Jamblichi Librum de Myſterijs Ægyptiorum latinè* doctiſſimus *Marſilius Ficinus* Venetijs apud Aldum Manutium A. 1516 in folio, eidemque verſioni præfixum ibi eſt hoc Argumentum: *PORPHYRIUS, qui inter Platonicos propter excellentiam Philoſophus appellatur, longam in Ægyptum miſit Epiſtolam ad ANEBONEM Sacerdotem, variarum & gravium Quæſtionum plenam, ad omnes Philoſophiæ partes ſpectantium, præſertim ad Deum atque Angelos, Dæmonéſque & Animas; ad Providentiam, ad Fatum, Vaticinia, Magicen, Miracula, Sacrificia, Vota. Porphyrij Quæſtionibus reſpondit JAMBLICHUS, ejus auditor. Introducit verò Porphyrio reſpondentem ABAMMONEM Ægyptium Sacerdotem, pro Anebone diſcipulo ſuo, ad quem Porphyrius miſit epiſtolam.* Incipit deinde ibidem ipſe *Jamblichi* Liber latinè hoc modo: *Jamblichus de Myſterijs. Caput primum de Cognitione divinorum. Ægyptij ſcriptores, putantes omnia inventa eſſe à Mercurio, ſuos Libros Mercurio inſcribebant. Mercurius præeſt ſapientiæ & eloquio;* &c. Quam verſionem latinam ſi quis cum ipſis ſuprà exhibitis verbis græcis contulerit, primo intuitu videbit, quam imperfecta ea ſit & mutila. Finis denique in eâdem verſione latinâ eſt talis: *Perfectiorúmque circa Deos intelligentiarum compotes nos efficiant,*

ciant, in quibus beatissimus bonorum finis nobis est propositus, & amicitiæ concordiæque inter nos mutuæ autoritas omnis atque firmamentum. Plura de hoc *Jamblichi* Opusculo, & de ipsâ *Porphyrij* ad *Anebonem* Epistolâ, cujus argumentum *S. Augustinus* lib. 10 de Civitate Dei cap. 11 prolixè recenset, vide apud Avunculum meum *Lucam Holstenium* capite nono accuratissimæ Dissertationis *de Vitâ & Scriptis Porphyrij*, quæ editioni Librorum ipsius *de Abstinentiâ ab esu animalium*, & *de Vitâ Pythagoræ*, subjuncta est.

LXXVII.

Septuagesimus septimus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *membranaceus* pervetustus, elegans & optimæ notæ in quarto, scriptus, ut paulo pòst accuratiùs indicabitur, *ante annos septingentos quinquaginta*, nempe *anno Christi nongentesimo vigesimo quinto*, sed per temporis injuriam principio & fine mutilus, constátque nunc folijs *centum quinquaginta uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos trigesimus nonus.*

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 26 pag. 2, *Alcinoi Epitome Philosophiæ Platonicæ*, cujus (2) suprà in recensione Codicis Xmi jam uberiùs est facta mentio; debuissetque præsens hic Codex, ut sine ullâ comparatione & controversiâ longè præstantior, alteri illi præponi, si is tunc temporis à me jam fuisset inventus, nec pro deperdito habitus. In eximio igitur hoc venerandæ antiquitatis Codice ob defectum aliquot foliorum deest suprà memoratæ Epitomes principium, incipitque nunc ea ibi mutilè his verbis: - - - (3) σημαίνει τὸ ὀρθὸν, οἷον ἵππον εἰ θείμεθα ἀνθρώπῳ ὄνομα. καὶ γάρ τοι τὸ λέγειν &c. Sequuntur deinde reliqua omnia, unâ continuâ serie, & (4) *sine ullâ divisione in Capita*, usque ad totius Libri finem, qui est talis: Τοσαῦτα ἀπαρκεῖ πρὸς εἰσαγωγὴν εἰς τὴν Πλάτωνος δογματοποιΐαν εἰρῆσθαι ἂν ἴσως, τὰ μὲν τεταγμένως εἴρηται, τὰ δὲ, σποράδην καὶ (5) αὐτάρκως, ὥς τε μέν τοι ἀπὸ τῶν εἰρημένων θεωρητικοὺς τε καὶ εὑρετικοὺς ἐξ ἀκολουθίας καὶ τῶν λοιπῶν αὐτοῦ δογμάτων γενέσθαι. ἈΛΚΙΝΟΟΥ ἘΠΙΤΟΜῊ ΤΩ͂Ν ΠΛΆΤΩΝΟΣ ΔΟΓΜΆΤΩΝ. Vnde rectè colligitur, Librum illum *Alcinoi* etiam in deperdito hujus Codicis principio olim inscriptum fuisse ἈΛΚΙΝΟΟΥ ἘΠΙ-

(2) *Vide suprà pag. 17 & 18.*

(3) *Vide suprà memoratam Libri hujus Alcinoi optimam editionem græco-latinam Heinsianam Lugduno-Batavam capite sexto, pag. 467.*

(5) *Hinc manifestè patet, ipsū* Alcinoum *non esse autorem divisionis sui Libri in* Capita, *nec eorum* Lemmatum, *quæ nunc singulis Capitibus præfixa sunt.* (5) *In editione Heinsianâ pro* αὐτάρκως *perperàm legitur* ἀτάκτως. *Quod enim re verâ ipse* Alcinonus αὐτάρκως, *non autem* ἀτάκτως *scripserit, manifestè apparet ex sensu sequentium verborum,* ὥς τε μέν τοι *&c,* sufficienter, ut *&c.*

'ΕΠΙΤΟΜΗ'Ν ΤΩ'Ν ΠΛΑ'ΤΩΝΟΣ ΔΟΓΜΑ'ΤΩΝ, hoc est, *Alcinoi Epitomen Dogmatum Platonis.* Cæterùm potest is beneficio variantium Lectionum præstantissimi hujus Codicis Cæsarei non solùm quamplurimis locis insigniter emendari, verùm etiam valdè illustrari & suppleri *antiquis græcis Scholijs* & (1) *Schematibus* seu *Diagrammatibus Mathematicis*, æquè vetustâ manu ibidem passim in margine appositis, quorum Autor sine dubio est ipse ille *Joannes*,(2) *Nicolai*, cognomine *Mystici*, Patriarchæ Constantinopolitani, *Grammaticus* sive *Notarius*, qui, ut paulo pòst fusiùs indicabitur, totum hunc Codicem A. C. 925 suâ manu exaravit.

Secundò, & quidem à fol. 27 pag. 1 usque ad fol. 29 pag. 2, *anonymi cujusdam Autoris*, quem ego jam memoratum *Joannem* esse arbitror, *Praannotamenta miscellanea in Platonem*, quorum primum, ex *Olympiodori Commentario in Gorgiam Platonis* excerptum, inscribitur atque incipit hoc modo: Προτέλεια σύμμικτα εἰς τὸν Πλάτωνα. Ὅτι Ἀριστοτέλης σέβει τὸν Πλάτωνα. ἀμέλει ἔγραψεν ὅλον λόγον ἐγκωμιαστικὸν εἰς Πλάτωνα, ἐκθέμενος καὶ τὸν βίον αὐτοῦ. ἔτι δὲ καὶ ἐν τοῖς ἐλεγείοις τοῖς πρὸς Εὔδημον ὁ αὐτὸς ἐπαινῶν τὸν αὐτὸν ἄνδρα, γράφει οὕτως

Ἐλθὼν δ' ἐς κλεινὸν Κεκροπίης δάπεδον,
Εὐσεβέως σεμνῆς φιλίης ἱδρύσατο βωμὸν
Ἀνδρὸς, ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις.
Ὃς μόνος, ἢ πρῶτος, θνητῶν κατέδειξεν ἐναργῶς
Οἰκείῳ βίῳ καὶ μεθόδοισι λόγων,
Ὡς ἀγαθός τε καὶ εὐδαίμων ἅμα γίνεται ἀνὴρ,
Οὐ νῦν δ' ἐστι λαβεῖν οὐδενὶ ταῦτα ποτέ.

Hoc est: *Sciendum est, quòd Aristoteles Platonem defunctum honorificè coluerit. Scripsit nempe integram Orationem in ipsius laudem, in quâ etiam Vitam ejus exposuit. Præterea quoque in Elegijs suis ad Eudemum idem eundem laudans, sic scribit.*

(3)Cecropis ad claras venerat usque domos.
Dulcis amicitiæ mox illi condidit aram;
Quem laudare nefas ora profana foret.
Qui solus vitâ, doctrinâ, moribus, ore,

Admonuit

(1) *Vide ibi inprimis folium octavum & nonùm; eáque confer cum editionis græco-latinæ Heinsianæ* Capite decimo tertio, *quod inscribitur* Περὶ διασχηματίσεως τοῦ κόσμου, ὅτι τῶν σχημάτων ἕκαστον τῷ τε κόσμῳ καὶ τοῖς στοιχείοις ἀνάλογον· *hoc est:* De Figuris Mundi, & earum cum Mundo & Elementis convenientiâ.

(2) *Secundùm Em.* Card. Baronium *Annal. Ecclesiast. Tom.X fuit* Nicolaus *ille creatus Patriarcha Constantinopolitanus A.C.* 890, *& A.* 930 *obijt.* (3) *Ita versus illos* Aristotelis *græcos latinè vertit Cardinalis* Bessarion *capite tertio libri primi adversus Calumniatorem Platonis. Vide ipsos Bessarionis Libros quatuor contra* Calumniatorem Platonis, *hoc est,* Georgium Trapezuntium, *Venetijs ab Aldo Manutio A.* 1516 *in folio editos, fol.* 4 *pag.* 2. *Consule etiam* R. P. Andreæ Schotti *S. I.* Vitas comparatas Aristotelis & Demosthenis, *Augustæ Vindelicorum apud Christophorum Magnum A.* 1603 *in quarto editas, pag.* 79 *&* 80.

Admonuit cunctas, & monumenta dedit,
Vt virtute queant felicem ducere vitam;
Nulla ferent talem secla futura virum.

Sequuntur deinde in ijsdem Præannotamentis miscellaneis alia *duo Excerpta ex* eodem suprà memorato *Olympiodori in Gorgiam Platonis Comentario* his verbis: Ὅτι ὁ Δημοσθένης γράφει πρός τινα Ἡρακλεόδωρον, ἀκροασάμενον ἐπ᾽ ὀλίγον Πλάτωνος, εἶτα διὰ ῥαθυμίαν ἀτύχως φερόμενον, καὶ καταφρονοῦντα τῶν λόγων, ἐπιπλήττων αὐτῷ ταυτί· Οὐκ αἰσχύνῃ, παιδείας καταφρονήσας, καὶ λόγων, ὧν Πλάτωνος ἠκροάσω; καὶ γὰρ ἦν καὶ ὁ Δημοσθένης ἀκροατὴς Πλάτωνος. Ὅτι Φιλίσκος ὁ ῥήτωρ, γράφων τὸν τοῦ Λυκούργου βίον, φησὶ, ὅτι μέγας γέγονε Λυκοῦργος, καὶ πολλὰ κατώρθωσεν, ἃ οὐκ ἔστι δυνατὸν κατορθῶσαι, τὸν μὴ ἀκροασάμενον τῶν λόγων Πλάτωνος. ἦν δὲ καὶ ὁ Λυκοῦργος οὗτος ὁ ῥήτωρ ἀκροατὴς Πλάτωνος. Hoc est: (1) *Sciendum est, quòd Demosthenes scribens ad quendam Heracleodorum, Platonis olim exiguo tempore auditorem, deinde autem per socordiam ab illo aversum, & sermones ejus negligentem, eundem increpat his verbis: Nonne erubescis eam doctrinam eósque sermones negligere, quos ex Platone audivisti? Erat enim etiam Demosthenes auditor Platonis. Sciendum quoque est, quòd Philiscus Rhetor, Lycurgi Rhetoris Vitam scribens, Magnus, inquit, Vir fuit Lycurgus, multáque præclarè gessit, quæ facere nemo potuisset, qui non fuisset Platonis auditor. Erat enim etiam hic Lycurgus Rhetor Platonis auditor.* Hucusque *Excerpta* illa, verbis nonnullis, ut in excerpendo plerumque fieri solet, vel mutatis vel omissis. *Integra* autem *Olympiodori in Gorgiam Platonis Scholia*, exstant in (2) suprà memorato *Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ* Codice manuscripto Philosophico Græco XXImo, num. 1, Amplissimi doctissimique Senatoris Veneti *Sebastiani Ericij* propriâ manu scripta; quæ cùm, ut ibi indicavi, in *Capita quadraginta octo*, quæ Πράξεις sive *Actiones* appellantur, divisa sint, consulendum ibi inprimis est *Caput quadragesimum primum*, quippe quo multa præclara memorantur, quibus *Vita Platonis*, non solùm apud *Diogenem Laertium*, verùm etiam apud ipsum (3) *Olympiodorum in Scholijs in Alcibiadem primum*, valdè potest illustrari & suppleri. Istîc igitur inter alia etiam hæc leguntur: Ὅτι δὲ καὶ Ἀριστοτέλης σέβει αὐτὸν (nempe τὸν Πλάτωνα) ὡς διδάσκαλον, δῆλός ἐστι γράψας ὅλον λόγον ἐγκωμιαστικόν. ἐκτίθεται γὰρ τὸν βίον αὐτοῦ, καὶ ὑπερεπαινεῖ. οὐ μόνον δὲ ἐγκώμιον ποιήσας αὐτοῦ, ἐπαι-

(1) *Vide suprà citatum locum* Cardinalis Bessarionis, & *Vitas comparatas Aristotelis & Demosthenis pag.* 31.

(2) *Vide suprà pag.* 54. 55 & 56.

(3) *Vide suprà pag.* 21. 51 & 52.

νεῖ αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς Ἐλεγείοις τοῖς πρὸς Εὔδημον, αὐτὸν ἐπαινῶν Πλάτωνα ἐγκωμιάζει, γράφων οὕτως· Ἐλθὼν δ' ἐς κλεινὸν Κεκροπίης δάπεδον, & cætera, ut suprà. Ἐπειδὴ λείπει τι τοῖς ἤδη εἰρημένοις, δεῖ κἀκεῖνο προσθεῖναι περὶ Πλάτωνος. γεγόνασι ῥήτορες θαυμαστοὶ, Ἰσοκράτης καὶ Δημοσθένης, καὶ ὁ Λυκοῦργος· καὶ ὁ μὲν Ἰσοκράτης, ἰσόχρονος αὐτοῦ, ὁ δὲ Δημοσθένης καὶ ὁ Λυκοῦργος, μαθηταὶ αὐτοῦ. εἰ τοίνυν Δημοσθένης ἐπαινεῖ τὸν Πλάτωνα, πῶς δεῖ πείθεσθαι τοῖς φλυάφοις (1) Ἀριστείδου. ὁ γὰρ Δημοσθένης γράφων πρὸς Ἡρακλεόδωρόν τινα, ἀκροασάμενον ἐπ' ὀλίγον Πλάτωνος, εἶτα ἀτυχῶς φερόμενον, καὶ καταφρονήσαντα τῶν λόγων, ἐπιπλήττει αὐτῷ καὶ λέγει· Ὅτι οὐκ αἰσχύνῃ, παιδείας καταφρονήσας καὶ λόγων, ὧν Πλάτωνος ἠκροάσω; καὶ πάλιν αὖ (2) Φιλίσκος τὸν βίον γράφων τοῦ Λυκούργου, φησὶν ὅτι μέγας γέγονε Λυκοῦργος, καὶ πολλὰ κατωρθώσεν, ἃ οὐκ ἔστι δυνατὸν κατορθῶσαι, τὸν μὴ ἀκροασάμενον τῶν λόγων Πλάτωνος· δεῖ δὲ καὶ &c. Et hæc quidem *de Praannotamentis* istis *ex Olympiodoro in Gorgiam Platonis* in præsens sufficiant. Sequuntur porrò ibidem alia quædam *de Vitâ & Scriptis Platonis Excerpta ex Diogene Laertio*: inter quæ primo loco collocata sunt *Epigrammata duo sepulchralia*; quorum *primum* est:

Σωφροσύνῃ προφέρων θνητῶν ἤθει τε δικαίῳ,
Ἐνθάδε (3) κεῖται ἀνὴρ θεῖος Ἀριστοκλέης.
Εἰ δέ τις ἐκ πάντων σοφίης μέγαν ἔσχεν ἔπαινον,
(4) Οὗτος ἔχει πλεῖστον, καὶ φθόνος οὐχ ἕπεται.

Alterum autem:

Γαῖα μὲν ἐν (5) κόλποις κρύπτει τόδε σῶμα Πλάτωνος,
Ψυχὴ δ' ἀθανάτων τάξιν ἔχει μακάρων·
Υἱοῦ Ἀρίστωνος, τόν τις καὶ τηλόθι ναίων
Τιμᾷ ἀνὴρ ἀγαθὸς θεῖον ἰδόντα βίον.

Operæ pretium quoq; fuerit, cætera, quæ ibidem exstant Excerpta, ob lectionum variationem cum *Diogenis Laertij* editionibus impressis accuratè conferri. Quandoquidem etiam *Epigrammatum* illorum, quæ in Vitâ Platonis apud *Diogenem Laertium* exstant, facta est mentio, lubet mihi hâc occasione unum eorum explanare, quod in omnibus hactenùs impressis editionibus, ne ultimâ quidem illâ & optimâ *Menagianâ* exceptâ, adeò absurdâ & obscurâ translatione latinâ laborat, ut nullus intelligibilis & conveniens, nedum elegans sensus inde possit elici. *Epigramma* illud est hoc:

Νῦν

(1) *Vide suprà pag.* 7 & 8.

(2) *Locus notabilis* de Lycurgi Rhetoris Vitâ, à Philisco conscriptâ; *cujus à doctissimo* Vossio *in Opere de Historicis Græcis nulla fit mentio.*

(3) *Apud* Laertium *legitur*, Ἐνθάδε δὴ κεῖται θεῖος Ἀριστοκλέης.

(4) *Apud* Laertium *legitur* Τοῦτον ἔχει πλεῖστον *&c.*

(5) *Apud* Laertium *legitur* ἐν κόλποις, *& paulò pòst* ἀθανάτων.

Νῦν ὅτε μηδὲν Ἄλεξις ὅσον μόνον εἶφ' ὅτι καλὸς
Ὤπται, καὶ πάντη πᾶς τις ἐπιστρέφεται.
Θυμὲ, τί μηνύεις κυσὶν ὀστέον; εἶτ' ἀνιήσεις
Ὕστερον· οὐχ οὕτω Φαῖδρον ἀπωλέσαμεν;

Verterat illud jam olim *L. Apulejus in Apologiâ* suâ satis obscurè, perplexè & ridiculè hoc modo:

Dixerit hic tantum cùm nil nisi pulcher Alexis
Exstitit, & vertunt quilibet in te oculos.
Cur, anime, os canibus monstras, angisque dolore
Postmodò? non Phædro sic priùs excidimus?

Sed auxit obscuritatem & absurditatem istius versionis Apulejanæ *Thomas Aldobrandinus* novâ hac suâ, &, quod mirandum est, communiter nunc receptâ translatione:

Nunc quando nihil Alexis hoc tantum dixit quod pulcher
Visum est, & quocunque quisque se vertit.
Anime, quid indicas canibus ossa? deinde dolebis
Posteriùs; non sic Phædrum perdidimus?

Vera autem hujus *Epigrammatis* interpretatio verúsque sensus est talis:

Hoc tantùm dixi: visus mihi pulcher Alexis;
Vndique nunc in se lumina amore trahit.
Quare os ostendis canibus mens læva? dolebis
Posteà; nam Phædrum nonne ita perdidimus?

Tertiò, & quidem à fol. 29 pag. 2 usque ad fol. 50 pag. 2, *anonymi cujusdam Autoris*, quem ego (1) suprà memoratum *Olympiodorum Philosophum Alexandrinum* esse arbitror, *Prolegomena generalia in universam Platonis Philosophiam, in Capita undecim divisa*, & hactenus, quod ego sciam, nondum in lucem edita, quorum titulus & principium: ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ ΤΗΣ ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ. (2) Ὁ μὲν (3) δαιμόνιος Ἀριστοτέλης τῆς θεολογικῆς αὐτοῦ φιλοσοφίας ἀρχόμενος, πάντας ἀνθρώπους ἔφη τοῦ εἰδέναι ἐφίεσθαι, καὶ τούτου πίστιν τὴν τῆς αἰσθήσεως ἔλεγεν ἀγάπησιν· διὰ τοῦτο γὰρ τὰς αἰσθήσεις ἀγαπῶμεν ἵνα γινώσκωμέν τι. φαίην δ' ἂν ἐγὼ τὴν Πλάτωνος τοῦτο πεπονθέναι· πάντας γὰρ ἀνθρώπους ἐστὶ ἰδεῖν, ὥσπερ ἔκ τινος πηγῆς, ἀρύσασθαι βουλομένους ἐκ ταύτης, ὅσον ἕκαστος χωρῆσαι

(1) *Vide suprà pag. 11, 47, 51, 52, 53, 54.*

(2) *Simili principio & iisdem ferè verbis incipiunt etiam* Prolegomena Olympiodori in Platonis Alcibiadem primum *suprà pag. 52.* (3) *Vide Card.* Bessarionem *contra Calumniatorem Platonis lib. 1 cap. 3, ubi rectè monet tàm Peripateticos, quàm Platonicos Philosophos* Platonem, *ut præstantiorem ac digniorem appellare* Θεῖον *sive* Divinum, Aristotelem *autem* Δαιμόνιον *sive* Beatum.

χρήσιμον οἴονται. πάντας δὲ λέγω, τοὺς γε κατὰ φύσιν ἔχοντας, καὶ μὴ ἀτεράμονας ὄντας, καὶ δίκην νυκτερίδων μὴ δυναμένους ἀντοπεῖν ἡλιακῷ φωτί· οἳ μόνα τὰ αἰσθητὰ οἰόμενοι εἶναι, τῶν νοητῶν οὐδεμίαν τίθενται φροντίδα. Ἔτι δ' ἂν μᾶλλον ἀγαθείημεν τὴν τούτου φιλοσοφίαν, εἰ τήν τε ἱστορίαν τοῦ Φιλοσόφου, καὶ τὸ εἶδος τῆς αὐτοῦ φιλοσοφίας ὑφηγησώμεθα. Πλάτων τοίνυν (1) ὁ πολὺς, πατρὸς μὲν ἦν Ἀρίστωνος τοῦ Ἀριστοκλέους, μητρὸς δὲ Περικτιόνης, τῆς ἀπογόνου Σόλωνος τοῦ νομοθέτου· ὅθεν καὶ κατὰ μίμησιν αὐτοῦ ἐξέθετο τήν τε πολιτείαν καὶ τοὺς νόμους. αὐτὸς δὲ ἐκαλεῖτο Ἀριστοκλῆς &c; finis autem: Καὶ μέχρι μὲν τούτων ἔστω ΤΑ' ΠΡΟΤΕ'ΛΕΙΑ τῆς συναναγνώσεως τῆς Πλάτωνος φιλοσοφίας, ἐν ἝΝΔΕΚΑ ΚΕΦΑΛΑΙ'ΟΙΣ περικλεισθέντα· ἑνὶ μὲν τούτων, περιέχοντι τὴν ἱστορίαν τοῦ Φιλοσόφου· ἑτέρῳ δὲ, τὸ εἶδος τῆς φιλοσοφίας αὐτοῦ· τρίτῳ δὲ, διατὶ εἰς τὸ συγγράφειν ἦλθεν· τετάρτῳ δὲ, διατὶ τὸ διαλογικὸν εἶδος τῆς λογογραφίας ἐπετήδευσε· πέμπτῳ δὲ, τίνα συμπληροῦσι τοὺς διαλόγους· ἕκτῳ δὲ, πόθεν τὰς διαιρέσεις τῶν Πλάτωνος διαλόγων ποιητέον· ἑβδόμῳ δὲ, πόθεν τὰς ἐπιγραφὰς δεῖ θηρεύειν· ὀγδόῳ δὲ, ποίῳ τρόπῳ ὑφηγήσεως ἐν τοῖς διαλόγοις κέχρηται· τοῦτ' ἔστι, τί ἐστι ἡ διασκευή· ἐννάτῳ δὲ, πόθεν τοὺς σκοποὺς τῶν διαλόγων θηρευτέον· δεκάτῳ δὲ, τίς ἡ τάξις τῶν διαλόγων· τελευταίῳ δὲ, πόσοις τρόποις κέχρηται διδασκαλίας ὁ θεῖος Πλάτων. ΤΕ'ΛΟΣ ΤΩ͂Ν ΠΡΟΤΕΛΕΙ'ΩΝ ΤΗ͂Σ ΠΛΑ'ΤΩΝΟΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙ'ΑΣ. Dignissimum profectò est hoc *Opusculum*, ut ex vetustissimo hoc præstantissimoque Codice manuscripto *Cæsareo* cum novâ *Alcinoi Epitomes Dogmatum Platonis* editione integrum in lucem proferatur. Possunt enim ejus beneficio, non solùm *Vita Platonis apud Diogenem Laertium*, & *Vita* ejusdem *apud* (2) *Olympiodorum in Prolegomenis Scholiorum in Alcibiadem primum*, verùm etiam ipsa *Platonis Opera* non mediocriter illustrari & suppleri.

Quartò, & quidem à fol. 51 pag. 1 usque ad fol. 52 pag. 1, *Carmina aurea*, vulgò dicta *Pythagoræ*, sed re verâ potiùs appellanda *Pythagorica;* quorum titulus cum principio est ibi talis: Πυθαγορικὰ ἔπη, τὰ οὕτως ἐπικαλούμενα Χρυσᾶ, στοιχείωσιν περιέχοντα τῆς τελειοτάτης τῶν Πυθαγορείων φιλοσοφίας.

Αὐθα-

(1) Ὁ πολὺς, sæpè memorandus, *vel* sæpè memoratus.

(2) *Vide suprà pag.* 11 & 52; *ubi tamen omisi indicare*, Vitam Platonis, ab Olympiodoro conscriptam, *quam primus græcè in lucem edidit* Mericus Casaubonus *in Notis in Diogenem Laertium*, *ibidem etiam exstare in latinum sermonem conversam à* Jacobo Windeto, *& cùm ejusdem Annotatiunculis. Vide* Diogenis Laertij *ultimam & optimam editionem* Menagianam *Londinensem A.* 1664 *in folio.*

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα Θεοὺς νόμῳ, ὡς διάκειται,
Τίμα· καὶ σέβου ὅρκον· &c.

Plura de his *Carminibus* addere (1) superfluum est, cùm de ijsdem à múltis, tùm antiquis, tùm novis Autoribus, jam antehac abundè scriptum sit.

Quintò, & quidem à fol. 52 pag. 2 usque ad fol. 110 pag. 1, *Hieroclis*, Philosophi *Stoici* Alexandrini celeberrimi, qui seculo post Christum *quinto*, sub *Imp. Leone Thrace* potissimùm floruit, *Commentarius in* suprà memorata *Carmina aurea Pythagorica*, cujus titulus & principium: Ἱεροκλέους Φιλοσόφου Ὑπόμνημα εἰς αὐτά. Ἡ φιλοσοφία ἐστὶ ζωῆς ἀνθρωπίνης κάθαρσις καὶ τελειότης· κάθαρσις μὲν, ἀπὸ τῆς ὑλικῆς ἀλογίας καὶ τοῦ θνητοειδοῦς (2) πτώματος· τελειότης δὲ, &c; finis autem: ἔστι γὰρ οὐδὲν ἄλλο τὰ ἜΠΗ ταῦτα, ἢ τελειότατος χαρακτὴρ φιλοσοφίας, καὶ κεφαλαιωδεστέρων αὐτῆς δογμάτων ἐπιτομὴ, καὶ ὑπὸ (3) ΤΩΝ ἨΔΗ ΤΗ῀Ν ΘΕΙ῀ΑΝ ΟἸΜΟΝ ἀναβεβηκότων ἀπογραφεῖσα τοῖς μετ᾽ αὐτοὺς παιδευτικὴ στοιχείωσις· ἃ δὴ καὶ τῷ ὄντι εἴποις ἂν τῆς ἀνθρωπίνης εὐγενείας εἶναι γνώρισμα κάλλιστον, καὶ οὐχ᾽ ἑνός τινος τῶν Πυθαγορείων ἀπομνημόνευμα, ὅλου δὲ τοῦ ἱεροῦ συλλόγου, καὶ, ὡς ἂν αὐτοὶ εἴποιεν, τοῦ (4) ὉΜΟΙ῀ΟΥ παντὸς ἀπόφθεγμα (5) κοινόν. διὸ καὶ νόμος ἦν, ἕωθέν τε ἀνισταμένους αὐτοὺς, ἀκροᾶσθαι τούτων τῶν ἐπῶν, ὥσπερ τινῶν Πυθαγορικῶν θεσμῶν, ἑνός τινος ὑπαναγινώσκοντος, καὶ πρὸς ἑσπέραν εἰς ὕπνον μέλλοντας τρέπεσθαι, ὅπως ἂν τῇ συνεχείᾳ τῆς μελέτης τῶν τοιούτων λόγων ζῶντα ἐν αὐτοῖς ἀποφήνωσι τὰ δόγματα· ἃ δὴ καὶ ἡμᾶς ποιεῖν δίκαιον, πρὸς τὸ συναί-

(1) *Certas tamen ob caussas illud tantùm hîc moneo, eorundem* Aureorum Carminum Pythagoricorum Paraphrasin Arabicam cum Versione Latinâ Joannis Elichmanni *editâ esse à* Claudio Salmasio *Lugduni Batavorum typis Joannis Maire A.* 1640 *in* 4to, *cum* Simplicij Commentario græco-latino in Enchiridion Epicteti, *& cum* Cebetis Thebani Tabulâ Græcè, Arabicè & Latinè. (2) *Ita ibi rectè & appositè scriptum est; nempe* πτώματος, *sive* Cadaveris, *non autem, ut in vulgatis editionibus impressis legitur,* σώματος *sive* corporis. (3) *Vulgò ibi perperàm & corruptè legitur,* καὶ ὑπὸ τὸν θεῖον νόμον ἀναβεβηκότων ὑπογραφεῖσα. *Ea enim lectio, quæ ex vetustissimo Codice manuscripto Cæsareo hîc exhibetur, vera & genuina est, & hunc habet sensum:* & ab ijs, qui jam divinam semitam conscenderunt, ex ore Pythagoræ præscripta posteris prima doctrinalis informatio. *Eadem lectio exstat etiam infrà in duobus proximè sequentibus Codicibus LXXVIII & LXXIX. Simili quoque sensu, sed* masculino genere, *usurpatur vox* οἶμος *à* S. Dionysio Areopagitâ *de Cælesti Hierarchia cap.* 15 § 9, *ubi legitur* ἀκλινὴς καὶ ἰθύτομος ὑπερκόσμιος οἶμος, *hoc est,* recta arduáque supramundana semita. (4) *Ita hîc re verâ legendum est; nempe* Ὁμοίου, *non autem ut vulgò perperàm legitur,* Ὁμιλίου, *vel, ut* Joannes Curterius *legendum esse conjectat,* Ὁμακοείου. Ὅμοιον *enim neutro genere secundùm peculiarem* Pythagoreorum *loquendi rationem est* Societas ijsdem legibus, institutis & moribus utens, *ideóque à* similitudine vitæ *sic appellata. Est igitur* Ὅμοιον Πυθαγορικὸν *idem atque* ἡ σύστασις ἅπασα, ἡ συνακολουθήσασα τῷ Πυθαγόρᾳ, *ut loqui amat* Porphyrius *in Vitâ Pythagoræ.* (5) *Huc pertinet insignis* Procli *locus lib.* 1 *in Timæum Platonis, ubi de* Pythagoreis *refert,* omnes eorum Inventiones omniaque Scripta habita fuisse communia: Τὴν κοινωνίαν, *inquit,* ἠσπάζοντο τὴν ἐν ταῖς εὑρέσεσι τῶν δογμάτων, καὶ τὸ ἑνὸς συγγράμματα ΚΟΙΝΑ῀ ΠΑΝΤΩΝ ἦν. *Similia quoque duo* Jamblichi *loca de Scriptis Pythagoreorum exstant lib.* 1 *de Vitâ Pythagoræ cap.* 29 *pag.* 143 *& cap.* 31 *pag.* 172 *editionis græco-latinæ Joannis Arcerij A.* 1598 *in quarto.*

συναίσθησιν τῆς ἀπ' αὐτων ὠφελείας ὀψὲ γοῦν ποτε κτήσασθαι. Sequitur deinde ibidem antiqua hæc *ſubſcriptio Græca*, quâ indicatur, *à quo* & *quonam tempore* præſtantiſſimus hic Codex ſcriptus fuerit: Ἐγράφη χειρὶ ΙΩΑΝΝΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ, ἀχρείου δούλου Ἰησοῦ Χριστοῦ, μηνὶ Ἰουλίῳ εἰς τὰς εἰκοσιοκτὼ, ἡμέρᾳ πέμπτῃ, ἰνδικτιῶνος ιγʹ· ἔτη κόσμου ͵ς υ λ βʹ. Hoc eſt: *Scriptus eſt hic Hieroclis in Carmina aurea Pythagorica Commentarius manu JOANNIS GRAMMATICI, inutilis ſervi Jeſu Chriſti, menſis Julij die vigeſimo octavo, feriâ quinta, Indictione decimâ tertiâ, cùm elapſi eſſent anni Mundi ſexies mille quadringenti triginta duo.* Scriptus ergò eſt hic Codex *currente anno Mundi ſexies milleſimo quadringenteſimo trigeſimo tertio*, ſive *anno Chriſti nongenteſimo vigeſimo quinto*; utpote cui reſpectu diei vigeſimi octavi menſis Julij *Indictio decima tertia* reſpondet, quemadmodum præcedenti *anno Mundi ſexies milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſecundo*, *Chriſti* autem *nongenteſimo vigeſimo quarto*, reſpectu ejuſdem diei vigeſimi octavi menſis Julij reſpondet *Indictio duodecima*. Hinc igitur neceſſariò ſequitur, *Joannem* hunc *Grammaticum* ſine ulla controverſiâ diverſum eſſe à *Joanne Grammatico* cognomine *Philopono*, qui ſeculo poſt Chriſtum *ſexto* ſub

(1) *Vide Lib. III horũ Commentariorum pag. 246, Lib. IV pag. 322, & ſuprà pag. 59. 65, ac deinceps aliquoties.*

(1) *Impp. Anaſtaſio Dicoro, Juſtino Thrace* & *Juſtiniano Imo* ſive *Magno* floruit. Deinde, cum idem hujus Codicis ſcriptor ſe non ſolùm *Grammaticum*, verùm etiam *inutilem Jeſu Chriſti ſervum* nuncupet, ſatis clarè inde apparet, eum fuiſſe *hominem eccleſiaſticum*. Porrò, cùm comparatione aliorum ejuſdem ſcripturæ & temporis Codicum manuſcriptorum Græcorum Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ certò probari poſſit, Codicem hunc ſcriptum eſſe *Conſtantinopoli*, veriſimilimum mihi videtur, *Joannem* illum, à quo is ſcriptus eſt, unum fuiſſe ex *duodecim* iſtis *Patriarchæ Conſtantinopolitani Notarijs*, quos *Georgius Codinus* in Libro de Officijs Aulæ & Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ teſtatur, non ſolùm Νοταρίους, verùm etiam Γραμματικοὺς ſive *Grammaticos* appellatos fuiſſe. Ipſa *Codini* verba capite quinto editionis Regiæ græco-latinæ Pariſinæ, pag. 68, ſunt hæc: Ὁ Πρωτονοτάριος δῆλος καὶ ἀπὸ τοῦ ὀνόματος· πρῶτος γὰρ τῶν ΝΟΤΑΡΙΩΝ, ἤτοι, τῶν ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΩΝ. Quos igitur vulgus græco-barbarè appellavit *Notarios*, hos eruditi vocârunt *Grammaticos*. De eorundem *numero*, *officio* & *cognomine*, quòd nempe *duodecim* fuerint, & *Chartophylaci Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ* navârint operam, & ad differentiam aliorum Notariorum ſive Grammati-

maticorum Πατριαρχικοὶ sive, *Patriarchales* dicti fuerint, vide plura apud doctissimũ & de re literariâ optimè meritũ *Joannem Meursium* in Glossario Græco-barbaro, litera N, sub titulo Νόται & Νοτάριος. Hoc itaque *Patriarchalis Notariatûs munere* suprà memoratus *Joannes* functus est sub *Nicolao* cognomine *Mystico*, quippe qui Patriarchalem Cathedram Constantinopolitanam conscendit A. C. 890, & A. 930 obijt. Cæterùm, ut ad *Hierolis in Aurea Carmina Commentarium* revertar, primus eum ex Codice manuscripto, Venetijs à se empto, *latinè* vertit, & A. C. 1474 translationem illam suam cum Epistolâ dedicatoriâ ad Papam *Nicolaum V* Patavij in quarto (1) edidit *Joannes Aurispa Siculus*; quæ incipit his verbis: *Sapientiæ studium est, quod in purgatione & perfectione humanæ vitæ versatur. Purgamur enim per Philosophiam hâc nostrâ terrenâ ignorantiâ & mortalis corporis specie*; &c. *Græcè* deinde cum nova versione suâ *latinâ* eundem Commentarium edidit *Joannes Curterius* Parisijs apud Nicolaum Nivellium A. 1583 in 12mo; & quidem ex alio quodam Codice manuscripto, quam quo *Aurispa* usus fuerat; nempe *Gallicano* Illustrissimi Abbatis *Francisci Rupifucaldij*, varijs Lectionibus ex *Bibliothecâ Vaticanâ* desumptis multis in locis emendato. Atenimverò cùm Codex ille manuscriptus *Cæsareus*, de quo in præsens agitur, vetustate & accuratâ scripturæ diligentiâ alijs omnibus ejusdem Commentarij Codicibus manuscriptis, quotquot nunc exstant, venerabilior & præstantior sit, & omnia jam memoratæ *editionis græco-latinæ Curterianæ* Parisinæ corrupta & mutila loca beneficio ejus emendari possint ac suppleri, operæ pretium profectò fuerit; totam novam editionem ex eo adornari. Interim facere non possum, quin nunc obiter singularem aliquem istius Commentarij locum, paginâ 230 jam memoratæ editionis *Curterianæ*, ubi *Hierocles* expressè, non *Pythagoram*, sed *Pythagoreum aliquem* Aureorum illorum Versuum autorem esse affirmat, inveterato mendo liberem. Legitur ibi vulgò hoc modo: Παραδέδοται δὲ ἡ τούτων γνῶσις τοῖς Πυθαγορείοις δι' αὐτοῦ τοῦ Πυθαγόρου, ὃν καὶ νῦν ἘΠΟΜΕΝΟΣ Ὁ ΤΩΝ ἘΠΩΝ ΤΟΥΤΩΝ ΣΥΓΓΡΑΦΕΥΣ, ὅτι τῆς ἀρετῆς ἡ τελείωσις πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἔλλαμψιν ἡμᾶς ἀνάξει. Vbi rectè quidem *Curterius* animadvertit sententiam claudicare, ideóque post vocem συγγραφεὺς existimat deesse verbum φησὶ, totumque illum locum sic vertit: *Est autem istorum tradita Pythagoreis per Pythagoram ipsum cognitio, quem insecutus, QVI VERSVS ISTOS CONSCRIPSIT, virtutis perfectionem*

(1) *Primam hanc translationis istius latinæ editionem emendavit & secundò edidit celeberrimus Jurisconsultus* Vdalricus Zasius *Basileæ typis Henrici Petri A.* 1543 *in octavo.*

perfectionem ad splendorem veritatis nos esse perducturam significat. Sed haud opus est verbo illo φησὶν; utpote cùm ex præstantissimo hoc Codice manuscripto *Cæsareo* certò constet, pro ὃν καὶ νῦν ἘΠΟ'ΜΕΝΟΣ legendum esse ὃν καὶ νῦν ἘΠΟ'ΜΝΥΤΑΙ, ita ut verus sit sensus: *per quem* (scilicet Pythagoram) *nunc etiam is qui Versus hosce conscripsit, jurat,* (sive juramento confirmat,) *quòd virtutis perfectio ad veritatis splendorem nos sit perductura.* Juramentum illud continetur his versibus:

Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρα ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν,
Παγὰν ἀενάω φύσεως.

Hoc est ad verbum: (1) *Juro hoc per Illum* (scilicet Pythagoram), *qui nostræ animæ tradidit* (sive, qui nos docuit) *Quaternarium, fontem æternæ naturæ.* Ad quem locum *Theodorus Marcilius* in Commentario suo eruditissimo in Aurea Carmina Pythagorica, Parisijs apud Nicolaum Nivellium A. 1585 in 12mo impresso, sic scribit: *Profert hunc locum Plutarchus lib. 1 de Placitis Philosophorum cap. 3, & Macrobius in Somnium Scipionis lib. 1 cap. 6; sed paulo aliter: nempe* Ὀυ μὰ τὸν ἁμετέρα *&c. Ex quo intelligere licet, cum Pythagoræ discipuli asseverarent, jurare solitos,* Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρα *&c; contrà verò, cùm quid negarent,* Ὀυ μὰ τὸν ἁμετέρα. *Ijdem quoque duo Autores jam citatis locis ajunt, Pythagoreos jurare solitos* Τετρακτὺν *sive Quaternarium. Atqui non* Τετρακτὺν *jurabant, sed* παραδόντα Τετρακτὺν, *sive illum, à quo* Τετρακτὺος *sive Quaternarij scientiam acceperant. Is autem doctor eorum Pythagoras. Pythagoram itaque juratum ab eis, rectè ait Sextus Empiricus & interpres HIEROCLES. Sed pro Plutarcho & Macrobio responderi potest. Si propter Quaternarij accepti beneficium, per Pythagoram jurejurando interposito, res suas firmârunt, multo magis Quaternarij ipsius jurejurando fidem suam adstringere potuerunt; quia, secundum Aristotelem, semper ea res, propter quam alia existit, ipsa magis existat necesse est. In ijsdem versibus* παραδιδόναι ψυχῇ μαθητῶν *pro* διδάσκειν, *sive, tradere discipulorum mentibus pro docere usurpatur. Nihil enim aliud est docere, quàm menti tradere; & discere, nihil aliud quàm mente accipere.* Hucusque *Curterius.* Plura de *Pythagorâ* & *Pythagoreis* qui volet, is ex antiquis Autoribus præcipuè consulat *Diogenem Laertium, Porphyrium, Jamblichum,* & *anonymum* illum de Vitâ Pythagoræ, cujus Fragmenta exstant apud *Photium* Patriarcham CPnum in recensione Codicis Bibliothecæ suæ CCXLIXni. Ex recentioribus

(1) *Joannes Curterius metricè vertit:* Juro te, qui nos docuisti Tetrada, fontem Naturæ æternũ; *Theodorus autem Marcilius:* Juro tibi hunc, à quo datus ille Quaternio menti Nostræ, ex quo natura fluit ceu fonte perenni.

autem

autem inprimis legendi sunt *Gerardus Joannes Vossius* capite sexto de Philosophorum Sectis & *Joannes Jonsius* in Opere de Scriptoribus Historiæ Philosophicæ. Quod denique ad *Hieroclis* Vitam & Scripta attinet, vide præ cæteris *Suidam* in voce Ἱεροκλῆς, & Bibliothecæ Photianæ Codicem CCXIVtum, CCXLIIdum, & CCLImum; atque insuper consule suprà citatum *Jonsium* Libri tertij de Scriptoribus Historiæ Philosophicæ capite decimo octavo: ubi de hoc quidem *Hierocle*, Aureorum Carminum Pythagoricorum Explanatore, præcipuè & ex professo agit, obiter tamen etiam recenset (1) alios *quatuor* diversos *Hierocles*.

(1) *Huc quoque pertinet incerta* Hieroclis *mentio apud* Stephanum *de Urbibus in explicatione Nominum* Βεϱχυάνις, Ταϱκυϊα; *&* Τλάϱλαμα; *ut & apud* Joannem Tzetzen *Historia Variæ Chiliade VII à vers. 717 usque ad vers. 726, & apud* Imp. Constantinum Porphyrogenitum *Thematum lib. 2 cap. 1 & 4.*

Sextò, & quidem à fol. 110 pag. 2 usque ad fol. 112 pag. 2, *Speusippi, Potonæ sororis Platonis filij*, ejusdemque discipuli, & in Scholâ successoris, *Divisio*, hactenùs, quod ego sciam, nondum edita cujus titulus & principium: Ἡ Σπευσίππου Διαίρεσις. Τῶν ὀνομάτων τὰ μὲν ἐστι ταυτώνυμα, τὰ δὲ ἑτερώνυμα· τῶν δὲ ταυτωνύμων τὰ μὲν ἐστι ὁμώνυμα, τὰ δὲ συνώνυμα. τῶν δὲ ἑτερωνύμων &c. Hæc igitur est una ex illis *Divisionibus*, quarum *Diogenes Laertius* in Vitâ *Speusippi* expressè meminit; utpote ubi ipsum inter alios quam plurimos Libros suos etiam Διαιρέσεις reliquisse commemorat.

Septimò, & quidem à fol. 113 pag. 1 usque ad fol. 146 pag. 1, *Theodori Abucaræ, Episcopi Cariæ*, qui à *Photio* Pseudo-Patriarchâ Constantinopolitano, quòd ipsius partes contra *S. Ignatium*, verum Patriarcham Constantinopolitanum, sequeretur, ab Episcopatu Cariæ ad Episcopatum Laodicenum translatus est, & pro ipso ad *Imp. Ludovicum II* legationem obijt, posteà autem resipiscens in Concilio Oecumenico octavo, A. C. 869 & 870 contra *Photium* celebrato, commissi delicti veniam petijt & impetravit, *Opuscula varia contra Saracenos, Judæos & Hæreticos*, quorum *primum*, quo in *Dialogo* quodam ratiocinatione demonstratur, *quòd sit Deus*, inscribitur atque incipit hoc modo: Διάλογος Θεοδώρου τοῦ γεγονότος Ἐπισκόπου Καρῶν, τοῦ ἐπίκλην Ἀβουκαρᾶ, γενόμενος πρὸς τὸν τοῦ δρόμου Ἐμέσης, αἰτησάμενον ἀπόδειξιν ἀποδοθῆναι αὐτῷ ἀπὸ λογισμοῦ ὅτι ἐστι Θεός. Πρόκειται ἐν τῷ μὲν προσώπῳ τοῦ ὀρθοδόξου Α, τῷ δὲ τοῦ ἀπίστου τὸ Β. Β. Ἄπιστος ὢν οὗτος ἀπόδειξιν, ὅτι ἐστι Θεός. Α. Ἅπας ἀριθμὸς προσδεχόμενος προσθήκην &c. Exstat quoque inter eadem Opuscula *Thomæ Patriarchæ Hierosolymitani Epistola adversus Armenios hæreticos, à Theodoro Abucarâ Arabicè dictata, & à Michaele Syncello in linguam græcam translata*, cujus principium: Χριστὸς ὁ Κύριος καὶ

Θεὸς

Θεὸς ἡμῶν τῷ τῶν Ἀποςόλων ἔφη κορυφαίῳ Πέτρῳ &c. Plura de his *Theodori Abucaræ* Opuſculis vide Libri *quinti* horum Commentariorum pag. 13, 77, 78 & 358, in recenſione Codicum manuſcriptorum Theologicorum Græcorum CCVIIIvi & CCXXXVti, ubi jam olim indicavi, ea à R.P. *Jacobo Gretſero* S.I. ex Sereniſſimi Vtriuſque Bavariæ Ducis Maximiliani Bibliothecâ primùm *græcè* & *latinè* edita eſſe, cum *Anaſtaſij Sinaitæ* Ὁδηγῷ ſive *Duce Viæ adverſus Acephalos*, Ingolſtadij typis Adami Sartorij A. 1606 in quarto. Nunc igitur hoc tantùm addo, Codicem illum manuſcriptum *Cæſareum*; de quo in præſens agitur, non ſolùm *Bavarico* illo R.P. *Gretſeri*, verùm etiam reliquis ſuprà memoratis Codicibus *Cæſareis* multo vetuſtiorem & præſtantiorem eſſe, ideóque operæ pretium fore, *Gretſerianam* editionem impreſſam cum eo diligenter conferri.

LXXVIII.

Septuageſimus octavus (1) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, conſtátq; folijs *centum quinquaginta quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philoſophicos & Philologicos Græcos* centeſimus tertius.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 2 uſque ad fol. 59 pag. 2, *Aurea Carmina Pythagorica cum Hieroclis Philoſophi Commentario*, cujus titulus & principium: Ἱεροκλέους φιλοσόφου ὑπόμνημα εἰς τὰ Πυθαγορικὰ ἔπη. Φιλοσοφία ἐστὶ ζωῆς ἀνθρωπίνης κάθαρσις &c; finis autem: τῆς ἀπ' αὐτῶν ὠφελείας ὀψὲ γοῦν ποτε κτήσασθαι. Plura de hoc Commentario vide ſuprà in recenſione proximè præcedentis Codicis LXXVIImi, num. 5.

Secundò, & quidem à fol. 60 pag. 1 uſque ad fol. 63 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Sententiæ Pythagoricæ ordine alphabetico*; quarum titulus & principium: Γνῶμαι τῶν Πυθαγορείων. Ἀνανεούσθω σοι ὁ περὶ τῶν ἀγαθῶν λόγος μᾶλλον, ἢ τὰ σιτία καθ' ἡμέραν. Ἀπαιδευσία πάντων τῶν παθῶν μήτηρ &c.

Tertiò, & quidem à fol. 64 pag. 1 uſque ad fol. 75 pag. 2, anonymi cujuſdam Excerptoris *Collectio Apophthegmatum & Sententiarum inſigniorum ex Diogenis Laertij Libris decem de Vitis illuſtrium veterum Philoſophorum*; cujus titulus & principium: Ἐκ τῶν Λαερτίου Διογένους βίων καὶ γνωμῶν τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ εὐδοκιμησάντων. Θάλης. Οὗτος ἐρωτηθεὶς, διὰ τί οὐ τεκνοποιεῖ; διὰ φιλοτεκνίαν, εἶπεν· καὶ τῆς μητρὸς αὐτὸν ἀναγκαζούσης γῆμαι, ἔλεγεν· οὐδὲ καιρός· εἶτα &c.

Quartò,

Quartò, & quidem à fol. 75 pag. 2 usque ad fol. 78 pag. 2, *Ignatij Diaconi Tetrasticha Jambica ex Fabulis Æsopicis Babriæ*, vulgò perperam appellati *Gabriæ*; quorum titulus & principium: Ἰγνατίε ἐκ τῶν μύθων τοῦ Αἰσώπε τετράστιχα. Ἀνδρὸς ποσὶ πατεῖτο πέτρινος λέων, &c. Exstant ea *græcè* & *latinè* in *Isaaci Nicolai Neveleti Mythologiâ Æsopicâ*, Francofurti typis Nicolai Hoffmanni A. 1610 in octavo editâ, à pag. 354 usque ad pag. 387. Consulenda autem ibi inprimis est ejusdem jam memorati *Neveleti* pereruditа Præfatio ad Lectorem, cui de *Babriâ* & *Ignatio Diacono* notabilia quædam loca ex *Suidæ* Lexico & *Gerardi Joannis Vossij* Institutionibus Oratorijs inseruit.

Quintò, & quidem à fol. 79 pag. 1 usque ad fol. 84 pag. 2, *Georgij Gemisti Plethonis Liber de Virtutibus*, cujus principium: Ἀρετὴ ἐστιν ἕξις, καθ' ἣν ἀγαθοὶ ἐσμὲν. ἀγαθοὶ μὲν δὴ &c. Plura de hoc Libro vide suprà pag. 107.

Sextò, & quidem fol. 85 pag. 1 & 2, anonymi cujusdam *Excerpta ex Definitionibus*, quæ vulgò quidem attribuuntur *Platoni*, re verâ autem sunt *Speusippi*, qui fuit *Potonæ sororis Platonis filius*, ejusque discipulus & in Scholâ successor. Inscribuntur ea Excerpta atque incipiunt hoc modo: Ἐκ τῶν ὅρων Πλάτωνος. Αἴδιον, τὸ κατὰ πάντα χρόνον καὶ πρότερον ὂν, καὶ νῦν μὴ διεφθαρμένον. Θεὸς ζῶον ἀθάνατον, &c. Plura de his *Speusippi Definitionibus Platonicis* vide suprà pag. 11 in recensione Codicis quinti, num. 6; ubi quidem & in ipso illo Codice manuscripto expressè *Platoni* attribuuntur, simul etiam obiter à me indicatur, quamvis harum *Definitionum* nulla à *Laertio* in *Vita Platonis* fiat mentio, eas tamen ut genuinas defendi ab *Isaaco Casaubono* in Annotationibus ad *Theophrasti Eresij* Characteres Ethicos; sed nunc ingenuè fateor, me *Isaaco Casaubono*, Viro alioqui doctissimo, eâ in re non posse adsentiri, tùm quoniam à *Diogene Laertio* in recensione Librorum *Speusippi* expressè memorantur Ὅροι sive *Definitiones*, tùm quia suprà memoratæ *Definitiones* sub vero *Speusippi* nomine in antiquis Codicibus manuscriptis à *Marsilio Ficino* repertæ & ab eodem in *latinum* sermonem translatæ, cum Præfatione ad *Joannem Cavalcantem Florentinum*, in quâ *Spseusippum* verum earum autorem esse affirmat, publicatæ sunt; quemadmodum posteà etiam factum est à *Francisco Tagio* & *Aldo Manutio*, quorum primus sub *Speusippi* nomine eas *latinè* edidit Ticini sive Papiæ A. 1516 mense Martio in folio; alter autem Venetijs eodem anno 1516 mense Novembri itidem *latinè* [illegible] tantùm

tantùm in folio. Vtriusque editionis principium est tale: *Sempiternum est, quod per omne tempus, & prius exstitit, & nunc est, nulli corruptioni obnoxium. Deus est, vivens immortale, per seipsum ad beatitudinem sufficiens, essentiâ sempiternâ, ipsius boni causâ. Generatio,* &c.

Septimò, & quidem fol. 86 pag. 1 & 2, anonymi cujusdam Autoris *Interpretatio Partium Corporis humani*, cujus titulus & principium: Ἑρμηνεία τοῦ Ὑπάτου περὶ τῶν τοῦ σώματος μερῶν. Βρέγμα, τὸ λεγόμενον ἁπαλόν· Ἰνίον δὲ, ὁ ὀπισθόλακκος. Κρόταφος &c. An autem hîc forsan post vocem Ὑπάτου subaudiendum sit τῶν φιλοσόφων, ita ut intelligatur vel ipse *Michael Psellus*, vel *Joannes*, origine & cognomine *Italus*, qui seculo post Christum *undecimo*, sub *Imp. Michaele Ducâ* ejúsque fratribus *Andronico* & *Constantino*, beneficio Dialecticæ & Sophisticarum cavillationum adeò inclaruit, ut post *Michaelem Psellum*, cujus discipulus & æmulus fuerat, Φιλοσοφίας ἁπάσης Διδάσκαλος καὶ Ὕπατος τῶν Φιλοσόφων, hoc est, *Philosophiæ universæ Professor & Princeps omnium Philosophorum*, publicè declaratus sit, id tanquam incertum in medio relinquo. Plura de eodem *Joanne Italo* vide in Libri *quarti* horum Commentariorum Appendice à pag. 322 usque ad pag. 326.

Octavò, & quidem à fol. 87 pag. 1 usque ad fol. 101 pag. 1, *Michaelis Pselli*, qui circa annum Christi 1078 obijt, *Timotheus*, sive, *Dialogus de Dæmonibus*, qui in hoc Codice inscribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ κυροῦ Μιχαὴλ Τιμόθεος, ἢ, περὶ Δαιμόνων. Τιμόθεος. Χρόνιος, ὦ Θρᾷξ, ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ἀπαντᾷς; Θρᾷξ. Χρόνιος ὦ Τιμόθεε δύο που ἔτη καὶ πρὸς ἔκδημος ὤν. Τιμόθεος. Πῆ δὲ καὶ τίνα πράγματα ἔχων ἐπὶ τοσοῦτον ἐνδιατέτριφας; Θρᾷξ. Μακρὸν ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν σχολὴν ἀπαιτεῖς ὑποθέσεις λόγων &c; desinit autem his verbis: Θρᾷξ. Μὴ ἄχθου φίλτατε ἀνδρῶν. Θεοῦ γὰρ παρέχοντος, εἴ ποτέ σοι συνεαχθείημεν, ὃ ἂν τῷ λόγῳ ἐνδέῃ, φιλοτίμως ὑπὲρ τὰς Συρακουσίων δεκάτας καταθησόμεθα. Primus hunc *Pselli Dialogum græcè* cum *latinâ Petri Morelli versione* in lucem edidit, & eruditissimis *Notis* illustravit, *Gilbertus Gaulminus Molinensis* Lutetiæ Parisiorum apud Hieronymum Drovart A. 1615 in octavo, estque ibi inscriptio ejus talis: Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ ὁ περὶ ἐνεργείας δαιμόνων διάλογος Τιμόθεος καὶ Θρᾳκὸς κατὰ Μάνεντος. Hoc est: *Michaelis Pselli de Energiâ seu Operatione Dæmonum Dialogus Timothei & Thracis contra Manetem.* Operæ pretium tamen fuerit istam editionem ob variantium lectionum diversitatem cum Codice

dice hoc manuſcripto *Cæſareo* diligenter conferri. *Gaulminus* enim, ut ipſe in Præfatione ad Lectorem indicat, duobus tantùm Codicibus manuſcriptis uſus eſt, altero nempe *ſuo*, altero autem *Federici Morelli.*

Nonò, & quidem à fol. 102 pag. 1 uſque ad fol. 105 pag. 2, *Excerpta quædam ex S. Cyrilli, Archiepiſcopi Alexandrini*, qui A. C. 444 vel 445 obijt, *Opere contra Imp. Julianum Apoſtatam*, quorum titulus & principium: Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας ἐκ τοῦ κατὰ Ἰουλιανοῦ. Τοιγαροῦν Νῶε &c.

Decimò, & quidem à fol. 106 pag. 1 uſque ad fol. 139 pag. 2, *Michaelis Pſelli Solutiones & Expoſitiones Dubitationum Phyſicarum centum viginti quinque, ſcriptæ ad Imp. Michaelem Ducam*, quarum titulus & principium: Ἐπιλύσεις σύντομοι καὶ ἐξηγήσεις ἀπόρων φυσικῶν τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ, γραφεῖσαι πρὸς τὸν Βασιλέα, κύριον Μιχαὴλ τὸν Δούκαν. Α΄. Περὶ φύσεως. Φύσις ἐστὶ δύναμις ὀφθαλμοῖς μὲν ἀθέατος, νῷ δὲ &c; Caput autem *centeſimum vigeſimum quintum*, Περὶ ὑγείας καὶ νόσου καὶ γήρως inſcriptum, quod incipit, Ὑγείας αἴτιον συνεκτικὸν &c, injuriâ temporis eſt mutilum, ac caret fine.

Vndecimò, & quidem à fol. 140 pag. 1 uſque ad fol. 148 pag. 2 & fol. 155 pag. 1 & 2, *Porphyrij, Philoſophi Pythagorici, Liber de Vitâ Pythagoræ*; qui principio mutilus eſt uſque ad hæc verba: - - - (1) καὶ λαβεῖν· καὶ ταῦτα μὲν σχεδὸν πολλοὺς ἐπιγινώσκειν, διὰ τὸ γεγράφθαι ἐν ὑπομνήμασι. τὰ δὲ λοιπὰ &c; & ſimiliter etiam caret fine, ac pertingit tantùm uſque ad hæc verba: (2) ἐν δὲ τῇ περὶ Μεταπόντιον καὶ Πυθαγόραν αὐτὸν λέγουσι τελευτῆσαι, καταφυγόντα ἐπὶ τὸ Μουσῶν ἱερὸν, σπάνει τῶν ἀναγκαίων τεσσαράκοντα ἡμέρας διαμείναντα. - - - Primus hanc *Pythagoræ Vitam, à Porphyrio conſcriptam,* ſub nomine (3) *Malchi græcè* edidit *Conradus Rittershuſius* cum *Notis* Altorfij typis Conradi Agricolæ A. 1610 in octavo; poſteà autem *latinam* ejuſdem Vitæ verſionem publicavit *Joannes Donatus Ferrarius* Mediolani A. 1629; *græcè* denique ac latinè eandem Vitam ſub *Porphyrij* nomine, unà cum ejuſdem *Sententijs ad intelligibilia ducentibus*, & cum Libello *de Antro Nympharum*, quod in Homeri Odyſſeâ deſcribitur, nec non cum *Diſſertatione de Vitâ & Scriptis Porphyrij* & *ad Vitam Pythagoræ Obſervationibus*, edidit Avunculus meus *Lucas Holſtenius* Romæ A. 1630 in octavo: quæ editio *græco-latina* deinde A. 1655 Cantabrigiæ in Angliâ in octavo recuſa eſt cum ejuſdem *Porphyrij* Li-

(1) *Vide editionem græco-latinam Holſtenianam Cantabrigienſem pag. 182.*

(2) *Vide jam citatam editionem Cantabrigienſem pag. 207.*

(3) *Vernaculâ enim Syro-Phœnicum linguâ* Porphyrius *fuit appellatus* Malchus, *quæ vox propriè* Regem *ſignificat. Plura eâ de re vide in Holſtenianâ Diſſertatione de Vitâ & Scriptis Porphyrij cap. 2.*

bris quatuor de abſtinentiâ ab eſu animalium, ut & cum *Epicteti Enchiridio*, *Cebetis Thebani Tabulâ*, & *Arriani Commentariorum Libris quatuor de Epicteti Diſputationibus*. Notandum autem eſt, ſuprà memoratam Pythagoræ Vitam in omnibus jam enumeratis editionibus non ſolùm *fine*, ſed & vero ſuo carere *principio*, &, quamvis etiam exemplar hoc manuſcriptum *Cæſareum* ſimiliter imperfectum ſit, operæ pretium tamen fore, editiones hactenùs impreſſas cum eo accuratè conferri.

Duodecimò, & quidem à fol. 149 pag. 1 uſque ad fol. 151, pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Epiſtolæ duæ fictæ*; quarum prima inſcribitur: Ὡς ἐκ προσώπου τῶν καλουμένων Τζύρων. Ἡμεῖς οἱ τῶν εὐγενῶν Κομάνων ἀπόγονοι, καὶ τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ προσπλέοντες στρατιῶται ἐλεύθεροι &c; altera autem: Ἐλέῳ βασιλικῷ καὶ καυκαδινικῇ προχειρήσει τιμηθεὶς Δικτάτωρ καὶ Ἀρχιστρατηγὸς τοῦ ἡμῶν τῶν ἰχθύων πλήθους καὶ πάσης ἄλλης θαλαττοκυνηθείσης γρυεᾶς καὶ μορφῆς Δοὺξ καὶ Αὐγουστάλιος ὁ Κατασάμψας τῇ λειποταχθείσῃ ὑμῶν μοίρᾳ καὶ θρασύτητι ληφθείσῃ τῶν Τζύρων ταύτην τὴν μετ' ὀργῆς ἐπιστέλλω γραφὴν διὰ τῶν ὑμῶν πρεσβευτῶν λιπαρείτων. Ὑμεῖς, ὡς ἔοικε, τῇ ἐμοῦ θαῤῥήσαντες γαληνότητι &c. Plura de his duabus Epiſtolis aliàs; nunc enim nondum mihi ſatis liquet.

Decimo tertiò, & quidem fol. 151 pag. 2 & fol. 152 pag. 1, *Macarij Hieromonachi Epiſtola ad Symeonem Hieromonachum*, cujus titulus & principium: Τοῦ τιμιωτάτου ἐν Ἱερομονάχοις κυροῦ Μακαρίου τῷ ἁγιωτάτῳ, ὁσιωτάτῳ καὶ τιμιωτάτῳ ἐν Ἱερομονάχοις καὶ πνευματικοῖς πατράσι κυρῷ Συμεών. Ἰοὺ, ἰού· ὃ μόνον εἶχον βίου ῥαστώνην τε καὶ παραμυθίαν τῶν δυσχερῶν &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 153 pag. 1 uſque ad fol. 154 pag. 2, anonymi cujuſdam *Excerpta quædam Geometrica & Arithmetica*; quorum ea, quæ ad *Geometriam* pertinent, incipiunt his verbis: Αἱ ἀρχαὶ τῆς γεωμετρίας διαιροῦνται εἰς ἀξίωμα, ὑπόθεσιν, αἴτημα. &c; *Arithmetica* autem hoc modo: Καβαλλάριοι διερχόμενοι εὗρον μηλέαν, καὶ ὁ μὲν πρῶτος ἁπλώσας εἰς τὴν μηλέαν, ἀνελάβετο μῆλον α', ὁ δεύτερος β', &c.

LXXIX.

Septuageſimus nonus (1) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *quarto*, conſtátque folijs *octoginta* ſex,

(1) *Fuit is olim inter Codices MSstos Philoſophicos & Philologicos Græcos* ducenteſimus ſeptuageſimus primus.

ſex, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *Aurea Carmina Pythagorica cum Commentario Hieroclis.* Ipſa *Carmina aurea* inſcribuntur ibi atque incipiunt hoc modo: Πυθαγορικὰ ἔπη, τὰ ὄντως ἐπικαλούμενα χρυσᾶ, σοιχείωσιν περιέχοντα τῆς τελειοτάτης τῶν Πυθαγορείων φιλοσοφίας. Ἀθανάτους μὲν πρῶτα Θεοὺς &c; *Hieroclis* autem Commentarius: Ἱεροκλέους φιλοσόφου ὑπόμνημα. Ἡ φιλοσοφία ἐστὶ ζωῆς ἀνθρωπίνης καθάρσις καὶ τελειότης· κάθαρσις μὲν ἀπὸ τῆς ὑλικῆς ἀλογίας καὶ τοῦ θνητοειδοῦς σώματος· τελειότης δὲ &c. Plura de hoc *Commentario* vide ſuprà in recenſione duorum proximè præcedentium Codicum LXXVIImi, num. 5, & LXXVIIIvi, num. 1,

LXXX.

Octogeſimus (1) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *octavo*, conſtátque folijs *centum & quatuor.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 50 pag. 2, *Collectanea Philoſophica varia*, inter quæ primum tenent locum *Photij Patriarchæ Conſtantinopolitani Excerpta ex Hieroclis Philoſophi Libris ſeptem* περὶ προνοίας καὶ εἱμαρμένης, ſive, *de Providentiâ & Fato*, quæ ſine ullo titulo incipiunt his verbis: Καὶ τί σοι, φησὶ, καταλέγω τούτους, ὅπου γε καὶ τῶν Πλατωνικῶν τινες (2) οὐκ ὀρθῶς τὴν περὶ τοῦ δημιουργοῦ Θεοῦ διασώζουσιν ἔννοιαν; οὐ γὰρ ἱκανὸν &c. Vide jam memorati *Photij* Bibliothecam librorum à ſe lectorum in recenſione Codicis CCXIVti & CCLImi. Inter eadem hujus Codicis manuſcripti Collectanea Philoſophica exſtant quoque jam memorati *Photij Excerpta ex Vitâ Pythagoræ ab anonymo quodam Autore conſcripta*, eáque ibi fol. 6 pag. 2 incipiunt his verbis: Ὅτι ὁ ἄνθρωπος μικρὸς κόσμος λέγεται, οὐχ' ὅτι ἐκ τῶν δ' σοιχείων σύγκειται· τοῦτο γὰρ &c. Vide ſuprà citatam Photij Bibliothecam Codice CCLXIXno, pag. 1317 editionis græco-latinæ Rothomagenſis.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philoſophicos & Philologicos Græcos centeſimus octogeſimus ſecundus.*

(2) *Apud Photium legitur* ὀρθὴν.

Secundò, & quidem à fol. 50 pag. 2 uſque ad fol. 87 pag. 2, *Gregorij Monachi aneponymi*, vel, ſecundum alios, *Nicephori Blemmydæ, Compendioſum Philoſophiæ Syntagma*, cujus titulus & principium: Πόνημα τόδε μοναχοῦ Γρηγορίου. Συνοπτικὸν Σύνταγμα Φιλοσοφίας. Ὥσπερ οἱ ἀναγινώσκοντες πρῶτα μὲν τὰ σοιχεῖα μανθάνουσιν, ἀπὸ δὲ τῶν σοιχείων &c. Plura de hoc Philoſophiæ Syntagmate vide ſuprà pag. 62 in recenſione Codicis manuſcripti Philoſophici Græci XXVIti.

Tertiò, & quidem à fol. 88 pag. 1 usque ad fol. 104 pag. 2, *Miscellanea quædam Physica, Arithmetica & Geometrica*, quorum principium sine ullo titulo est tale: Ἰστέον ὅτι τὸ αἴτιον ἐπλαχῶς &c.

LXXXI.

Octogesimus primus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est (2) *membranaceus* pervetustus in *folio*, (3) *nongentorum viginti quinque circiter annorum*, sed principio mutilus, constátque nunc folijs *centum nonaginta sex*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 195 pag. 2, *Joannis Stobæi Florilegium Sententiarum*, ex præstantissimis antiquis Autoribus Græcis circiter ducentis & quinquaginta collectarum, & in *Locos communes* digestarum: quorum *duo priores* omninò desunt; *tertius* autem, Περὶ σωφροσύνης, sive, *De Temperantiâ* inscriptus, caret principio usque ad hæc verba: - - - μὴ ζήτει μετὰ πολυτελείας ἐπαινεῖσθαι. Μέτρον ἔστω σοι παντὸς σίτου καὶ πότου &c; finis denique ultimi Loci communis, & simul totius Florilegij est: Τῆς εὐσεβείας ἥδ' ἐν ὀφθαλμοῖς χάρις Ἀπόλλων, ὅταν τις ἐκ δόμων ἔλθῃ. Hinc igitur satis clarè apparet, antiquissimum hoc exemplar manuscriptum *Cæsareum* esse simillimum *primæ* isti *Florilegij Stobæi editioni græcæ*, quam celeberrimus Medicus ac Philosophus *Victor Trincavellus* A. C. 1536 Venetijs typis Bartholomæi Zanetti in quarto publicavit, & doctissimo *Petro Bembo*, tunc quidem Serenissimæ Reipublicæ Venetæ Bibliothecario dignissimo, posteà autem S. R. E. Cardinali verè eminentissimo, peculiari præfatione inscripsit; contrà autem valdè discrepare à *Conradi Gesneri* editionibus græco-latinis, Tiguri apud Christophorum Froschoverum A. 1559 in folio, & Francofurti typis Andreæ Wecheli A. 1581 itidem in folio; quarum posterior *Monachorum Antonij & Maximi intermixtis Additamentis* adeò interpolata est, ut ipse *Stobæus*, si nunc reviviseceret, proprium Opus suum vix ampliùs agnosceret. Quod porrò ad jam memorati *Joannis Stobæi ætatem* attinet, ea prorsùs incerta est; nec ulla, quod quidem ego sciam, apud antiquos Autores mentio fit *Stobæi*, nisi apud *Suidam*, qui in Lexico suo ipsius meminit his verbis: ἸΩΑ'ΝΝΗΣ ὁ ἐπονομαζόμενος ΣΤΟΒΑΓΟΣ ἔγραψε Ἀνθολόγιον, περιέχον τὰς παρὰ πᾶσι (4) Φιλοσόφων

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos ducentesimus trigesimus quintus.* (2) *Exceptis quinque prioribus folijs chartaceis, quæ manu recentiori scripta, & in deperditorum foliorum membranaceorum locum substituta sunt.* (3) *Quantum enim ex similitudine scripturæ colligi potest, verisimillimum videtur, Codicem hunc scriptum esse ab eodem illo Joanne Grammatico, qui suâ manu exaravit Codicem Philosophicum Græcum LXXVIImum; de quo vide plura suprà pag. 132, 133.* (4) *Ita hîc re verâ legendum est; nempe* Φιλοσόφων, *non autem, ut vulgò perperàm legitur* πολλῶν.

σόφων δόξας ἐν βιβλίοις δ'· ἐξαίρετα πάνυ, καὶ γέμοντα πάσης παιδεύσεως. γράφει δὲ ταῦτα πρὸς Ἐπίμιον υἱὸν αὐτοῦ. Hoc eſt: *Joannes cognomine Stobæus ſcripſit Anthologium, continens omnium Philoſophorum Opiniones Libris quatuor, qui prorsùs excellentes, & omnigenâ doctrinâ referti ſunt. Scribit autem eos ad filium ſuum Epimium.* Hæc *Suidas*. Vbi inprimis notandum eſt, verbis iſtis propriè ſignificari *Joannis Stobæi Eclogas Phyſicas & Ethicas*, in *duos Libros* diviſas; quas ex Bibliothecâ *Joannis Sambuci* primus græcè & latinè edidit *Gulielmus Canterus* Antverpiæ typis Chriſtophori Plantini A. 1575 in folio.

Secundò, & quidem fol. 196 pag. 1, *Theoctiſti Sententiæ parænetica ordine alphabetico*, quarum titulus & principium: Γνῶμαι Θεοκτίστου πρὸς τοὺς μαλακῶς καὶ ῥᾳθυμοτέρως διακειμένους, μάλιστα τὴν ὠφέλειαν παρέχουσαι. Ἀνιαρὸν μὲν &c. Eædem Sententiæ etiam in ſuprà memoratis editionibus, Venetâ & Tigurinâ, *Anthologio Stobæi* ſubjunctæ ſunt.

Tertiò, & quidem fol. 196 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Annotatio hiſtorica de Nonis, Idibus, Calendis, & Indictione*; cujus titulus & principium: Περὶ νόνων, εἰδῶν καὶ καλάνδων, καὶ ἰνδικτιῶνος. Διττὴ φέρεται διήγησις ἀπὸ ἱστορίας καὶ σημασίας· καὶ ἀπὸ τῆς ἱστορίας οὕτως. κατὰ τὸν καιρὸν &c.

LXXXII.

Octogeſimus ſecundus (1) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *octavo*, conſtátque folijs *nonaginta*. Continetur eo anonymi cujuſdam *Collectio miſcella variorum Apophthegmatum tùm ſacrorum tùm profanorum*, cujus titulus & principium: Τὰ Ἀποφθέγματα τῶν Φιλοσόφων. Ἀντισθένης τοῖς μέλλουσι σώζεσθαι ἔφη· φίλων δεῖ γνησίων &c. Quâ finitâ, ſequuntur *Capita* quædam *Ethica*, quorum primum ſine ullâ Autoris mentione inſcribitur atque incipit his verbis: Περὶ ξενιτείας. Ξενιτεία ἐστὶν καταλῆψις ἀνεπιστρόφου συγγενῶν, χρημάτων, κτημάτων, θελημάτων, &c.

(1) *Fuit* in *olim inter Codices MStos Philoſophicos & Philologicos Græcos* ducenteſimus ſeptuageſimus ſeptimus.

LXXXIII.

Octogeſimus tertius (2) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, conſtátque folijs *centum ſexaginta ſeptem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo

(2) *Fuit* in *olim inter Codices MStos Philoſophicos & Philologicos Græcos* centeſimus vigeſimus quintus.

S. Ma-

S. Maximi τοῦ Ὁμολογητοῦ sive *Confessoris*, qui alias etiam *Monachus*, *Abbas* & *Martyr* solet appellari, & A. C. 662 obijt, *Loci communes Sententiarum, ex varijs sacris & profanis Autoribus collecti, & in Capita septuaginta unum divisi*, quorum *primum* sine ullâ *S. Maximi* mentione inscribitur atque incipit his verbis: Ἐκλογαὶ διαφόρων ποιητῶν, τῶν τε ἐκκλησιαστικῶν καὶ παλαιῶν φιλοσόφων. Αʹ. Περὶ βίου ἀρετῆς καὶ κακίας. (1) Τοῦ Εὐαγγελίου. Στενὴ ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν. Τοῦ Ἀποστόλου. Μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν. Σολομῶντος. Ἀρετῆς μὲν σημεῖον οὐδὲν ἔχομεν δεῖξαι, &c; *septuagesimum* autem *primum* definit hoc modo; Προαιρετέον μέτριον βίον μετὰ δικαιοσύνης μᾶλλον, ἢ μέγαν πλοῦτον μετ' ἀδικίας. Edidit hosce Locos Communes, cum *Antonij Monachi Anthologio Sententiarum*, quod Melissa sive *Apis* inscribitur, *Conradus Gesnerus* græcè & latinè Tiguri typis Christophori Froschoveri A. 1546 in folio. Plura de ijsdem vide Libri *quarti* horum Commentariorum pag. 213 in recensione Codicis manuscripti Theologici Græci CXCVti, & Libri quinti pag. 279 in recensione Codicis manuscripti Theologici Græci CCCXXmi. Tunc temporis enim præsentem hunc Codicem, qui nunc inter Codices manuscriptos Philosophicos Græcos est *octogesimus tertius*, rectiùs autem inter Codices manuscriptos Theologicos Græcos referendus fuisset, nondum in *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ* inveneram.

(1) Priores hæ duæ Sententiæ desunt in editione Gesneri.

LXXXIV.

Octogesimus quartus (2) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus, constatque folijs *ducentis triginta*, atque unus est ex illis *Joannis Sambuci* Libris, quos à reliquâ ipsius Bibliothecâ avulsos, *Sebastianus Tengnagelius* redemit, & *Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ* legavit. Continentur eo *Anicij Manlij Severini Boetij*, qui A. C. 510 sub *Theodorico* Ostro-Gotthorum in Italiâ Rege solus Consulatum gessit, ejusdemque jussu A. 524, vel secundùm alios 526, *Ticini* in carcere occisus est, *Libri quinque de Consolatione Philosophiæ*, à (3) *Maximo Planude*, Monacho Constantinopolitano, ex *latinâ* in *græcam* linguam translati, & ab eodem non solùm *Prolegomenis græcis*, verùm etiam *Annotationibus græcis marginalibus* illustrati. Adjuncti insuper isti *Versioni græcæ* ibidem è regione sunt ijdem quinque Libri etiam *latinè*, cum *Annotationibus latinis partim interlinearibus partim marginalibus*. Primus totius Codicis titulus generalis con-

(2) Fuit is olim extra numerum.

(3) Plura de eo vide Lib. IV horum Commentariorum pag. 56, 57, 159 & 160.

constat ibi his verbis: Βίβλος (1) Ἀννιτίου (2) Μαλλίου Σεβηρίνου (3) Βοηθοῦ, ἀπὸ Ὑπάτων, γένους τῶν Πατρικίων, ἣν μετήνεγκεν ἐκ τῆς Λατίνων φωνῆς Μάξιμος μοναχὸς ὁ Πλανούδης. Sequuntur deinde hæc Prolegomena: ΒΟΗΤΙΟΣ ὁ σοφὸς ἦν μὲν ἐκ τῆς τῶν Τουρκουάτων οἰκίας. γέγονε δὲ ἐμπειρότατος τὴν παιδείαν κατ᾽ ἄμφω τὰς διαλέκτους, τήν τε τῶν Ἑλλήνων φημὶ καὶ Λατίνων· ὅθεν καὶ πλείστας βίβλους ἐξέδωκεν, ἐξηγησάμενος τὴν Πορφυρίου εἰσαγωγὴν, καὶ τὸ περὶ ἑρμηνείας Ἀριστοτέλους, καὶ ἕτερα. Φασὶ δὲ αὐτὸν καὶ περὶ τῶν τοπικῶν ἴδιον βιβλίον συντάξασθαι. Γέγονε δὲ καὶ περὶ τὰ λοιπὰ τῶν μαθημάτων ἄριστος. Δοκεῖ δὲ τὴν παροῦσαν βίβλον, ἤδη πρὸς γῆρας ἐλαύνων συντεθεικέναι. Θευδέριχος γὰρ, ὁ τῶν Γότθων Βασιλεὺς, τυραννήσας ἐν Ῥώμῃ, καὶ τὴν Ῥωμαίων καθελὼν πολιτείαν, πάντας τοὺς εὐγενεῖς, καὶ ἐν ἀξιώμασιν ὄντας, οὓς μὲν διεχρήσατο, οὓς δὲ ὑπερορίᾳ κατέκρινε· διὰ δὴ ταῦτα καὶ τὸν Βοήτιον, (4) Ὕπατον ἅμα τοῖς υἱέσι γενόμενον, καὶ περὶ τὴν τῆς πόλεως ἐλευθερίαν σπεύδοντα, καὶ ἐπὶ τούτῳ κατηγορηθέντα παρὰ Θευδερίχῳ, καὶ αὐτὸν εἰς ὑπερορίαν ἔπεμψε καὶ καθεῖρξεν· ἔνθα καὶ τὴν παροῦσαν συνεγράψατο βίβλον ἐξ ἀγανακτήσεως καὶ ἀναξιοπαθείας πρὸς τὸ τῆς τύχης ἄστατον καὶ εὐμετάβολον τὴν ἀφορμὴν ἔχουσαν. Ὁ μὲν οὖν χαρακτὴρ ἐστὶ διαλογικός. εἰσάγει δὲ τὴν Φιλοσοφίαν παραμυθουμένην καὶ διδάσκουσαν αὐτὸν, περὶ ὧν διηπόρει, ἐρωτῶντα. Λέγεται δὲ κατὰ χρόνους γεγονέναι Μαρκιανοῦ τοῦ Βασιλέως. Φασὶ δὲ καὶ βίβλον αὐτὸν ἑτέραν συνθεῖναι θεολογικὴν (5) κατὰ Νεστορίου καὶ Εὐτυχοῦς, ἔνθα καὶ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου μέμνηται· ὡς ἐκ τούτου δῆλον εἶναι, Χριστιανὸν αὐτὸν εἶναι. Ἐμιμήσατο δὲ (6) Μαρκιανὸν, οὐ τὸν Βασιλέα λέγω, ἕτερον δέ τινα, κατὰ μέρος ἔμμετρα καὶ κατὰ μέρος λογάδην γράψαντα, δεικνὺς καὶ ἀμφοτέρων ἑαυτὸν διαπεφυκότα. Θαυμασίως δὲ ἰδεῖν ἐστιν αὐτὸν, ἐν μὲν τοῖς ἐμμέτροις, καὶ δόγμασι καὶ ἤθει ποιητικῷ· ἐν δὲ τῷ λογοειδεῖ, ὅτε μὲν ῥητορικῷ, ὅτε δὲ φιλοσόφῳ χρώμενον, καὶ διὰ πάντων εὐδοκιμοῦντα. Ἐπιγέγραπται μὲν οὖν ἡ βίβλος. Ἀννιτίου Μαλλίου Σεβηρίνου (7) Βοητίου, ἀπὸ Ὑπάτων, γένους τῶν Πατρικίων, περὶ

T παρα-

(1) Ἀννίτιος pro Ἀνίκιος sive Anicius.

(2) Μάλλιος pro Μάνλιος.

(3) Ita in hoc Codice promiscuè scriptũ legitur; nempe Βοηθὸς sive Boethus & Βοήτιος sive Boetius. Diversus autem ab hoc Boetho seu Boetio est Philosophus ille Βοηθὸς, cujus meminit Plutarchus lib. 3 de Placitis Philosophorum cap. 2. Plures etiam fuerunt ejusdem nominis; de quibus vide Julium Martianum Rotam in fine Vitæ Boetij, Operibus ipsius præfixa.

(4) *Ipse* Boetius *solus Consulatum gessit A. C. 510. Filij autem ejus duo*, Symmachus *&* Boetius *Consulatum gesserunt A. C. 522.* (5) *Nempe* de duabus Naturis & unâ Personâ Christi *ad* Joannem *Ecclesiæ Romanæ Diaconum, qui deinde evasit Papa hujus nominis primus.* (6) *Significatur hoc loco* Marcianus *seu* Martianus Capella, *cujus exstat* Satyricon, *continens de Nuptijs Mercurij & Philologiæ Libros duos, & de septem Artibus liberalibus Libros singulares totidem. Edidit hos novem Libros cum Notis suis* Hugo Grotius *anno ætatis suæ decimo quinto Lugduni Batavorum typis Plantinianis Christophori Raphelengij A. C. 1599 in octavo.* (7) *Hinc rectè colligitur in antiquo Codice manuscripto latino, quo* Maximus Planudes *usus est, scriptum fuisse* Boetius, *non autem* Boethius *cum aspiratione, vel* Boethus.

παραμυθίας τῆς Φιλοσοφίας. διαιρεῖ δὲ αὐτὴν εἰς βιβλία πέντε. Εἰσὶ δὲ τῶν ἐμμέτρων εἴδη τοῦ Βοηθοῦ· ὧν τὸ πρῶτον ἐστὶν ἐλεγεῖον, ὃ συνίσταται πρώτῳ μὲν στίχῳ ἑξαμέτρῳ δακτυλικῷ &c. His finitis *Prolegomenis*, incipit ipſe *Liber primus*, unaquâque paginâ in duas columnas, *latinam* videlicet & *græcam*, divisâ, & quidem cum *latinis* ac *græcis*, quæ hîc commodè exhiberi nequeunt, *interlinearibus & marginalibus Annotationibus*, hoc modo:

INCIPIT LIBER PRIMVS BOETII DE CONSOLATIONE.	ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.
Carmina qui quondam ſtudio florente peregi,	Ὃς πάρος ἐσπούδαζον ἐπῶν περὶ σύνθεσιν ἡδέων,
Flebilis, heu, moeſtos cogor inire modos.	Ἄσμα περιῆγμαι φεῦ γοερόν τι πλέκειν.
Ecce mihi laceræ dictant ſcribenda Camenæ	Δὴ γάρ μοι μελέαι μελετῶσι τὰ γραπτέα μοῦσαι
Et veris elegi fletibus ora rigant.	Ἀψευδῶν ἐλέγων δάκρυσι τεγγομένω.
Has ſaltem &c.	Οὐδὲν γὰρ καὶ τάσδε &c.

Quinti autem ſive ultimi Libri finis, cum annexâ ſubſcriptione, à quo, quando, & ubi totus hic Codex ſcriptus ſit, eſt talis:

Averſamini igitur vitia; colite virtutes; ad rectas ſpes animum ſublevate; humiles preces in excelſa porrigite. Magna vobis eſt, ſi diſſimulare non vultis, neceſſitas indicta probitatis, cùm ante oculos agitis Judicis cuncta cernentis.	Ἀποστράφητε τοιγαροῦν τὴν κακίαν· τιμήσατε τὰς ἀρετάς· πρὸς ἀληθεῖς ἐλπίδας τὸν νοῦν ἀνατείνατε· ἐν ταπεινώσει δεήσεις ἀναπέμπετε πρὸς τὸν ὕψιστον. μεγάλη τις ὑμῖν, εἰ μὴ ἀπαρατοιεῖσθαι βούλεσθε, τῆς καλοκαγαθίας ἀνάγκη ἐπίκειται, ὁπότε πρὸ ὀφθαλμῶν ἀναστρέφεσθε κριτοῦ τὰ πάντα ἐπισκοποῦντος.
Explicit Liber quintus Boetij Severini Torquati, transſcriptus per me Georgium Mudacionem anno Domini M CCCC LV Kal. Februarij in Cydoniâ Cretenſium Vrbium vetuſtiſſimâ atq; pulcherrima.	Τέλος σὺν Θεῷ τῆς τοῦ σοφωτάτου Βοητίου βίβλου. Ὁ γραμμάτων ἄπειρος βλέπων οὐ βλέπει· ὁ γραμμάτων ἔμπειρος οὐ βλέπων βλέπει.

Plura

Plura de *Boetij* gloriosâ Vitâ, misero Interitu, & varijs doctissimis Scriptis, vide in *Julij Martiani Rotæ* Epistolâ nuncupatoriâ, *Operibus Boetij* ab *Henrico Lorito Glareano* Basileæ typis Henrici Petri A. 1546 in folio editis, præfixâ; ut & in *Theodori Sitzmanni* editione suprà memoratorum *quinque Librorum de Consolatione Philosophiæ*, Hanoviæ typis Wechelianis A. 1607 in octavo impressâ; utpote cui variorum veterum & recentiorum Autorum *de Boetio Testimonia* præfixa sunt. Ibidem quoque in principio *Notarum*, quæ eidem editioni subjunctæ sunt, varij quidem eorundem quinque Librorum *editores* & *explanatores* recensentur, sed *Maximi Planudis* & *versionis* ejus *græcæ* nulla fit mentio. Consulendi etiam sunt Em. Card. *Baronius* Annalium Ecclesiasticorum Tomo sexto & septimo, Em. Card. *Bellarminus* in Libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, R.P. *Antonius Possevinus* S. I. in Apparatu Sacro, *Aubertus Miræus* in Bibliothecâ Ecclesiasticâ, & præcipuè R. P. *Philippus Labbæus* S. I. in Chronologiæ Historicæ Parte primâ, & in Dissertatione de Scriptoribus Ecclesiasticis, ubi monet, *Boetium Ticini* occisum esse, non anno Christi 521, ut legitur apud Em. Card. *Bellarminum*, nec anno 526, ut legitur apud Card. *Baronium*, R.P. *Petavium* & *Aubertum Miræum*, sed re verâ anno 524, ut testatur *Marius Episcopus Aventicensis* in Chronico; mortem autem *Symmachi*, qui *Boetij* socer fuit, dilatam fuisse usque in annum 526, diebus aliquot antequam *Theodoricus* Ostro-Gotthorum Rex scelerum suorum pœnas daret Kalendis Septembris ejusdem anni.

LXXXV.

Octogesimus quintus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque folijs *quinquaginta uno*, & ad V. CL. *Sebastianum Ericium*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo *Michaelis Pselli Eclogæ variarum Opinionum de Animâ*, quarum titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ Δόξαι περὶ ψυχῆς. Ὅτι τῶν ψυχικῶν δυνάμεων, αἱ μὲν εἰσὶν ἄλογοι, αἱ δὲ λογικαί, τῶν δὲ λογικῶν, &c; cum ejusdem Appendice περὶ τῆς ἰδιαίτατα διαφορᾶς, sive, de Differentiâ specificâ, cujus principium: Ἡ ἰδιαίτατα διαφορὰ δὲ λέγεται ἥτε εἰδοποιὸς διαφορά, οἷον τὸ λογικόν, &c.

(1) *Fuit & olim extra numerum.*

LXXXVI.

Octogesimus sextus (2) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque folijs *ducentis triginta duobus*, & primum quidem ad (3) *Joannem Scandalarium Medicum*

(2) *Fuit & olim extra numerum.*

(3) *Ipsa ejus verba sunt ibi hæc:* Τὸ παρὸν βιβλίον ἐστὶν ἐμοῦ Ἰωάννου τοῦ Σκανδαλαρίου τοῦ Ἰατροῦ Κρητικοῦ.

cum Cretenſem, poſteà autem ad V. CL. (1) *Sebaſtianum Ericium* Senatorem Venetum, ut ipſi propriarum manuum inſcriptionibus teſtantur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 147 pag. 1, *Joannis*, (2) origine & cognomine *Itali*, qui ſeculo poſt Chriſtum *undecimo*, ſub *Imp. Michaele Ducâ ejúſque fratribus* (3) *Andronico & Conſtantino*, beneficio Dialecticæ & Sophiſticarum cavillationum adeò inclaruit, ut poſt *Michaelis Pſelli*, cujus diſcipulus & æmulus fuerat, (4) adtonſionem monaſticam & ex Vrbe Conſtantinopolitanâ diſceſſum, Φιλοσοφίας ἁπάσης Διδάσκαλος καὶ Ὕπατος τῶν Φιλοσόφων, hoc eſt, *Philoſophiæ univerſæ Profeſſor & Princeps omnium Philoſophorum* publicè declaratus ſit, *Reſponſa ad nonaginta tres Quæſtiones Philoſophicas miſcellaneas*, ſibi, cùm à diverſis alijs, tùm præcipuè ab *Imp.* (5) *Michaele Ducâ*, ejuſque fratre natu majore (6) *Andronico*, propoſitas; quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: ἸΩΑΝΝΟΥ, σοφωτάτου Ὑπάτου καὶ Διδασκάλου τῶν Φιλοσόφων, τοῦ ἸΤΑΛΟΥ, ἐκδόσεις εἰς διάφορα ζητήματα, διὰ τὸ καὶ διαφόρους σὺν ταῦτα προβαλλομένους. Α΄. Εἰς τὸ τέχνη τεχνῶν καὶ ἐπιστήμη ἐπιστημῶν. Πολλοὶ μὲν πολλαχῶς τῶν ἀρχαίων τὴν φιλοσοφίαν ὡρίσαντο· ὧν οἱ μὲν γνῶσιν τῶν ὄντων ταύτην εἶναι εἰρήκασιν, οἱ δὲ ὁμοίωσιν Θεῷ, καὶ θανάτου μελέτην ἕτεροι. Ἀριστοτέλης δὲ ὁ Σταγειρίτης ἑτέραν ὁδὸν ἐτράπετο, φάσκων φιλοσοφίαν εἶναι τέχνην τεχνῶν καὶ ἐπιστήμην ἐπιστημῶν. τοῦτο δὲ τὸ τῷ Ἀριστοτέλει εἰρημένον, οὐ μικρῷ &c. Plura de hujus *Joannis Itali vitâ, eruditione* ac *ſcriptis*, & ſpeciatim quoque de ipſis illis jam memoratis *Reſponſis*, vide in Libri (7) *quarti* horum Commentariorum Appendice à pag. 322 uſque ad pag. 326, ubi ex *Annæ Comnenæ, Imp. Alexij Comneni filiæ, Alexiados*, ſive, Rerum à Patre ſuo vel ejuſdem tempore geſtarum, Libro quinto varia de jam memorato *Joanne* exhibentur loca notabilia; quibus nunc, ut ad rem præſentem maximè pertinens, hoc addo, ipſam quoque ibidem de ſingulari *Imp. Michaelis Ducæ* & fratrum ejus *Andronici* & *Conſtantini* erga *Joannem Italum* affectu luculentam facere mentionem his verbis: Ὁ τηνικαῦτα βασιλεύων Μιχαὴλ ὁ Δούκας καὶ οἱ τούτου ἀδελφοὶ

(1) *Plura de eo vide ſuprà pag.* 37.

(2) Anna Comnena *Lib.* 5 *pag.* 143: Οὗτος δὲ ὁ Ἰταλὸς ὥρμητο μὲν ἐξ Ἰταλίας, καὶ *&c.*

(3) *Vide de ijs* Joannem Zonaram *in fine narrationis Imperij Conſtantini Ducæ.*

(4) Anna Comnena *lib.* 5 *pag.* 145: τοῦ Ψελλοῦ μεταχωρήσαντος Βυζαντιόθεν μετὰ τὴν ἀποκαρσιν. *Contigit autem hoc imperante adhuc Michaele Ducâ.*

(5) *Vide ibi Reſponſum quinquageſimum fol.* 57 *pag.* 1.

(6) *Vide ibi Reſponſum quadrageſimum tertium fol.* 47 *pag.* 2. *Quòd autem hic* Andronicus *fuerit trium Imp. Conſtantini Ducæ filiorum natu maximus, expreſſè teſtatur* Joannes Zonaras *tùm in narratione Imperij jam memorati Imperatoris, tùm in narratione Imperij Romani Diogenis; quo poſteriori loco* Andronicus *appellatur* ὁ πρεσβύτερος τῶν παίδων τοῦ Καίσαρος ὁ πρόεδρος. (7) *Notandum eſt, jam citato Libri* quarti *loco, & quidem pag.* 323 *verſ.* 3, *pro* ſub Impp. Michaele Ducâ & Nicephoro Botaniatâ *legendum eſſe* ſub Imp. Michaele Ducâ ejuſque fratribus Andronico & Conſtantino. *Vide etiam Libri* quinti *horum Commentariorum Appendicem pag.* 415.

ἀδελφοὶ δεύτέρα μὲν λόγε τὸν Ἰταλὸν πρὸς τὸν Ψελλὸν ἐτίθεντο· ὅμως δὲ προσεῖχον τότε αὐτοῦ, καὶ ἐν λογικαῖς συνεχρῶντο ἁμίλλαις. ἦσαν γὰρ φιλολογώτατοι οἱ Δοῦκαι, καὶ οἱ τοῦ Αὐτοκράτορος ἀδελφοὶ, καὶ αὐτὸς δὴ ὁ βασιλεὺς Μιχαήλ. ὁ δὲ Ἰταλὸς &c. Hoc est: *Michael Ducas tunc imperans, & fratres ipsius, licet primum doctrinæ & existimationis locum Psello tribuerent, Italo tamen isto delectabantur, & ejus operâ utebantur in Logicis concertationibus. Erant enim literarum & eruditarum artium studiosissimi Ducæ, cùm omnes, tùm fratres Imperatoris, & ipse Imperator Michael. Italus autem* &c.

Secundò, & quidem à fol. 147 pag. 2 usque ad fol. 198 pag. 2, ejusdem *Joannis Itali Expositio Libri secundi, tertij & quarti Topicorum Aristotelis*, cujus titulus & principium: Ἰωάννε Ὑπάτε καὶ Διδασκάλε τῶν φιλοσόφων τοῦ Ἰταλοῦ ἔκδοσις εἰς τὸ β' τῶν Τοπικῶν. Εἰς μὲν δὴ τόπος τὸ ἐπιβλέπειν &c. Plura de eâdem *Expositione* vide in Appendice Libri *quarti* horum Commentariorum pag. 325.

Tertiò, & quidem à fol. 198 pag. 2 usque ad fol. 224 pag. 1, ejusdem *Joannis Itali Liber de Dialecticâ ad Andronicum Ducam, Imp. Michaelis Ducæ fratrem natu majorem*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν Βασιλέα, κύριον Ἀνδρόνικον ἐρωτήσαντα περὶ διαλεκτικῆς. Καὶ πρῶτον μὲν, ὦ κράτιστε Βασιλεῦ, &c.

Quartò, & quidem à fol. 224 pag. 1 usque ad fol. 232 pag. 1, ejusdem *Joannis Itali Methodus synoptica Rhetoricæ*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Φιλοσόφε μέθοδος ῥητορικῆς ἐκδοθεῖσα κατὰ σύνοψιν. Ἡ ῥητορικὴ μέθοδός ἐστι τῶν ἐνδόξων τοῦ περὶ ἕκαστον θεωρῆσαι τὸ πιθανόν· διὸ καὶ ἀντίστροφός ἐστι τῇ διαλεκτικῇ &c.

LXXXVII.

Octogesimus septimus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, constátque folijs *ducentis sexaginta quatuor*, & ad celeberrimam instructissimamque *Bibliothecam* (2) *Fuggerianam*, A. C. 1656 Augustâ Vindelicorum in *Augustissimam Bibliothecam Cæsaream Vindobonensem* translatam, olim pertinuit. Continentur eo *Theodori Metochitæ*, (3) in Aulâ Imperatoriâ Constantinopolitanâ sub *Imp. Andronico Palæologo Primo* sive *Seniore Magni Logothetæ* sive *Cancellarij*, Viri doctissimi, & relictis varijs ingenij monumentis clarissimi, qui sub *Imp. Andronico Palæologo Secundo* sive *Juniore* magnam fortunæ mutationem perpessus,

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

(2) *Vide Lib. 1 horum Commentariorum pag. 67.*

(3) *Plura de eodem* Theodoro Metochitâ *vide apud* Nicephorum Gregoram *Historiæ Byzantinæ lib. 7, 8, & 9, & apud alios antiquos Autores, qui commemorantur à* Ger. Joan. Vossio *lib. 2 de Historicis Græcis cap. 29.*

A. C. 1332 obijt, (1) *Capita Philosophica & Historica miscellanea centum viginti*, hactenus inedita; quæ cùm dignissima profectò sint, ut aliquando in publicam lucem proferantur, idcircò integrum eorum *Indicem græcum* in antecessum hîc publico: Πίναξ τοῦ παρόντος βιβλίου τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου ΜΕΓΑΛΟΥ ΛΟΓΟΘΕΤΟΥ κυρίου ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΜΕΤΟΧΙΤΟΥ. Κεφάλαιον α', Προοίμιον, ἐν ᾧ καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν νῦν λέγειν. β', Περὶ μνήμης, καὶ ὅτι ἀναγκαῖον. γ', Περὶ τῆς ἀσαφείας τῶν Ἀριστοτέλους συνταγμάτων. δ', Ὅτι πάντες ἥττηνται δοξοσοφίας. ε', Περὶ τῆς Ἀριστοτέλους δοξοσοφίας, καὶ περὶ τῶν μαθηματικῶν. ς', Ὅτι πολὺ πάντες ἥδονται, οἷς ἂν συνεθισθῶσιν. ζ', Περὶ τῆς εἰς τὸν Πυθαγόραν πάντων τῶν σοφῶν εὐλαβείας, καὶ περὶ τοῦ μαθηματικοῦ. η', Ὅτι πᾶσι συνηθὲς τοῖς σοφοῖς εἰρωνείᾳ καὶ τὸ χαριεντίζεσθαι, καὶ Πλάτωνι μάλιστα καὶ Σωκράτει. θ', Ὅτι οὐκ ἔστιν, ὡς νοεῖ τις, λέγειν. ι', Ὅτι ἀνευλαβῶς ἅπαντες οἱ σοφοὶ πρὸς τοὺς περὶ αὐτῶν ἐχρήσαντο, ἐν ᾧ καὶ περὶ Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους. ια', Περὶ Ἀριστοτέλους καὶ τῆς εἰς τὸ φυσικὸν καὶ λογικὸν εὐδοκιμήσεως τοῦ ἀνδρός. ιβ', Ἔτι περὶ τοῦ Ἀριστοτέλους καὶ περὶ τοῦ φυσικοῦ κατ' αὐτὸν καὶ λογικοῦ. ιγ', Περὶ Πλάτωνος καὶ τοῦ μαθηματικοῦ τῆς σοφίας, καὶ μάλιστα περὶ τοῦ ἁρμονικοῦ. ιδ', Ὅτι οὐκ ἐξ ἀρχῆς τέλειον κατέστη τὸ τῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης. ιε', Περὶ Ἰωσήπου. ις', Περὶ Φίλωνος. ιζ', Ὅτι πάντες, ὅσοι ἐν Αἰγύπτῳ ἐπαιδεύθησαν, τραχύτεροι τῷ λέγειν χρῶνται. ιη', Περὶ Συνεσίου. ιθ', Περὶ Δίωνος. κ', Περὶ Ξενοφῶντος. κα', Περὶ τῶν Ἀριστοτελικῶν βιβλίων τῶν μετὰ τὰ φυσικά, καὶ περὶ τοῦ βιβλίου Ἑρμογένους τοῦ περὶ μεθόδου δεινότητος. κβ', Περὶ τοῦ ἐν τῇ μαθηματικῇ ἐπιστήμῃ ἀστασιάστου. κγ', Περὶ τοῦ ἐν τῇ φυσικῇ θεωρίᾳ ἀβεβαίου. κδ', Ὅτι διὰ τὸν πρὸς ῥητορικὴν πόλεμον ἀεὶ διαλόγοις ὁ Πλάτων χρῆται. κε', Ὅτι διὰ τὴν πρὸς Πλάτωνα μάχην σπουδάζειν ἠξίωσεν Ἀριστοτέλης περὶ τὴν ῥητορικήν. κς', Ὅτι τῷ ἁπλῷ καὶ ἀτημελήτῳ τῆς φωνῆς φιλοσοφία οἰκείως ἔχει. κζ', Θρῆνοι ἐπὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ. κη', Περὶ τοῦ ῥητοῦ τοῦ λέγοντος, οὐκ ἔστιν εὑρεῖν βίον ἄλυπον ἐν οὐδενί, καὶ περὶ τῶν κατὰ τὸν βίον μεταβολῶν, καὶ περὶ τῶν κατ' αὐτὸν τὸν συγγράφοντα. κθ', Περὶ τοῦ εὐμεταβλήτου πάντων τῶν κατ' ἀνθρώπους. λ', Περὶ τῆς κατ' ἀνθρώπους ἀμαθίας τῶν βελτίστων. λα', Ὅτι οὐκ ἔστι τοῖς ἐν τῷ σώματι τελεία κατάληψις περὶ τῶν ὄντων, καὶ ὑπόδειγμα πρὸς τοῦτο ἀπὸ τῶν τῇ μέθῃ μὴ τελείως καταβαπτισθέντων. λβ', Ὅτι ἡδὺ κατ' ἀνθρώ-

(1) *Meminit eorundem* Joannes Jacobus Frisius *in Bibliotheca Gesneriana, à se aucta, tanquam in* Bibliotheca Augustana *exstantium. Vide etiam ipsius Catalogum Græcorum Codicum jam memoratæ celeberrimæ* Bibliothecæ Augustanæ, *à* Davide Hoeschelio *Augustæ Vindelicorum A.* 1595 *in quarto editum, pag.* 52 *in recensione Codicis* C. IIdi.

ἀνθρώπους, ᾧ τις ἂν χρόνῳ συνεθισθείη. λγ, Ὅτι πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἀηδῶς σύνεισι τῷ κατ' ἔθος μακρὸν ὄντως συμβίῳ. λδ', Ὅτι τινὲς τῶν φαύλων καὶ ἀνοήτων οὐδὲν ἧττον ἢ κατὰ τοὺς πεπαιδευμένους ἥδιστα βιοῦσι, μεγάλα περὶ ἑαυτῶν οἰόμενοι. λέ, Ὅτι πολλοὶ διὰ φιλαυτίαν ἐπὶ μικροῖς, οἷς ἔχουσιν, ἀπειροκάλως ἐπιδείκνυνται. λς', Ὅτι καὶ ἐν μικροῖς τινὲς ἀγαθοῖς εὐγνώμονες εἰσὶ, καὶ περὶ τοῦ Βασιλέως ἐνταῦθα. λζ', Θρῆνοι ἐπὶ τῇ τῶν Ῥωμαϊκῶν πραγμάτων ἐλαττώσει καὶ μεταβολῇ τῆς μεγάλης ἐκείνης εὐδαιμονίας. λή, Θρῆνοι τῶν κατὰ τὴν ἔσω τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς κακῶς πραξάντων. λθ', Θρῆνοι ἔτι περὶ τῶν αὐτῶν, καὶ ὅτι οὐκ ἔνι παραβάλλειν τὰ ἐκεῖ πάντα τοῖς ἀλλαχοῦ ῥωμαϊκοῖς. μ', Θρῆνοι ἔτι περὶ τῶν αὐτῶν, καὶ ὅτι καὶ τὰ τῶν μοναχῶν ἐκεῖσε βέλτιον εἶχεν ἢ ἀλλοθίπη. μα', Ὅτι ἔθος ἀνθρώποις τὰ παρελθόντα τοῦ βίου ποθεῖν, κἀκείνων ἥδιστα μεμνῆσθαι. μβ', Ὅτι σφόδρα ἡδὺ τοῖς ἀνθρώποις ἡ ἐποπτεία τῆς κτίσεως. μγ', Ὅτι ἥδιστον ἡ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῶν κατ' οὐρανὸν ἐποπτεία. μδ', Ὅτι ἥδιστον θέαμα ἡ θάλαττα. μέ, Ὅτι εἰκάζειν ἂν εἴη τοὺς ἐν τῷ ἱλαρῷ συνόντας σεμνότητι τῷ τῆς θαλάττης ἐν γαλήνῃ θεάματι. μς', Ὅτι πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων ποθεινὸν τὸ ἄπραγμον τοῦ βίου. μζ, Ὅτι πλ ὅσοι περισπούδαστον ἡ περὶ τὸ πράττειν ἀσχολία. μή, Ὅτι πλεῖστα δυσχερῆ καὶ ἀναρμοστὰ τοῖς μετὰ τοῦ πολλὰ πράττειν βιοῦσι, κἂν εὐδοκῶσιν εὐπράττειν. μθ', Ὅτι ἔνιοι διὰ μικρογνωμοσύνην τινὰ καὶ οὐ λογισμῶν κρίσιν ἀποτρέπονται τὰ πράγματα, καὶ τοῦτο πάντως οὐδ' ἐπαίνου τινὸς ἄξιον. ν', Ὅτι ἔστιν ὁμοίως ἥδεσθαι καὶ δοκεῖν εὐπραγεῖν, καὶ ἐν μεγίσταις ὑποθέσεσι, καὶ ἐν ἥττοσι, καὶ διαφόροις πολιτεύμασιν εὐπράττοντας. να', Ὅτι μέγας ἐπιτειχισμὸς τῇ ψυχῇ πρὸς τὴν οἰκείαν νοερὰν ἐνέργειαν τὸ σῶμα καὶ τὰ ἐξ αὐτοῦ. νβ', Περὶ τῆς ἐν ἀνθρώποις πᾶσι φιλαυτίας, καὶ ὅπως ἐπείγονται πάντως τε πλέον δοκεῖν ἢ εἰσιν. νγ' Ὅτι ἀπορεῖν ἔστιν, ὅπως τὸ μὲν τῶν ἀνθρώπων εὖ ξυνέλαχον ἐξ ἀρχῆς τῷ βίῳ εἰς τέλος, τὸ δὲ τοὐναντίον. νδ', Ὅτι πολὺ τὸ ἐναντιολογεῖν ἀνθρώποις οὐ μόνον πρὸς ἀλλήλους, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἑαυτούς. νέ, Ὅτι οὐκ ἔστι παρ' ἀνθρώποις ἀπλανὴς σχεδὸν κρίσις οὐδ' ἀπαθής. νς', Ὅτι ἔστιν ἀεὶ ὅπως ποτέ τις πράττοι παρασκευῇ γνώμης εὐλόγως ἀντανισοῦν ἑαυτὸν ταῖς μεγάλαις εὐπραγίαις. νζ', Ὅτι ἔνιοι τῶν ἀνθρώπων πλάττονται φιλόσοφον πρόσχημα καὶ περιφρόνησιν τῶν τυχηρῶν καὶ τῶν κατὰ τὸν βίον εὐπραγούντων, ἀτευκτοῦντες αὐτοὶ τινὸς εὐετηρίας καὶ βασκαίνοντες. νή, Πότερον ἄμεινον ἀνθρώπῳ, τὸ γενέσθαι ἢ τὸ μὴ γενέσθαι, καὶ ὅτι ἄμεινον τὸ γενέσθαι. νθ', Ὅτι πολὺ παρ' ἀν-

ἀνθρώποις τὸ περιαυτολογεῖν. ξ΄, Ὅτι ἄπορον, εἰ ἔστι τις ἀνθρώποις καθάπαξ γαλήνη κατὰ τοὺς λογισμούς. ξα΄, Ὅτι οὐκ ἔξω λόγου παντάπασι δόξειεν ἄν, εἶναι τὰ τῶν ἐφεκτικῶν ἐναντιουμένων πρὸς πᾶσαν κατάληψιν, καὶ ὅτι καὶ Πλάτων καὶ Σωκράτης ἀρχὰς εἰς τοῦτ᾽ ἔδωκαν. ξβ΄, Περὶ τῶν ἐμπιπτόντων πράγμασι, τῶν μὲν διὰ φιλόπραγμον ἦθος φαῦλον, τῶν δὲ διὰ ἀμαθίαν καὶ ἀπρονόητον τὴν τύχην. ξγ΄, Περὶ τῶν ἐλπίδων, καὶ ὅτι τρόπον μέν τινα βιωφελέστατον ἀνθρώποις τὸ κατ᾽ αὐτὰς χρῆμα, τρόπον δέ τιν᾽ αὖθις καθάπαξ νεμεσητὸν καὶ κατεγνωσμένον. ξδ΄, Ὅτι ἥδιστον ἀνθρώποις ἐν τοῖς οἰκείοις καὶ συνήθει διατριβῇ ὁπουοῦν πράττειν εὖ καὶ τιμᾶσθαι. ξε΄, Ὅτι πολλάκις ἔνιοι συμπίπτουσι τοῖς ἑαυτῶν δόγμασι καὶ κρίσεσι, καὶ ὄλλυνται δίκης σφέτερα. ξς΄, Ὅτι τινὲς εἰσὶ ταχεῖς πιστεύειν τῇ προνοίᾳ διὰ τὰ φαινόμενα κατὰ λόγον ἀπαντᾶν τοῖς χρηστοῖς τε καὶ πονηροῖς ἐκ τοῦ προχείρου, καὶ αὖθις ἀπιστεῖν τῇ προνοίᾳ διὰ τἀναντία τούτοις. ξζ΄, Ὅτι θαυμασίως πολλάκις εἴωθε ταῖς μεγίσταις πράξεσι καὶ εὐτυχίαις τάχιστα ἀκολουθεῖν δυσπραγήματα χαλεπὰ καὶ μηδὲν ἧττον ἀνυπονόητα. ξη΄, Ὅτι οὐκ ἔστιν ὅλως ἐν ἀνθρώποις ὁμοφροσύνη. ξθ΄, Ὅτι πολὺ νοσοῦσι ταῖς προσπαθείαις ἄνθρωποι, καὶ οὐκ ὀρθῶς ὁρῶσιν. ο΄, Ὅτι χρήσιμα τὰ ἐκ τοῦ μαθηματικοῦ καὶ γεωμετρικοῦ τῆς φιλοσοφίας εἴδους διά τε ἄλλα πλεῖστα τοῦ βίου, καὶ διὰ τὰ τῶν μηχανικῶν ἔργα. οα΄, Περὶ Πλουτάρχου. οβ΄, Θεωρία εἰς τὸ ἔπος, τὸ λάθε βιώσας. ογ΄, Εἰ προσίσταται τῷ χριστιανικῶς ζῆν τὸ μετὰ πολλῶν ζῆν καὶ ἐν πολλοῖς πράγμασι ζῆν. οδ΄, Ὅτι τὸ μὴ μετὰ πολλῶν βιοῦν πραγμάτων, εὐκολίαν φέρει εἰς τὴν τήρησιν τῶν τῆς χριστιανικῆς εὐσεβείας νομίμων. οε΄, Ὅτι καὶ τοῖς ἐγκοινοπολιτευομένοις ἔξεστι καλῶς βιοῦν τῇ ἀρετῇ καὶ τοῖς τῆς θεοσεβείας νομίμοις. ος΄, Εἰ γαμητέον ἐστὶν, ἢ μὴ, τοῖς ἐπιμέλειαν ἔχουσι καὶ φροντίδα τῆς κατ᾽ ἀρετὴν ζωῆς. οζ΄, Ὅτι παντὶ τρόπῳ τῷ πολιτικῷ ἀντιποιητέον τῆς εἰρήνης. οη΄, Ὅτι καὶ πρὸς τὸ πολεμεῖν παρασκευαστέον τῷ πολιτικῷ. οθ΄, Ὅτι μὴ διὰ τὰς ἀτυχίας καὶ τὸ κακῶς πολλάκις πράττειν ἀποτρεπτέον τοῦ πράττειν. π΄, Ὅτι τῶν φιλοσόφων οἱ πλείους ἢ πάντες σχεδὸν περὶ τὸ λέγειν διέτριψαν μόνον, μὴ χρήσιμοι γενόμενοι ταῖς περὶ τὸ πολιτικὸν θεωρίαις. πα΄, Ὅτι πάντες σχεδὸν τῶν ἐν Ἕλλησι φιλοσοφησάντων τοῦ πολιτεύεσθαι καὶ τὰ κοινὰ πράττειν ἀπέστησαν. πβ΄, Ὅτι ἐπιμελητέον Βασιλεῖ μάλιστα περὶ τὸ πορίζεσθαι χρηματισμοὺς τῇ ἀρχῇ. πγ΄, Ὅτι μὴ καθάπαξ ἑαυτὸν δοτέον τῇ περὶ τὸ χρηματίζεσθαι ἐπιμελείᾳ τὸν Βασιλέα,

καὶ πάντα τρόπον σπουδαστέον εἰς τοῦτο. πδ΄, Ὅτι ἐπιμελητέον ἀνεμεσήτως περιουσίας καὶ πλούτου τοῦ πολιτικοῦ. πε΄, Ὅτι οὐ καθάπαξ παντὶ τρόπῳ προσέχειν ἄξιον τὸν νοῦν τοῦ πλουτεῖν. πς΄, Ὅτι πάντες ἄνθρωποι σχεδὸν φιλοπλουτίας ἥττηνται. πζ΄, Θεωρία ἐξ ὑποδείγματος περὶ τῆς κατὰ τὰ ἀνθρώπινα ἀστασίας. πη΄, Θεωρία ἐξ ὑποδείγματος περὶ τῆς τοῦ λογικοῦ χρήσεως. πθ΄, Θεωρία ἐξ ὑποδείγματος περὶ τῶν αἰσθήσεων καὶ τῆς κυριότητος τοῦ νοός. ϟ΄, Θεωρία ἐξ ὑποδειγμάτων περὶ τῆς κατὰ νοῦν ζωῆς. ϟα΄, Θεωρία ἐξ ὑποδείγματος περὶ τῆς κατὰ τὴν ὕλην τῇ γεννητῇ φύσει ἐνασλυπραγίας. ϟβ΄, Ὅτι διὰ τὸ ἀπρόσκοποι τῆς Χριστοῦ πίστεως ἔοικεν ᾠκονομήθη τὸ τῆς μοναρχίας κράτος Αὐγούστῳ τε τῷ Καίσαρι καὶ τῷ μεγάλῳ Κωνσταντίνῳ. ϟγ΄, Ἐπισημασία ὅπως ἡμῖν ἐν μνήμῃ καὶ λόγῳ τὰ περὶ τῶν ἑλλήνων πάντα καὶ μέγιστα, καὶ ὅσα βραχέος ἄξια λόγου. ϟδ΄, Ὅτι χρήσιμον τοῖς παιδευομένοις ἡ ἀποχώρησις καὶ ἀποστροφὴ τῶν πραγμάτων ἐξ ὑποδείγματος. ϟε΄, Θεωρία ἐξ ὑποδειγμάτων περὶ τοῦ νοὸς καὶ τῆς τῶν αἰσθήσεων χρήσεως. ϟς΄, Περὶ δημοκρατίας. ϟζ΄, Περὶ ἀριστοκρατίας. ϟη΄, Περὶ βασιλείας. ϟθ΄, Περὶ τῆς Ἀθηναίων πολιτείας. ρ΄, Περὶ τῆς Λακεδαιμονίων πολιτείας. ρα΄, Ὅπως οὐ μόνον ἕλληνες, ἀλλὰ καὶ πολλὰ τῶν ἄλλων ἐθνῶν κοινοπολιτείαις ἐχρήσαντο. ρβ΄, Ὅτι τὸ ἐξ ἀρχῆς ἅπαντα σχεδὸν τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἔθνη, οὐ κοινοπολιτείαις, ἀλλ᾽ ὑπὸ δεσποτῶν ἤγοιντο. ργ΄, Ὅτι τὸ ἐξ ἀρχῆς ἡ πόλις Κυρήνη ἑλληνὶς ἐν Λιβύῃ. ρδ΄, Περὶ Καρχηδόνος καὶ τῆς κατ᾽ αὐτὴν πολιτείας. ρε΄, Περὶ Καρχηδόνος ἔτι, καὶ ὅπως διὰ τὰ μέγιστα εὐπραγῆσαι καθάπαξ ἐντεῦθεν ἡ πόλις αὐτὴ ὤλετο. ρς΄, Περὶ τῆς Ῥώμης, καὶ ὅπως ἐκ μικρῶν ἀρχῶν τοσοῦτο κράτος καὶ μέγεθος ἀρχῆς κατ᾽ αὐτὴν συνέστη. ρζ΄, Περὶ Νουμᾶ Πομπηλίου δευτέρου βασιλέως τῆς Ῥώμης, καὶ ὅπως τηνικαῦτα κατὰ καιρὸν βασιλεύειν ᾑρέθη. ρη΄, Ὅπως Ῥωμαῖοι ἐκ μικρῶν τὴν ἀρχὴν πραγμάτων μετὰ πρὸς Πύῤῥον καὶ Καρχηδονίους ἑξῆς πολέμια εἰς μέγα προῆλθον ἀρχῆς κράτος καὶ φρόνημα σχεδὸν παγκόσμιον. ρθ΄, Ὅτι ἡ Ῥωμαϊκὴ μεγίστη μοναρχία ἐπὶ τῆς οἰκουμένης ἔοικεν ὑπὸ τῆς θείας προνοίας γενέσθαι εἰς εὐδρομίαν τοῦ σωτηριώδους Χριστιανικοῦ δόγματος. ρι΄, Περὶ Σκυθῶν. ρια΄, Ὅτι χρήσιμον τοῖς περὶ λόγους σπουδάζουσιν ἡ περὶ τὸ ἱστορικὸν ἐπιμέλεια. ριβ΄, Περὶ τοῦ ἀνιδρύτου καὶ μὴ διαρκοῦς εἰς τέλος τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἐξ ὑποδειγμάτων. ριγ΄, Περὶ Ἑλλήνων, καὶ ὅτι οὐκ ὄγκῳ πράξεων ἢ τύχης περιφανεῖς ἦσαν τὸ ἐξ ἀρχῆς, ἀλλ᾽ ἀστειότητι φύσεως καὶ ἤθους καὶ γνώμης

ἐυγένεια. ριδʹ, Ὅπως κατὰ καιρὸν Ἐπαμεινώνδας καὶ Πελοπίδας, ἀρίστω ἄνδρε καὶ στρατηγώ, κατὰ ταυτὸν γεγόνατον τῇ πατρίδι. ριεʹ, Ἔλεγχος εἰς τὸ ἀνίδρυτον καὶ εὐμετάβλητον τῶν ἀνθρωπίνων, καὶ ὅτι, εἰ δή τι ἄλλο, καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἀλκιβιάδου βίοτον τοῦτο παρίστησιν, ὡσαύτως καὶ τὰ κατὰ τὸν Πολιορκητὴν ἐπικληθέντα Δημήτριον, ἔτι δὲ καὶ τὸν Εὐμενῆ. ριϛʹ, Εἰς τὸ ἄστατον τῆς τύχης ἐξ ὑποδείγματος. ριζ, Θεωρία ἐξ ὑποδειγμάτων, ὅπως τινὲς ἀπὸ μεγάλων πράξεων καὶ μεγάλης τύχης ἀλλάττουσιν εἰς ἀπραξίαν ἢ τὸ πράττειν ταπεινῶς. ριηʹ, Ὅτι τῶν ἐπιμελῶς κτηθέντων ἀποβολὴ οὐ καταλαίπορος οὐδ' ἐῤῥασωνευμένη. ριθʹ, Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν ἀνθρώποις ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος τοῦ βίου ἀκέρατος ἀνιαροῦ τινος εὐδαιμονία, καὶ ὅτι δεῖ τὰς τῶν μεγάλων εὐτυχιῶν ὑποβλέπεσθαι μεταβολάς. ρκʹ, Ὅπως πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἀνεπιστήμονες εἰσὶν ὡς ἀληθῶς τῆς τοῦ βίου χρήσεως ἐξ ὑποδειγμάτων. Hucusque *Index* illе *Græcus* omnium *centum viginti Capitum*. Quo finito, incipit *Caput primum* sive *Proœmium* hoc modo: Προοίμιον ἐν ᾧ καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν νῦν λέγειν. Ἀλλ' ἡμῖν ἄρα τοῖς ὀψὲ τῶν χρόνων νῦν εἶναι πειρωμένοις τοῦ βίου, οὐκ ἔστιν ὁτιοῦν τῷ λόγῳ χρῆσθαι, εἴ τις ἀμέλει καὶ ὁτιοῦν χρῆσθαι δύναιτο· &c; Caput autem centesimum vigesimum sive ultimum desinit his verbis: καὶ μὴ τ' ἀλλότρια καὶ πόῤῥω τῆς φύσεως καὶ τὰ μὴ ὄντα περιποιούμενος. Exstat prætereà in eâdem *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ* ejusdem *Theodori Metochitæ* etiam aliud *hactenùs ineditum eximium Opus*, (1) ipso illius ævo *in membranâ* pereleganter exaratum, quo continentur *octodecim Orationes de varijs materijs*, sed præcipuè ad *Historiam de Vitis Sanctorum* & ad *Historiam Imperij Constantinopolitani & ipsius Urbis Constantinopolitanæ* pertinentes; ut, volente Deo, suo deinceps tempore & loco accuratiùs à me indicabitur in horum Commentariorum proximè sequenti Libro *octavo*, quippe quo *Catalogus Codicum manuscriptorum Græcorum Historicorum* continebitur.

LXXXVIII.

Octogesimus octavus (2) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *membranaceus* antiquus, elegantissimus & optimæ notæ in *folio*, constátque folijs *centum septuaginta quinque*, & pertinuit olim ad doctissimum celeberrimúmque (3) *Bessarionem, Archiepiscopum Nicænum*, patriâ *Trapezuntinum*, qui A. C. 1439 à Papa *Eugenio IV* *Flo-*

(1) *Meminit præstantissimi hujus Codicis manuscripti Cæsarei* R. P. Philippus Labbeus *S. I. in Protreptico Corporis Historiæ Byzantinæ pag.* 12, *ejusque notitiam se accepisse refert, ex literis* R. P. Alexandri Barvoetij. (2) *Fuit is olim extra numerum.* (3) *Vide Lib. IV horum Commentariorum pag.* 84 *&* 139, *Lib. V pag.* 47, 173, 214, *& Libri VI Apendicem pag.* 274, 275, 276.

Florentiæ in Concilio Generali *S. R. E. Cardinalis* creatus est, & A. 1472 obijt. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem fol. 1 & 2, antiquus *Index græcus* omnium Opusculorum, toto hoc Codice contentorum; cujus titulus sive inscriptio: Πίναξ ἀκριβὴς τῆσδε τῆς βίβλου.

Secundò, & quidem à fol. 3 pag. 1 usque ad fol. 30 pag. 1, *Manuelis Palæologi*, antepenultimi Imperatoris Constantinopolitani, qui patri suo *Joanni* in Imperio (1) successit A. C. 1391, & A. 1425 obijt, (2) *Capita centum Parænetica sive Commonitoria ad filium suum Joannem Palæologum, cum præfixâ Epistolâ proœmiali*, cujus titulus & principium: Τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου Βασιλέως Μανουὴλ τοῦ Παλαιολόγου ἐπιστολὴ προοιμιακὴ τῶν ἐφεξῆς κεφαλαίων. Ἐν Πελοποννήσῳ σε λιπὼν, ἐξ Ἰταλίας ἐρχόμενος, ὦ παῖ ἐνεγκεῖν ἐδυνήθην, ἦσθα δὲ παιδίον ἔτι, καὶ παιδείας οὐ συχνῆς μετέχων διὰ τὴν ἡλικίαν, ἄλλως τέ σοι καὶ τῆς τύχης ἐμποδὼν εἰς τοῦτο γεγενημένης, ὑποθήκαις τῇ δυνάμει συμβαινούσαις ἐρρύθμιζον· ἐν αἷς ἑτέρας &c. Quâ finitâ *Epistolâ*, sequuntur ipsa *centum Capita* hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ Κεφάλαια, ἑκατὸν πρὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν καὶ Βασιλέα, κύριον Ἰωάννην τὸν Παλαιολόγον, ὧν ἡ ἀκροστιχίς. Βασιλεὺς Βασιλεῖ, Μανουὴλ Ἰωάννῃ, πατὴρ υἱῷ, ψυχῆς ψυχῇ, καρπὸν τροφήν, ἐμῆς τῇ σῇ ὁποιασοῦν ἀκμαζούσῃ, ἣν ὁ Θεὸς εἴη κοσμήτωρ. Κεφάλαιον α΄. Βίοι τοῖς ἀνθρώποις διάφοροι· οἱ μὲν φρονήσει καὶ παιδεύσει καὶ χρηστότητι· οἱ δὲ, ἀβελτηρίᾳ καὶ ἀπαιδευσίᾳ καὶ πονηρίᾳ, γιγνόμενοί τε καὶ μεριζόμενοι. καὶ αὖθις &c. *Capitis* demùm *centesimi* sive *ultimi* finis est talis: πάνυ ῥᾳδίως ἀφαιρεθῇς, ὥσπερ κἀκείνῳ συμβέβηκεν. Notandum porrò est, suprà exhibitæ *Acrostichidi* ibidem adjunctum esse hoc æquè antiquum *Scholion*: Ἠνάγκασε καινοπρεπῆ τὴν ἀκροστιχίδα γενέσθαι, τὸ δεῖν ἐν αὐτῇ πολλὴν ἔννοιαν εἶναι. σύνταξον οὖν ὧδε. Ὁ Βασιλεὺς Μανουὴλ καὶ πατὴρ, τῷ Βασιλεῖ Ἰωάννῃ καὶ υἱῷ, καρπὸν τῆς ἐμῆς ψυχῆς ὁποιασοῦν, τροφὴν τῇ σῇ ψυχῇ ἀκμαζούσῃ, δίδωμι δηλονότι, ἣν ὁ Θεὸς εἴη κοσμήτωρ.

Tertiò, & quidem à fol. 31 pag. 1 usque ad fol. 106 pag. 1, ejusdem *Imperatoris Manuelis Palæologi Orationes septem ethico-politicæ ad eundem filium suum Joannem*, quarum *prima*, inscribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν λόγος πρῶτος προτρεπτικὸς εἰς λόγους, καὶ περὶ ἀρετῆς, καὶ ἀγαθοῦ ἄρχοντος. Τοῦ καλῶς ἐπίστασθαι λέγειν, οὐδὲν ἂν γένοιτο μεῖζον ἄρχουσιν ἐθέλουσιν ἀγαθοῖς εἶ-

(1) *A patre enim adhuc superstite Imperator designatus fuit A. C. 1373. Quâ de re vide plura in* Ismaelis Bullialdi *Notis ad* Ducæ *Historiam Byzantinam cap. 12, pag. 226.*

(2) *Vide etiam Lib. IV horum Commentariorum pag. 207 in recensione Codicis MSti Theologici Græci* CLXXXVIII *vi, num. 14.*

ναι, &c; *secunda*: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν λόγος δεύτερος, ὅτι τὸ μὲν ἀγαθὸν πᾶσι φιλούμενόν ἐστι φυσικῶς, ὁ δὲ κακὸς, καὶ ἑαυτῷ μισητός· φιλοῦμεν δὲ καὶ τὸ κακὸν ἐσθ' ὅτε, ἀγαθὸν κἀκεῖνο νομίζοντες. καὶ περὶ εὐδαιμονίας καὶ ἀρετῆς. Ἐγὼ νομίζω, καὶ πάντας οἶμαι τῇ δόξῃ ταύτῃ συνθέσθαι, &c; *tertia*: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν λόγος τρίτος περὶ προαιρέσεως καὶ ἑκουσίου, καὶ ὅτι οὐκ ἐκ φύσεως οὐδὲ ἔξωθεν ὁ κακὸς, ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτῷ αἴτιος γίνεται. Δέδεικται μὲν, ὡς ἡγοῦμαι, τὸ προκείμενον ἡμῖν ἱκανῶς, &c; *quarta*: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν λόγος τέταρτος περὶ ἡδονῆς, ὅτι κρεῖττον ἂν ἦν, μηδὲ τὴν ἀρχὴν συμπαρεῖναι τῷ βίῳ τούτῳ. Ἀλλὰ γὰρ γιγνόμενόν ἐστι καὶ προσῆκον, μὴ δὲ τὴν ἐνίων περὶ τῆς ἡδονῆς δόξαν &c; *quinta*: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν λόγος πέμπτος περὶ ἡδονῆς ἀντίθεσις εἰς τὸν περὶ τοῦδε λόγον. Ταυτὶ μὲν οὖν, τὰ παρὰ τῶν μεμφομένων τὴν ἡδονήν· ἐγὼ δὲ ταύτῃ πειράσομαι βοηθεῖν, &c; *sexta*: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν λόγος ἕκτος, ὅτι ἡ μὲν ἁμαρτία τὸ πάντων χεῖρισον· δεῖ δὲ μηδένα ἀπογινώσκειν μήτε ἑαυτὸν, κρίνειν δὲ ἑαυτὸν, καὶ οὐχ' ἕτερον, καὶ τοὺς ἡμαρτηκότας οὐ μισεῖν· καὶ περὶ μετανοίας, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας, καὶ ἀγάπης καὶ φιλανθρωπίας. Περὶ ἡδονῆς προδιαλεχθέντες ὡς οἷοι τ' ἦμεν, ἀποδεδώκαμεν τὸν περὶ ταύτης λόγον· καὶ εἴη γε μὴ &c; *septima*: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν λόγος ἕβδομος περὶ ταπεινοφροσύνης ἐκ μέρους δὲ καὶ περὶ ἀγάπης. Τῶν κεφαλαίων τὸ ὕστατον, ἅ σοι παρ' ἡμῶν ἀποδίδοται εἰς ἠθῶν σπουδαίων ἐπιμέλειαν, &c. Clauduntur denique hæ *septem Orationes* communi *Epilogo epistolari*, cujus titulus & principium: Ἐπίλογος ἐπιστολιμαῖος. Ταῦθ' ἡμῖν, ὦ φίλτατε, σὴν χάριν εἴρηται νῦν, καὶ &c.

Quartò, & quidem fol. 106 pag. 1, & fol. 107 pag. 1, ejusdem *Imperatoris Manuelis Palæologi Oratiuncula parænetica ad benevolos suos subditos*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ὡς ἐξ εὐμενοῦς ἄρχοντος πρὸς εὔνους ὑπηκόους τοὺς ἐν ἀκμῇ. Τὸ ὑμῖν συνοῖσον εὐχόμενός τε διατελῶ, καὶ ζητῶν ἅπασι τρόποις, δεῖν ᾠήθην διὰ βραχέων, ὥσπερ τι δῶρον, ταυτασὶ τὰς παραινέσεις εἰπεῖν. ἐπειδὴ τοίνυν &c.

Quintò, & quidem à fol. 107 pag. 1 usque ad fol. 111 pag. 2, ejusdem *Imperatoris Manuelis Palæologi Oratio glorificatoria ad Deum cum Confessione & Gratiarum actione*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Εὐχὴ, δοξολογίαν ἔχουσα πρὸς Θεὸν, σὺν ὁμολογίᾳ τῆς εὐσεβείας, εἶτα δέησιν συγκεκραμένην εὐχαριστίᾳ καὶ ἐξομολογήσει, συνάγουσα

γοῦσα δὲ πρὸς τῷ τέλει τῶν εἰρημένων, λήγει εἰς τὴν. Δόξα τῷ δείξαντι τὸ φῶς· δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. δόξα σοι ὁ Πατὴρ, δόξα σοι ὁ Υἱὸς, δόξα σοι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τῇ ἁπλῇ καὶ ὁμουσίῳ καὶ ἀδιαιρέτῳ καὶ ἀσυγχύτῳ Τριάδι. δόξα σοι Σοφία καὶ Λόγε αἰωνίου γεννήτορος ἕνεκα τῆς σῆς οἰκονομίας τε καὶ σαρκώσεως τῆς ὑπὲρ ἡμῶν, &c.

Sextò, & quidem à fol. 112 pag. 1 usque ad fol. 125 pag. 2, ejusdem *Imperatoris Manuelis Palæologi Dialogus cum Matre suâ de Nuptijs*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Διάλογος πρὸς τὴν κυρίαν αὐτοῦ Δέσποιναν καὶ μητέρα, ἢ περὶ γάμου. Βασιλεύς. Ὦ μῆτερ, εἴ ποτε ἄλλως εἶχον δόξης περὶ τοῦ πράγματος, ἄλλως δὲ ἔχειν ἐπλαττόμην διαλεγόμενός σοι, ἄρα γε τὰ πάντα μοι χαρίζεσθαι βουλομένη, ἀγνοιάν τινα καὶ αὐτὴ πλαττομένη, οὐκ ἤλεγχές με, ἢ, ἐλάνθανον ἀληθῶς; Δέσποινα. Οὔτ᾽ ᾐσθόμην, ὦ φίλτατε, οὔτ᾽ ἂν αἰσθομένη, ἐχαριζόμην &c.

Septimò, & quidem à fol. 126 pag. 1 usque ad fol. 175 pag. 2, ejusdem *Imp. Manuelis Palæologi Oratio funebris*, valdè prolixa, & tota ferè historica, *in fratrem suum natu minorem* (1) *Theodorum*, *Despotam* sive *Principem* τῆς Λακεδαιμονίας sive *Laconiæ*, *Provinciæ Peloponnesi*, cum præfixâ *Georgij Gemisti Plethonis Protheoriâ*, & *Joasaphi Hieromonachi Judicio de Charactere ejusdem Orationis*. *Plethonis Protheoria* inscribitur atque incipit his verbis: Κυροῦ Γεωργίου τοῦ Γεμιστοῦ προθεωρία τοῦ παρόντος λόγου. Πεπονθὼς μὲν τὸ προοίμιον, καὶ, οἷον γένοιτ᾽ ἂν, ἀδελφῷ πρέπον, ἐπιτάφιον ἐπ᾽ ἀδελφῷ διεξιόντι. πατρίδος δὲ καὶ γένους βραχύ τι μνησθεὶς ὁ τάδε λέγων θειότατος βασιλεὺς, οὐκ ἐπιπλέον ἐνδιατρίβει τῷ περὶ τούτων χωρίῳ, ἐπειγόμενος μὲν ἐπὶ τὰς τοῦ ἐπαινουμένου πράξεις, οὔσας οὐκ ὀλίγας, οὐδὲ βραχέων τῶν λόγων δεομένας. ἀπολογίαν δὲ ποιησάμενος, ὡς διὰ τὸ πᾶσι τούτων περιφανὲς, καὶ μηδ᾽ ὑφ᾽ ἑνὸς ἀγνοούμενον, οὐκ ἀναγκαῖον εἴη &c. Quâ *Protheoriâ* finitâ, sequitur *Joasaphi Hieromonachi Judicium de Charactere ejusdem Orationis* hoc modo: Τοῦ Ἱερομονάχου κυροῦ Ἰωασὰφ περὶ τοῦ χαρακτῆρος τοῦ λόγου. Ὅσα μὲν ὡς ἐν προθεωρίᾳ λόγου τοῦ παρόντος ἐπεῖν ἔδει, πρὸς ἀνδρὸς εἴρηται σοφοῦ, καὶ οὐ δεῖ τούτοις προσθεῖναι· δέον γε μὴν εἰπεῖν καὶ περὶ τοῦ χαρακτῆρος. ἔστι τοίνυν,

(1) Plura de eodem Theodoro vide apud Ducam Historia Byzantina capite duodecimo, ubi de Imp. Joannis Palæologi filijs agens, sic ait: τὸν δὲ τρίτον, τὸν καὶ Θεόδωρον, δεσπότην Λακεδαιμονίας καθίστησι. Præterea quoque de eodem Theodoro consulendum est Georgij Phranzæ Protovestiarij *Chronicon lib.* 1 *cap.* 15, 19 & 20. *Omnium autem maximè huc pertinent* Georgij Gemisti Plethonis Orationes duæ de Rebus Peloponnesiacis, *ex Bibliothecâ* Joannis Sambuci à Gulielmo Cantero *Antverpiæ typis Christophori Plantini A.* 1575, *cum* Joannis Stobæi Eclogis Physicis & Ethicis, *græcè & latinè in folio editæ; quarum prima ad* Imp. Manuelem Palæologum; *altera autem ad ipsum* Despotam Laconiæ Theodorum, *ejus fratrem, scripta est.*

τοίνυν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὔτ᾽ ἐπηρμένος οὔτε ταπεινὸς, ἀλλὰ τὸ μέτρον τηρῶν ἅμ τε γὰρ ἔννοιαι &c. Hinc porrò ſequitur ipſius *Imperatoris Manuelis Præfatiuncula*, quâ fratri ſuo defuncto eandem Orationem dedicat his verbis: Τοῦ Βασιλέως. Ἥκω πενθήσων, καὶ σε μὲν, πάντων ἄριστε, εἰ καὶ πρὸς Θεὸν ἐκδεδήμηκας· ἡ φύσις γὰρ οὐ δίδωσιν ἀδακρυτὶ τὸν τάφον θεάσασθαι ἡμᾶς δ᾽ αὐτοὺς καὶ περὶ σοῦ, οὓς τὸ κράτιστον, ὧν εἴχομεν, ἀφήρηκας, σαυτόν. δέον δὲ ὂν καὶ τοῖς ἐπαίνοις κοσμῆσαι σε, τὸ χρέος ἀφοσιώσομαι· τὸ γὰρ κατ᾽ ἀξίαν, οὐδ᾽ ἂν οὐδ᾽ εἰ πᾶς μὲν ἀνθρώπειος νοῦς, πᾶσαι τε γλῶσσαι εἰς ταυτὸν ἀκριβῶς συνῆλθον, συνεισενεγκεῖν ὅλως εἶχον. Inſcribitur deinde atque incipit ipſa *Oratio* hoc modo: Τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου Βασιλέως Μανουὴλ τοῦ Παλαιολόγου λόγος ἐπιτάφιος εἰς τὸν αὐταδελφὸν αὐτοῦ Δεσπότην τὸν Πορφυρογέννητον, κύριον ΘΕΟΔΩΡΟΝ τὸν Παλαιολόγον, ῥηθεὶς, ἐπιδημήσαντος εἰς Πελοπόννησον τοῦ Βασιλέως. Ἀλλά τι καὶ φθέγξωμαι πρὸς ὑμᾶς, ὦ παρόντες, μήτ᾽ αὐτὸς λέγειν ἰσχύων, μήθ᾽ ὑμᾶς ὁρῶν δυναμένους καθαρὰν τὴν ἀκοὴν ὑποσχεῖν λόγοις. ἐμέ τε γὰρ ἀφωνία κατέχει ὑπὸ τῆς μεγίστης ταυτησὶ συμφορᾶς, ὑμᾶς τε &c; deſinit autem: συγγνώσεσθε δὲ καὶ ὑμεῖς, ὦ παρόντες, τοῦ ἐγχειρήματος τὸ ἅπαντες ἐκποῦντες, εἰ μὴ κοτύλαις τὸ πέλαγος μεμετρήκαμεν, ἀλλ᾽ ὡς ἐκ ποταμοῦ τινος ἀενάου ἀρυσάμενοι, ὅσον οἷόν τε, δεδώκαμεν ἡμῖν γεύσασθαι, ὡς ἂν, τὸ πότιμον ἐκείνου καὶ διειδὲς, ἀπὸ τοῦ μέρους γένοιτο δῆλον. Corollarij demum loco accedunt jam memoratæ Orationi *Matthæi Chryſocephali* & (1) *Demetrij Magiſtri Epigrammata duo funebria in eundem Deſpotam Theodorum*, quæ prorsùs ejuſdem argumenti ſunt, atq; ipſa illa *Imp. Manuelis* ſuprà exhibita *Præfatiuncula dedicatoria*, quæ Orationi præfixa eſt. Eorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Κυροῦ Ματθαίου τοῦ Χρυσοκεφάλου. Ἥκω σε πάντ᾽ ἄριστε πενθήσων ὅμως, Ἐι καὶ πρὸς αὐτὸν &c; *alterum* autem, Κυροῦ Δημητρίου τοῦ Μαγίστρου. Ἤλυθον, ἀνδρῶν φέρτατε, πενθίζων, θρηνίζων, Καί σε εἰ καὶ &c. Hactenus igitur fideliſſimè recenſui, quænam præſtantiſſimo hoc Codice manuſcripto etiamnunc re ipſâ contineantur; nec dubito, quin ſatis ſupérque hinc appareat, ea omnia digniſſima eſſe, ut *græcè* & *latinè* in lucem proferantur, & *Corpori Hiſtoriæ Byzantinæ* accedant tanquam opimum & verè Cæſareum *Auctarium*. Cæterùm, quandoquidem ex ſuprà memorato *antiquo Indice Græco*, qui in principio hujus Codicis exſtat, manifeſtè liquet, etiam plura Opuſcula, quàm

(1) *Videtur hic eſſe* Demetrius *ille* Chryſoloras, *cujus in ſuprà memorato ejuſdem Codicis* antiquo Indice *græco fit mentio. Vide etiam Libri* ſexti *horum Commentariorum Appendicem pag.* 276.

quàm quæ suprà enumerata sunt, ad eundem Codicem manuscriptum olim pertinuisse, & vel bibliopegi, vel alterius cujuspiam culpâ, ab ijs Opusculis, quæ nunc ibi supersunt, avulsa esse, idcircò posteriorem eò pertinentem Indicis istius partem bonâ fide hîc exhibeo, ut inde perspiciatur, quænam Opuscula ibidem desint. Nempè primò: *Ejusdem Imp. Manuelis Palæologi Descriptio Imaginis Veris in velo textili purpureo.* Ipsa verba græca sunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ Βασιλέως Μανουὴλ τοῦ Παλαιολόγου ἔαρος εἰκὼν ἐν ὑφαντῷ παραπετάσματι (1) ῥηγικῷ. ἡ ἀρχή· Ἦρος ὥρα. Secundò: *Ejusdem Meditamentum Rhetoricum, quibus verbis Temires sive Tamberlanes, Persarum & Scytharum Imperator, Bajazetem Turcarum Imperatorem, à se victum, alloqui potuerit.* Ipsa verba græca sunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ, τίνας ἂν εἶπε λόγους ὁ τῶν Περσῶν τε καὶ Σκυθῶν ἐξηγούμενος τῷ τυραννοῦντι τῶν Τούρκων, μεγάλα τε καὶ σοβαρὰ φθεγγομένῳ, καὶ ἀφορήτῳ ὄντι ταῖς ἀπειλαῖς, ἡνίκα οὖν ἔπραττε, τραπέντι δὲ πρὸς τοὐναντίον μετὰ τὴν ἧτταν. ἡ ἀρχή. Ὡς ἔοικε τὸ πόρρωθεν. Tertiò: *Ejusdem Gratiarum actio ad Deum instar Psalmi ob interitum Bajazetis, Turcarum Imperatoris.* Ipsa verba græca sunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ ἐν εἴδει Ψαλμοῦ, περὶ κεραυνοῦ τοῦ ἀγαρηνοῦ, ὁπότε ἐπεσκέψατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ διὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ τὸν παντοδαπὸν ἀπέκτεινε θῆρα. ἡ ἀρχή· Ὕψιστος ὁ Κύριος ἐν ἀρχῇ. Quartò: *Demetrij Chrysoloræ ad Antonium Diasculin Dissertatio, cùm melius sit esse quàm non esse, cur Christus* (2) *de Judâ proditore dixerit, quòd bonum esset illi, si non fuisset natus.* Ipsa verba græca sunt hæc: Τοῦ Χρυσολωρᾶ κυροῦ Δημητρίου πρός τινα Ἀντώνιον Διάσκουλιν ἀποροῦντα, ὡς ἐπειδὴ τὸ ὂν τοῦ μὴ ὄντος κρεῖττον, πῶς ὁ Κύριος εἴρηκε περὶ τοῦ Ἰούδα, ὅτι καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη. ἡ ἀρχή· Ἀποροῦντος ὡς. Quintò: *Antonij Diasculis de eâdem re Contradictio ad Demetrium Chrysoloram.* Ipsa verba græca sunt hæc: Τοῦ Ἀντωνίου πρὸς τὰ εἰρημένα τῷ Χρυσολωρᾷ κυρῷ Δημητρίῳ ἀντίῤῥησις. ἡ ἀρχή· Ἴσως ἐχρῆν με. Sextò: *Imp. Manuelis Palæologi Declaratio utriusque opinionis cum propriâ assertione.* Ipsa verba græca sunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ Βασιλέως Μανουὴλ τοῦ Παλαιολόγου σαφήνειά τις τῶν εἰρημένων ἐξ ἑκατέρου τῶν ἤδη διαλεχθέντων, καὶ ὅσον οὗτος περὶ τουτουὶ τοῦ ῥητοῦ δοξάζει· τίθησι δὲ καὶ λόγους καὶ λογισμοὺς, τὴν δόξαν συντόμως, ὡς ἀγαθὴν συνιστῶν. ἡ ἀρχή· Ταυτὶ σχεδόν. Septimò: *Ejusdem Imperatoris Capita catanyctica sive compunctoria*

(1) *Vide* Joannis Meursij *Glossarium Græco-barbarum in explicatione vocis* Ῥηγικὰ, *quâ significantur* Vestes purpurâ tinctæ.

(2) *Apud S. Matthæum cap. 26 vers. 24.*

punctoria in sex præcepta Christi. Ipsa verba græca sunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ Κεφάλαια κατανύκτικα εἰς τὰς ἓξ ἐντολὰς τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ. ἡ ἀρχή· Διὰ τὸ μὴ εἶναί με. Octavò: *Ejusdem Canon paracleticus ad Sanctissimam Virginem Deiparam de suorum temporum calamitatibus.* Ipsa verba græca sunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ Κανὼν παρακλητικὸς εἰς τὴν ὑπεραγίαν Δέσποιναν Θεοτόκον ὑπὲρ τῶν κτ̃ καιροὺς περιστάσεων. ἡ ἀρχή· Ἅπασα τάξις. Hucusque *antiquus Index græcus illorum octo Opusculorum*, quæ in præstantissimo isto Codice nunc ampliùs non reperiuntur. Exstant tamen eorum *primum, secundum, tertium, septimum* & *octavum* in proximè sequenti Codice manuscripto Philosophico græco *octogesimo nono.*

LXXXIX.

Octogesimus nonus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus*, partim *membranaceus* antiquus, partim *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, constátque nunc in universum folijs *centum quinquaginta tribus*, & ad (2) *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, A.C. 1577 pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 2 usque ad fol. 2 pag. 2, *Index græcus eorum, quæ continentur toto hoc Codice.*

Secundò, & quidem à fol. 3 pag. 1 usque ad fol. 40 pag. 1, *Imp. Manuelis Palæologi Capita centum Parænetica ad filium suum Joannem Palæologum, cum præfixâ Epistolâ proœmiali*, itidem ut in proximè præcedenti Codice LXXXVIIIvo, num. 2.

Tertiò, & quidem à fol. 41 pag. 1 usque ad fol. 138 pag. 2, ejusdem *Imperatoris Manuelis Orationes septem ethico-politicæ ad eundem filium suum Joannem*, cum subjuncto communi *Epilogo Epistolari*, itidem ut in proximè præcedenti Codice LXXXVIIIvo, num. 3.

Quartò, & quidem à fol. 139 pag. 1 & 2, ejusdem *Imperatoris Manuelis Oratiuncula parænetica ad benevolos suos subditos*, itidem ut in proximè præcedenti Codice LXXXVIIIvo, num. 4.

Quintò, & quidem à fol. 140 pag. 1 usque ad fol. 146 pag. 2, ejusdem *Imp. Manuelis Oratio glorificatoria ad Deum cum Confessione & gratiarum actione*, itidem ut in proximè Codice LXXXVIIIvo, num. 5.

Sextò,

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* centesimus sexagesimus septimus.

(2) *Notabile imprimis est, quod ipse* Joannes Sambucus *propriâ manu ibi testatur, folia hujus Codicis recentiora* chartacea, *quæ in veterum foliorum* membranaceorum *locum substituta sunt, descripta esse ex* Sophiani Codice autographo ipsius Imp. Manuelis Palæologi. *Utrum autem ab eo significetur* Michael *ille* Sophianus, *cujus suprà pag. 96 in recensione Codicis LIIItij est facta mentio, an potiùs* Nicolaus Sophianus Corcyræus, *cujus exstat celeberrima Tabula Chorographica Græciæ, id ego tanquam incertum in medio relinquo.*

Sextò, & quidem fol. 146 pag. 2 & fol. 147 pag. 1, ejusdem *Imperatoris Manuelis Carmen catanycticum sive compunctorium in sex præcepta Christi*; cujus titulus & principium: Κεφάλαια κατανυκτικὰ εἰς τὰς ἓξ ἐντολὰς τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ διὰ στίχων ἀνακρεοντείων. Διὰ τὸ μὴ εἶναί με Ἄξιον σοῦ μεταχεῖν, Νῦν ὁρᾷς &c. Vide etiam proximè præcedentem Codicem LXXXVIIIvum, num. 7.

Septimò, & quidem à fol. 147 pag. 2 usque ad fol. 150 pag. 1, ejusdem *Imperatoris Manuelis Canon paracleticus ad* Beatissimam *Virginem Deiparam de suorum temporum calamitatibus*; cujus principium: Πᾶσα τάξις καὶ ἡλικία πιστῶν &c. Vide etiam proximè præcedentem Codicem LXXXVIIIvum, num. 7.

Octavò, & quidem à fol. 150 pag. 2 usque ad fol. 151 pag. 2, ejusdem *Imperatoris Manuelis Descriptio Imaginis Veris*; cujus principium: Ἦρος ὥρα, καὶ δηλοῖ τὰ ἄνθη, καὶ λευκὸς οὗτος ἀὴρ &c. Vide etiam proximè præcedentem Codicem LXXXVIIIvum, num. 7.

Nonò, & quidem à fol. 152 pag. 1 & 2, ejusdem *Imperatoris Manuelis Meditamentum Rhetoricum, quibus verbis Temires sive Tamberlanes, Persarum & Scytharum Imperator, Bajazetem Turcarum Imperatorem, à se victum, alloqui potuerit*; cujus principium: Ὡς ἔοικε τὸ πόῤῥωθεν ἐχθρὸς καὶ ἐξ ἀρχῆς πολεμεῖν, φύσει πολέμιόν ἐστι, &c. Vide etiam proximè præcedentem Codicem LXXXVIIIvum, num. 7.

Decimò, & quidem fol. 152 pag. 2 & fol. 153 pag. 1, ejusdem *Imperatoris Manuelis Gratiarum actio ad Deum instar Psalmi ob interitum Bajazetis*; cujus principium: Ὕψιστος ὁ Κύριος ἐν ἀρχῇ, ὁ Θεὸς ἡμῶν εἰς αἰῶνα αἰῶνος, ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, &c. Vide etiam proximè præcedentem Codicem LXXXVIIIvum, num. 7.

Vndecimò, & quidem fol. 153 pag. 2, anonymi cujusdam *Excerpta politica de Imperatore & administratione Imperij, desumpta ex Imperatorum Basilij, Constantini & Leonis Libro primo Prochiri Juris, sive Manualis Legum*; quorum titulus & principium: Ἀπὸ τοῦ νομίμου βιβλίου Βασιλείου, Κωνσταντίνου καὶ Λέοντος, ἀπὸ τοῦ α΄ τίτλου, κεφ. θ΄. Βασιλεύς ἐστιν ἔννομος ἐπιστασία, κοινὸν ἀγαθὸν πᾶσι τοῖς ὑπηκόοις, &c. Plura de hoc *Manuali Juris* vide Libri *quinti* horum Commentariorum pag. 162 & 163 in recensione Codicis manuscripti Theologici Græci CCLIIItij, num. 17, & Libri *sexti* pag. 19 in recensione Codicis manuscripti Juridici Græci IIItij, num. 14.

X XC.

XC.

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

Nonagesimus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *folio*, sed à diversis diverso tempore scriptus, & sine diversitatis materiarum respectu nimiùm confusè coagmentatus, constátque folijs *ducentis viginti*, atq; unus est ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ ipsius Bibliothecâ avulsos *Sebastianus Tengnagelius* redemit, & *Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ* legavit. Continentur eo hæc:

(2) *Plura de eodem vide Lib. V horũ Commentariorum pag. 325 & 326.*

(3) *Similiter in totâ hác Responsione verbá* Scholarij *verbis* Plethonis *intermixta sunt.*

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 27 pag. 2, *Georgij Gemisti Plethonis Responsio ad Georgij Scholarij*, (2) qui post Patriarchatûs Constantinopolitani adeptionem *Gennadius* appellatus est, *pro Aristotele contra Platonem objectiones*; cujus titulus & principium: Γεωργίου Γεμιστοῦ τοῦ Πλήθωνος πρὸς τὰς Σχολαρίου ὑπὲρ Ἀριστοτέλους ἀντιλήψεις. (3) Σχολάριος. Ἐπεὶ τὸ βιβλίον τὸ κατ' Ἀριστοτέλους βλασφημιῶν καὶ ἐς ἡμᾶς ὀψὲ περιῆλθεν. Πλήθων. Ἐγὼ μὲν οὐκ ὀψὲ, ὥς γε σὺ φῇς, ἀλλ', ὅτε τὸ πρῶτον, ᾐτήθην, εὐθὺς ἔπεμψα· σὺ δὲ τὴν δέ σου τὴν συγγραφὴν πάλαι συγγεγραφὼς, καὶ πέμπειν κελευόμενος, πολλάκις τε τοῦτο κελευόμενος, τέως μὲν οὐκ ἔπεμπες. τελευταῖον δὲ &c. Desinit denique tota illa Plethonis Responsio his verbis: φλυαρήσεις δὲ τὴν ἄλλως, καὶ σαυτὸν μόνον αἰσχυνεῖς, τὴν σαυτοῦ σκαιότητα ἔτι καὶ μᾶλλον ἐπιδείξας. ἡμῖν δέ σου τὰ τοιαῦτα ἴσα καὶ κυνιδίου μελιταίου τινὸς ὑλακαῖς λελόγισταί τε ἤδη καὶ αὖθις λογισθήσεται. Plura de hâc *Plethonis Responsione*, ut & de totâ illâ controversiâ, & de obtrectationum, calumniarum & opprobriorum plaustris, quibus ea ab utroque tractata est, vide apud doctissimum *Leonem Allatium* in Diatribâ de *Georgijs* & eorum Scriptis pag. 387; ubi inter alia etiam Codicis manuscripti, eandem *Plethonis Responsionem* continentis, quem ipse olim habuit, mentionem facit his verbis: *Cùm Heidelbergæ morarer, Tractatum hunc pro ævo Autoris antiquum, eleganter emendatéque descriptum, quem à Nicolao Alemanno dono acceperam, Gothardo Voegelino, typographo satis celebri, impensè expostulanti tradidi, ut unà cum alio, De differentiâ Platonis & Aristotelis, & si fieri posset, etiam latinè typis elegantissimis evulgaret; sed an evulgatus sit, ad hunc diem non novi.* Hæc *Allatius*.

Secundò, & quidem à fol. 28 pag. 1 usque ad fol. 29 pag. 2, *Cardinalis Bessarionis Epistola ad Georgium Gemistum Plethonem, continens Philosophiæ Platonicæ Quæstiones quatuor*, nempe περὶ τοῦ ἀνυποστάτου, περὶ τοῦ μεθεκτοῦ καὶ ἀμεθέκτου, περὶ τῆς τῶν ὄντων συνωνυμίας ἢ ὁμωνυμίας,

νομίας, & περὶ τῆς εἱμαρμένης, quæ inſcribitur atq; incipit hoc modo: ΒΗΣΣΑΡΙΩΝ ΚΑΡΔΙΝΑΛΗΣ τῷ σοφῷ καὶ διδασκάλῳ Γεωργίῳ τῷ Γεμιστῷ εὖ πράττειν. Κοινῆς πᾶσιν ἐνεσπαρμένης ἐννοίας, καὶ ταύτης ἀληθεστάτης, μηδὲν μηδαμῇ ἀναίτιον εἶναι, πλὴν τοῦ πρώτου καὶ πάντων αἰτίου, οὐκ ὀλίγους τῶν Πλάτωνος ἑταίρων, ὡς Πρόκλον, Ἑρμείαν τε καὶ Δαμάσκιον, τήν τε ψυχὴν, τούς τε περὶ αὐτῆς πάντας, εἴτε νοητοὺς, εἴτε νοητούς τε καὶ νοερούς, εἴτε νοεροὺς θεοὺς, ἀνυποστάτους εἶναι τιθεμένους εὑρίσκομεν. εἴποι δ' ἄν τις &c.

Tertiò, & quidem à fol. 29 pag. 2 uſque ad fol. 34 pag. 1, *Georgij Gemiſti Plethonis ad ſuperiorem Cardinalis Beſſarionis Epiſtolam Epiſtolæ duæ reſponſoriæ*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: Ἀπόκρισις Γεμιστοῦ πρὸς Βησσαρίωνα. Οὐ πάντα οἴεσθαι χρὴ, σοῦ ἄνδρας τούτους, οὓς καταλέγεις, ἀλλήλοις συμφωνεῖν, ἀλλὰ τὰ μὲν μείζω καὶ κυριώτερα ἀλλήλοις συνᾴδειν, ἔστι μὲν τοι περὶ ἃ καὶ διαφωνεῖν. αὐτίκα ὁ Πλάτων &c; *altera* autem: Ἑτέρα ἀπόκρισις Γεμιστοῦ πρὸς Βησσαρίωνα. Ἐπειδὴ καὶ μαρτυρεῖν δέη πρὸς τὰ προγεγραμμένα σοι ὑπὲρ μὲν τῶν περὶ τοῦ αὐτοπραγωγοῦ μοι εἰρημένων, &c.

Quartò, & quidem à fol. 35 pag. 1 uſque ad fol. 36 pag. 1, *Georgij Gemiſti Plethonis ad Imp. Manuelem Palæologum Epiſtola de rebus Peloponneſiacis, & præcipuè quidem de Iſthmo*, cujus titulus & principium: Τοῦ Γεμιστοῦ πρὸς τὸν Βασιλέα. Θειότατε Αὐτοκράτορ, τὰ μὲν καθ' ἕκαστα, περὶ ὧν ἄν σε ἐβουλόμην μαθεῖν, Ῥαξῆς ὁ καλός τε κἀγαθὸς ἀπαγγελεῖ, ἀλλ' ὥσπερ κεφάλαια τῶν ὑπ' ἐμοῦ σοι δηλουμένων, τῇδε δὴ μάλιστα δίειμι. πρῶτον μὲν, ὡς οὐχ οἷόν τε ἐκ τῶν καθεστώτων τὸν Ἰσθμὸν φρουρεῖσθαι, οὔτε Πελοπόννησον ὅλως σῶν ἔστι ὑμῖν εἶναι, ἣν οἱ βάρβαροι ἐπιῶσι· τοῦτο δ' ἐν τοῖς μάλιστα αἰτίαν τὴν κακοπολιτείαν εἶναι, δι' ἣν &c. Diverſa autem eſt hæc *Epiſtola* ab ejuſdem *Plethonis* ad eundem *Imp. Manuelem Oratione de rebus Peloponneſiacis*, quam ex *Bibliothecâ Joannis Sambuci*, cum *Joannis Stobæi Eclogis Phyſicis & Ethicis*, græcè & latinè edidit *Guilielmus Canterus* Antverpiæ typis Chriſtophori Plantini A. 1575 in folio.

Quintò, & quidem à fol. 36 pag. 2 uſque ad fol. 38 pag. 1, *Cardinalis Beſſarionis ad Theodorum Gazam de Georgij*, in *Cretâ* quidem nati, ſed ob paternam originem vulgò cognominati *Trapezuntij*, *Libro pro Ariſtotele contra Platonem Epiſtola*, quæ inſcribitur atque incipit his verbis: Βησσαρίων Καρδινάλης Θεοδώρῳ εὖ πράττειν. Οὐκ

 ἐθαύμα-

ἐθαύμαζον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἠχθόμην, ὅτι μὴ ἀφίκου, ὡς ἐπήγγειλας, &c. Et aliquanto pòst: Τῷ γὰρ περὶ τοῦ νῦν ἔτει ἧκεν ἡμῖν εἰς χεῖρας βιβλίον τι τοῦ ἀναισχύντου Κρητὸς Γεωργίου, πάσης κατὰ Πλάτωνος βλασφημίας μεστὸν· ὃ δὴ εἰς τρία διῃρημένον, καὶ σύγκρισιν Ἀριστοτέλους καὶ Πλάτωνος ποιούμενον, τὸν μὲν εὐφημίαις ἐξαίρει, Πλάτωνα δὲ τοῖς ἐξ ἁμαξῶν σκώπτει. ἐν μὲν οὖν τῷ πρώτῳ &c. Meminit ejusdem *Comparationis Platonis & Aristotelis*, à *Georgio Trapezuntio* compositæ, *Leo Allatius* in Diatribâ de *Georgijs* pag. 378 his verbis: *Scripsit Georgius Trapezuntius etiam Comparationem Platonis & Aristotelis, editam Venetijs A. 1523 in 8°, quâ Aristotelem Platone longo intervallo superiorem esse contendit. Sed cùm in Platonem convitijs ac maledicentiâ libri essent referti, ubi eos Bessarion perlegit, hominis temeritate permotus, & hominis mentem exsecratus, tacito Trapezuntij nomine in Calumniatorem Platonis libris quatuor respondit; quibus primùm sapientiam Platonis atque doctrinam, mox scriptorum ejus cum nostris similitudinem, tùm probitatem morum, vitámque integerrimam exponit: &, ut inscitiam hominis magis ac magis propalaret, quintum addidit, in quo Trapezuntij in Interpretatione Legum Platonis, semel atque iterùm ab eodem editâ, errores ac lapsus collegit, refutavit & emendavit, adeò ut planè ostenderit, non potuisse eum de tali Philosopho judicium ferre, quem minimè intellexit; &, ut accuratior atque absolutior tractatio haberi posset, Disputationem suam De Naturâ & Arte, multis antè annis scriptam in eundem Trapezuntium, cùm ad utrúmque Philosophum quæstio illa pertineret, adjunxit.* Hæc *Allatius*. Vide etiam Libri *quinti* horum Commentariorum Appendicem pag. 278, ubi inter alia etiam hoc illius exstat Epitaphium:

Hâc urnâ TRAPEZVNTII quiescunt
GEORGII ossa, parùm Dijs amici,
Quod acri & nimium procace linguâ
PLATONEM, Superis parem, petivit.

Sextò, & quidem à fol. 39 pag. 1 usque ad fol. 41 pag. 2, *Georgij Gemisti Plethonis Collectio summaria Zoroastreorum & Platonicorum Dogmatum* hactenùs inedita; cujus titulus & principium: Ζωροαστρείων τε καὶ Πλατωνικῶν Δογμάτων συγκεφαλαίωσις τοῦ Πλήθωνος. Ἐκεῖνα μάλιστ' ἂν δέοι κεφάλαια εἰδέναι, τόνγε δὴ φρόνιμον ἐσόμενον. πρῶτον μὲν ἐκεῖνο περὶ Θεῶν, ὡς εἰσίν· εἷς μὲν αὐτῶν, Ζεὺς ὁ Βασιλεὺς, μέγιστός τε, καὶ ἐς ὅσονγε ἐστὶν ἄριστος, τοῖς ὅλοις τοῖσδε

ἐφε-

ἰφεστηκὼς, καὶ θεότητι ἐξαίρετος· αὐτὸς μὲν πάντοτε ὤν, καὶ πάντως ἀγέννητος, τῶν δὲ ἄλλων ἀπάντων πατήρ τε καὶ δημιουργὸς πρεσβύτατος. τούτου δὲ παῖς μὲν πρεσβύτατος, ἀμήτωρ γε, δεύτερος δὲ Θεὸς, Ποσειδῶν, τά τε δευτερεῖα τῆς κατὰ πάντων ἡγεμονίας πρὸς τοῦ πατρὸς ἐπιτετραμμένος, &c. Ex ſolo igitur hoc principio ſatis clarè apparet, *Collectionem* hanc *Zoroaſtreorum & Platonicorum Dogmatum* omninò diverſam eſſe ab ejuſdem *Plethonis Expoſitione Oraculorum Magicorum Zoroaſtris*, quæ cum *Sibyllinis Oraculis* à *Joanne Opſopoeo græcè* & *latinè* edita eſt Pariſijs A. 1599 in octavo. Notandum enim hoc eſt propter *Leonem Allatium*, qui in Diatribâ de *Georgijs* jam memoratæ *Expoſitionis Oraculorum Zoroaſtris* mentionem faciens, minùs rectè ſic ſcribit: *Nec alia videntur eſſe, quæ ſub Zoroaſtræorum & Platonicorum Dogmatum Summæ titulo in Bavaricâ Bibliothecâ Cod. 183 habentur.*

Septimò, & quidem à fol. 42 pag. 1 uſque ad fol. 51 pag. 1, *Georgij Gemiſti Plethonis Chorographia Theſſaliæ*, hactenùs inedita; cujus titulus & principium: Τοῦ Πλήθωνος Θεσσαλίας Χωρογραφία. Ἡ χώρα πλειῶστα ποταμόκλυστός ἐστιν· ὁ γὰρ Πηνειὸς διὰ μέσης ῥέων, καὶ πολλοὺς δεχόμενος ποταμοὺς, ὑπερχεῖται πολλάκις. τὸ δὲ παλαιὸν καὶ ἐλιμνάζετο &c. Meminit ejuſdem Opuſculi etiam Leo Allatius in Diatribâ de Georgijs pag. 386.

Octavò, & quidem à fol. 52 pag. 1 uſque ad fol. 107 pag. 2, *Theophili Protoſpatharij Scholia in Hippocratis Aphoriſmos*; quorum titulus & principium: Ἀφορισμοὶ τοῦ Ἱπποκράτους, γραφέντες παρὰ Θεοφίλου Πρωτοσπαθαρίου, καὶ (1) ἐπὶ τοῦ χρόνου τρίτου, μετὰ τῶν σχολίων αὐτῶν. Ἀφορισμός ἐστι λόγος σύντομος, αὐτοτελῆ διάνοιαν ἀπαρτίζων, ἢ &c. Ἀρχὴ τοῦ πρώτου τμήματος. Ὁ βίος βραχὺς, &c. Τὸ τοῦ βίου ὄνομα πολλαχῶς εἴρηται. λέγεται γὰρ βίος ὁ τόπος, καθὸ φαμὲν ἀμφίβια ζῶα, ἃ καὶ ἐν τῇ χέρσῳ καὶ ἐν τῷ ὕδατι βιοῦν δύνανται· ὡς αἱ φῶκαι, &c; finis autem: Ὑγρὰς τὰς σάρκας ὑποτίθεται, ἐφ' ὧν ἐστὶ πλεονεξία αἵματος. ἐπὶ τούτων οὖν δεῖ λιμὸν ποιεῖν· καὶ ἡ αἰτία, ὅτι ὁ λιμὸς ξηραίνει, καὶ τὸ ἐναντίον ἐναντίου πάντως ἂν εἴη ἴαμα. Τέλος τῶν Σχολίων Θεοφίλου (2) Φιλοσόφου εἰς τοὺς Ἱππο-

(1) *De vero ac certo ſenſu horum verborum*, ἐπὶ τοῦ χρόνου τρίτου, *nondum mihi ſatis liquet; veriſimilimum tamen videtur, ea interpretanda eſſe:* & quidem eo tempore tertij. *Quòd enim uno eodem tempore* plures *fuerint* Protoſpatharij, *hoc eſt*, Duces Spathariorum, *ſive* Satellitum Imperatoris Conſtantinopolitani, ſpathâ *ſive* gladio latiori *armatorum, vide apud* R. P. Jacobum Goar O. P. *in Notis ad* Georgij Codini *Caput ſecundum de Officijs Magnæ Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ, num.* 34, *& apud* Joannem Meurſium *in Gloſſario Græco-barbaro.* (2) *Idem ergo eſt* Theophilus Philoſophus *atque* Theophilus Protoſpatharius; *& porrò idem quoque videtur eſſe atque* Theophilus Monachus, *nempè quòd, depoſitâ Protoſpathariatûs dignitate, monaſticam vitam amplexus ſit. Vide Lib. VI horum Commentariorum pag.* 107 *&* 213.

κρίσεως ἀφορισμούς. Eadem *Scholia* exſtant in ejuſdem *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* (1) Codice manuſcripto Medico Græco IIItio, num. 1, & XXXVto, num. 7; ſed in eorum priori attribuuntur *Stephano Athenienſi, Theophili diſcipulo*, quòd is ea, ut plura alia Opuſcula Medica, (2) ἀπὸ φωνῆς Θεοφίλου, ſive, *ex ore magiſtri ſui Theophili* exceperit.

(1) *Vide Libri VIti horũ Commentariorum Partem ſecundam pag.* 88 & 147.
(2) *Vide ibidem pag.* 88, 124, 212 & 213.

Nonò, & quidem à fol. 108 pag. 1 uſque ad fol. 109 pag. 1, *Juris navalis Rhodiorum, ex Libro decimo quarto Digeſtorum excerpti, Capita poſteriora tredecim*; nempe à Capite *trigeſimo nono*, cujus principium: Ἐὰν πλοῖον μεστὸν σίτου ἢ οἴνου &c, uſque ad Caput quinquageſimum primum, cujus finis, εἰς βαρύτερον ἔργον τοῦ φίσκου ὁμοίως ἐκπέμπονται. Plura de eodem *Jure navali Rhodiorum* vide Libri *ſexti* horum Commentariorum Parte primâ, pag. 11, 12, 13 & 31.

Decimò, & quidem à fol. 109 pag. 1 uſque ad fol. 122 pag. 2, *Joannis* cognomine Νηστευτοῦ ſive *Jejunatoris, Patriarchæ Conſtantinopolitani, Canones Poenitentiales*; quorum titulus & principium: Κανονάριον, διαγορεῦον περὶ πάντων λεπτομερῶς τῶν παθῶν, καὶ τῶν τούτοις προσφόρων ἐπιτιμίων, περί τε τῆς ἁγίας κοινωνίας βρωμάτων τε καὶ πομάτων, καὶ εὐχῶν, λίαν συμπαθέστατον, τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Νηστευτοῦ, Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως. Τῆς θείας καὶ παναγάθου τοῦ ὑπεραγάθου καὶ ἀληθινοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μακαρίας χρηστότητος πάντοτε καὶ πανταχοῦ εὐεργετούσης ἡμᾶς, &c. Plura de eodem Opere *Pænitentiali* vide Libri *quarti* horum Commentariorum pag. 196 & 197 in recenſione Codicis manuſcripti Theologici Græci CLXXXIVti, num. 1, 2 & 5, & Libri *quinti* pag. 236 in recenſione Codicis manuſcripti Theologici Græci CCLXXXIIItij, num. 25.

Vndecimò, & quidem à fol. 122 pag. 2 uſque ad fol. 132 pag. 1, *S. Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini Epiſtola de S. Dionyſio Epiſcopo Alexandrino, quòd idem cum Nicænâ Synodo contra Arianam hæreſin ſenſerit, quódque Ariani falsò ac fruſtrà eum calumnientur tanquam hæreſeos ſuæ adſtipulatorem*; quæ ſine ullâ *S. Athanaſij* mentione inſcribitur atque incipit hoc modo: Περὶ Διονυσίου Ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, ὅτι καὶ αὐτὸς κατὰ τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως ὡς ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος, καὶ μάτην αὐτὸν συκοφαντοῦσιν οἱ Ἀρειομανῖται, ὡς ὁμόδοξον ἑαυτῶν. Βραδέως ἐδήλωσας περὶ τῆς νῦν διαλέξεως τῆς γινομένης &c. Plura de eâdem Epiſtolâ vide Libri tertij horum Commentariorum pag. 86 in recenſione Codicis manuſcripti Theologici Græci LVIImi, num. 46.

Duo-

Duodecimò, & quidem à fol. 132 pag. 1 usq; ad fol. 142 pag. 1, *S. Athanasij, Archiepiscopi Alexandrini, Epistola circularis ad Episcopos Ægypti & Libyæ contra Arianos*; quæ in præsenti Codice, sine ullâ *S. Athanasij* mentione, inscribitur atque incipit hoc modo: Περὶ τῆς πανουργίας καὶ ὑποκρίσεως τῶν Ἀρειομανιτῶν, καὶ πῶς μετασχηματιζόμενοι, πλανεῖν ἐπιχειροῦσι τοὺς ἀγνοοῦντας αὐτούς. Πάντα μὲν ὅσα ὁ Κύριος καὶ σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὡς ἔγραψεν ὁ Λουκᾶς, πεποίηκέ τε καὶ ἐδίδαξεν, εἰς τὴν ἡμετέραν &c. Plura de hâc *Epistolâ* vide Libri *tertij* horum Commentariorum pag. 78 in recensione Codicis manuscripti Theologici Græci LVIImi, num. 4.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 142 pag. 1 usque ad fol. 158, pag. 1, anonymi cujusdam *Collectio miscella de Theodori Mopsuestiæ in Ciliciâ Episcopi, & Nestorij atque Eutychis hæresibus*, ut & *de differentiâ inter Essentiam atque Naturam, & inter Substantiam atque Personam*.

Decimo quartò, & quidem à fol. 158 pag. 1 usque ad fol. 162 pag. 2, *S. Anastasij Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni*, qui A. C. 599 obijt, *Definitiones Theologicæ centum sexaginta duæ*, quarum titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀναστασίου, Ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας τῆς Συρίας κεφάλαια ἐμφιλόσοφα, ἅτινα ἐν τοῖς θείοις δόγμασι διάπαντος ἐμφέρεται. Ἐπειδήπερ χωρὶς ὀρθοδόξου πίστεως πᾶς ὁ τῶν ἀρετῶν χορὸς ἀνόητος, ὥσπερ σῶμα κεφαλῆς ἔρημα, διότι οὐδὲν οὕτω παρὰ Θεῷ τίμιον, ὡς ἡ περὶ αὐτοῦ ἀπαθὴς ἔννοια, ἀρχόμεθα ἐντεῦθεν, τί ἐστιν ὅρος, καὶ τί ἐστιν ὁρισμός. Ὅρος ἐστὶ λόγος σύντομος δηλωτικὸς πῶς τῆς ὑποκειμένης οὐσίας τοῦ πράγματος &c. Plura de hoc *S. Anastasio* ejusque scriptis vide Libro III, IV, & Vto, horum Commentariorum in recensione Codicum manuscriptorum Theologicorum Græcorum.

Decimo quintò, & quidem à fol. 162 pag. 2 usque ad fol. 203 pag. 2, ejusdem *S. Anastasij Sinaitæ Orationes quinque de Orthodoxâ fide*: quarum prima *de Sanctâ Trinitate* inscribitur atque incipit hoc modo: Ἀναστασίου Ἐπισκόπου Ἀντιοχείας περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ὀρθῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων λόγος πρῶτος. Τὸν περὶ τῆς ὑγιοῦς ἡμῶν πίστεως καὶ τῶν ἀληθῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων ἀκραιφνῆ καὶ ἀκίβδηλον λόγον &c; secunda *de Incircumscripto*: Λόγος δεύτερος περὶ ἀπεριγράπτου. Πάντα τολμᾷ γλῶσσαν δολία, καταφρονοῦσα τοῦ κτίσαντος καὶ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως, &c; tertia *de Divinâ Incarnatione*: Λόγος τρί-

τρίτ☉ περὶ θείας οἰκονομίας. Ἱκανῶς ἡμῖν τῆς περὶ θεολογίας εἰρημένων &c; quarta *de Passione & impassibilitate Christi*: Λόγ☉ τέταρτ☉ περὶ πάθους καὶ ἀπαθείας Χριστοῦ. Δείξας ἑαυτὸν διὰ τῶν παρ' αὐτοῦ λεγομένων τε καὶ πραττομένων Θεὸν ἀληθινὸν &c; quinta *de Resurrectione Christi*: Λόγ☉ πέμπτ☉ περὶ ἀναστάσεως. Ἀλλὰ γὰρ οὐ μέχρι τούτων μόνον κατὰ τὸν σωτῆρα καὶ κύριον ἡμῶν πάντα τετέλεσο &c. Earundem *quinque Orationum versio latina* per R.P. *Franciscum Turrianum* S.I. exstat in *Petri Stevartij* Auctario Antiquarum Lectionum *Henrici Canisij*, Ingolstadij typis Ederianis A. 1616 edito in quarto, à pag. 460 usque ad pag. 516.

Decimo sextò, & quidem à fol. 203 pag. 2 usque ad fol. 206 pag. 2, ejusdem *Anastasij Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni, Primi sive Senioris, Oratio ad Antiochenos, cùm post triginta trium annorum exilium, in quod ab Imp. Justino Juniore injustè pulsus fuerat, ad Thronum Patriarchalem reverteretur, habita die vigesimo quinto Martij, feriâ quartâ Sanctæ hebdomadis, Indictione undecimâ, currente anno Imperij Imp. Mauricij undecimo à die decimo quarto Augusti anni præcedentis.* Inscribitur ea atque incipit his verbis: Τοῦ αὐτοῦ Ἀναστασίου, Πατριάρχου Ἀντιοχείας, λόγ☉ ὁπηνίκα ἐπανῆλθεν ἐπὶ τὸν θρόνον διὰ τριῶν καὶ εἴκοσι χρόνων· ἐλέχθη δὲ ἐν τῇ ἁγίᾳ ἑβδομάδι, μην☉ Μαρτίου εἰκάδι πέμπτῃ, ἡμέρᾳ τετάρτῃ, ἰνδικτιῶν☉ ια, βασιλεύοντ☉ Μαυρικίου τοῦ εὐσεβεστάτου, ἡμῶν βασιλέως. Εἰρήνην, καὶ πάλιν εἰρήνην, καὶ τρίτον εἰρήνην, τιμῇ τῆς Τριάδ☉· εἰρήνην, τῶν πάντων ἥδιον καὶ τερπνότατον ὄνομα, καὶ τοῖς εὐφρονοῦσι ἅπασι ἐπέραστον. αὕτη μοι σύνθημα πρὸς ἡμᾶς &c. Hæc igitur est illa ipsa *S. Anastasij Sinaitæ Senioris Oratio*, hactenùs inedita, quam *Nicephorus Callisti* Historiæ Ecclesiasticæ lib. 18 cap. 44, tanquam à se lectam, expressè quidem laudat, sed *S. Anastasio Sinaitæ Secundo* sive *Juniori*, qui priori in Throno Patriarchali Antiocheno proximè successit, & tandem à Judæis crudelissimè occisus est, perperàm attribuit. Ipsa ejus verba sunt hæc: Τούτου καὶ ἡ βίβλ☉, ἡ Ὁδηγὸς ὄνομα ἔχει· ὅτι τε Ὅροι τῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων, καὶ ἄλλα πολλά· καὶ ὁ εἰς τὸν ἕκτον ψαλμὸν λόγ☉ ταῖς εἰσβάσεσι τῶν νηστειῶν ἐκδοθείς. ἐμοὶ δ' ἐντυχεῖν ἐγένετο καὶ λόγῳ αὐτοῦ, ὃν πρὸς Ἀντιοχεῖς ἔγραψεν ΕΙΣΙΤΗΡΙΟΝ, καὶ ΕΙΡΗΝΙΚΟΝ ἕτερον, διὰ τριῶν καὶ εἴκοσι ἐτῶν αὖθις ἐπανήκων ἐπὶ τὸν θρόνον, Μαυρικίου τὴν ἡγεμονίαν ἰθύνοντ☉· ὃν δὴ καὶ ἐν τῷ λόγῳ ἐξαίρει, καὶ ὡς τῆς ὑπερορίου ἀνεκλήθη φυγῆς. Hoc est: *Hujus Liber est, cui nomen*

nomen Ὁδηγὸς, *sive, Viæ Dux; & Definitiones dogmatum Ecclesiæ, & alia multa. Mihi verò etiam Orationem ejus videre contigit INTROITORIAM ad Antiochenos, cùm primâ vice Patriarchalem Thronum conscendit, scriptam; & PACIFICAM alteram, quam ad eosdem habuit, cùm post viginti trium annorum exilium ad Thronum reversus est, Mauricio Imperium obtinente: quem etiam in eâdem Oratione laudibus effert, quòd per ipsum ab exilio revocatus fuerit.* Hæc *Nicephorus*. Vbi notandum est, Orationem hanc appellari Λόγον ΕΙΡΗΝΙΚΟ΄Ν, sive, *Sermonem PACIFICVM*, quia, ut suprà jam indicatum est, his incipit verbis: Εἰρήνην, καὶ πάλιν εἰρήνην, καὶ τρίτον εἰρήνην, τιμῇ τῆς Τριάδος· &c; hoc est: *Pacem, & iterùm Pacem, & tertiùm Pacem, in honorem videlicet Sanctissimæ Trinitatis*; &c. Ad hoc quoque ejusdem Orationis principium respicit *S. Gregorius Magnus*, dum Libri quarti Epistolam trigesimã septimam, quâ *S. Anastasio* de reditu ad Ecclesiam Antiochenam congratulatur, inchoat his verbis: *Gloria in excelsis Deo, & in terrâ PAX hominibus bonæ voluntatis; quia magnus ille fluvius, qui quondam arentia Antiochiæ saxa reliquerat, tandem ad proprium alveum reversus, & subjectas & juxta positas valles rigat*, &c; & eandem Epistolam similiter quoque claudit his verbis: *De vitâ igitur vestrâ dicamus pariter, dicamus omnes: Gloria in excelsis Deo, & in terrâ PAX hominibus bonæ voluntatis.* Verisimile nimirùm videtur, *S. Anastasium* ipsam illam Orationem suam, post reditum ad Antiochenos habitam, *S. Gregorio Magno* descriptam transmisisse unà cum istis *literis*, quarum *S. Gregorius* in suprà memoratâ Epistola meminit his verbis: *Suscepi verò epistolas dulcissimæ mihi atque suavissimæ Sanctitatis vestræ, ipsum, ut ita dicam, laborem sudantes.* Cæterùm quod ad tempus, quo *Oratio* illa *post reditum* habita est, attinet, illud in suprà exhibito ejusdem antiquo titulo græco satis clarè ac rectè indicatur per concursum *Indictionis undecimæ* & *feriæ quartæ Sanctæ Hebdomadis in diem vigesimum quintum mensis Martij tunc incidentis*. Hinc enim rectè colligitur, *S. Anastasium* Patriarcham ab exilio ad Sedem Antiochenam rediisse anno Christi *quingentesimo nonagesimo tertio*, utpote quo, (1) currente *Indictione undecimâ, Festum Paschale die vigesimo nono Martij* celebratum est; non autem, ut (2) vulgò perperàm creditur, anno Christi *quingentesimo nonagesimo quinto*, quo, currente *Indictione decimâ tertiâ, Pascha* celebratum est *die tertio Aprilis*. Nam etsi

Y S. Gre-

(1) *Vide* R. P. Philippi Labbei *S. I. Concordiam Chronologicam pag.* 147. (2) *Vide Card.* Baronij *Annal. Ecclesiast. Tom. VIII, A. C.* 594 & 595. *pag.* 78 & 95 *editionis Plantinianæ, & R. P.* Philip. Labbei *Dissertationem de Scriptoribus Ecclesiasticis Tom. I pag.* 68, 69.

S. Gregorius Magnus S. Anastasio jam memoratâ *Indictione decimâ tertiâ* de reditu ad Sedem Antiochenam congratulatus sit, non tamen inde sequitur, ipsum reditum eâdem Indictione contigisse; sed ex varijs circumstantijs liquet, inter *reditum* & *congratulationem biennium* circiter intercessisse: quia nempe *S. Gregorius S. Anastasio* non ultrò congratulatus est, sed postquam eâ de re ab ipso per literas, honorificâ legatione missas, certior factus esset, cúmque *S. Anastasius* in recepto Patriarchatûs munere denuò non mediocres labores jam sustinuisset, ideóque *S. Gregorius* expresse scribit, *literas S. Anastasij ipsum sudare laborem.* Cùm igitur ex suprà exhibito Orationis post reditum habitæ antiquo titulo græco certò constet, *S. Anastasium* A. C. 593 d. 25 Martij Patriarchalem Thronum Antiochenum secundâ vice conscendisse, eodémque die ad Antiochenos jam memoratam Orationem habuisse, necessariò in Em. Card. *Baronij* Annalium Ecclesiasticorum Tomo septimo & octavo etiam reliqua Patriarchatûs S. Anastasij Chronologia ita reformanda est, ut cum vero isto tempore reditûs illius ab exilio rectè concordet. Quo facto, apparebit, *S. Anastasium* Sedem Antiochenam *primùm* obtinuisse non anno Christi 561, sed 559; nec anno 572, sed anno 570 ab *Imp. Justino Juniore* in exilium pulsum esse; ita ut, secundum *S. Nicephori* Patriarchæ Constantinopolitani Chronographiam, Ecclesiæ Antiochenæ ante exilium præfuerit *annos undecim*, post exilium autem integros *annos sex & viginti octo dies*, nempe à die 25 Martij anni 593 usque ad diem 21 Aprilis anni 599, quo (1) obijt.

(1) *Vide Martyrologium Romanum d. 21. Aprilis.*

Decimo septimò, & quidem à fol. 206 pag. 2 usque ad fol. 209 pag. 2, *S. Basilij Magni, Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopi, Homilia de Fide*; cujus principium: Θεοῦ μεμνῆσθαι μὲν διηνεκῶς &c. Plura de eâ vide Libri *tertij* horum Commentariorum pag. 130 in recensione Codicis manuscripti Theologici Græci LXVIImi, num. 23.

Decimo octavò, & quidem à fol. 209 pag. 2 usque ad fol. 210 pag. 2, *S. Anastasij Archiepiscopi Alexandrini Confessio de Incarnatione Dei Verbi*; cujus titulus & principium: Ἔκθεσις Ἀθανασίου Ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας περὶ τῆς θείας σαρκώσεως τοῦ Λόγου, συμφωνοῦσα τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ ἐν Νικαίᾳ. Ὁμολογοῦμεν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν πρὸ αἰώνων ἀϊδίως ἐκ Πατρὸς γεννηθέντα, Θεὸν ἀληθινὸν, &c. Plura de eâ vide Libri *tertij* horum Commentariorum pag. 95 in recensione Codicis manuscripti Theologici Græci LVIImi, num. 102.

Decimo nonò, & quidem à fol. 211 pag. 1 usque ad fol. 217 pag. 2, *S. Basilij Magni Homilia contra Sabellianos, Arianos, & Anomœos*; cujus

cujus principium: Μάχεται μὲν Ἰουδαϊσμὸς Ἑλληνισμῷ, καὶ ἀμφότεροι Χριστιανισμῷ, ὥσπερ &c. Plura de eâ vide Libri *tertij* horum Commentariorum pag. 130 in recensione Codicis manuscripti Theologici Græci LXVIIImi, num. 25.

* *Vigesimò*, & quidem à fol. 217 pag. 2 usque ad fol. 220 pag. 2, ejusdem *S. Basilij Magni Homilia contra eos, qui nos calumniantur, quòd tres Deos colamus;* cujus principium: Μεγάλη ψυχαῖς παράκλησις &c. Plura de eâ vide Libri *tertij* horum Commentariorum pag. 130 in recensione Codicis manuscripti Theologici Græci LXVIIImi, num. 24.

XCI.

Nonagesimus primus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, principio mutilus constátq; nunc folijs *quadraginta quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

(1) Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos septuagesimus septimus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 41 pag. 1, *Georgij Gemisti Plethonis Librorum trium de Legibus & Optimâ Republicâ*, à (2) *Georgio Scholario*, qui post adeptionem Patriarchatûs Constantinopolitani *Gennadius* appellatus est, publicè combustorum, *Capita decem residua*, quorum *primum* inscribitur atque incipit hoc modo: Πλήθωνος νόμων συγγραφῆς βιβλίον α'. Κεφάλαιον α' περὶ διαφορᾶς τῶν περὶ τῶν μεγίστων ἀνθρώποις δοξῶν. Τάδε συγγέγραπται περὶ νόμων τε καὶ πολιτείας τῆς ἀρίστης &c; *secundum:* Περὶ ἡγεμόνων τῶν βελτίστων λόγων, κεφάλαιον β'. Τίνι οὖν ἄν τις τρόπῳ ἐπὶ τὴν τούτων ἔλθοι σκέψιν, &c; *tertium:* Περὶ τοῖν δυοῖν ἐναντίοιν λόγοιν τοῦ τε Πρωταγορείου καὶ τοῦ Πυῤῥωνείου, κεφάλαιον γ'. Λόγω γὰρ δὴ ἐκείνω ἀλλήλοιν μὲν ἐναντιωτάτω &c; *quartum:* Εἰς Θεοὺς τῶν λογίων εὐχή, κεφάλαιον δ'. Ἄγετε δὴ ὦ Θεοὶ λόγιοι, οἵ, τινές τε καὶ ὅσοι ἐστὲ, οἳ ἐπιστήμας τε καὶ δόξας ἀληθεῖς ἐπιτροπεύετε, &c; *quintum:* Κοινὰ περὶ Θεῶν δόγματα, κεφάλαιον ε'. Νόμοι μὲν δὴ, οὓς ὡς μάλιστα παρὰ τῶν ἀεὶ θείων ἀνδρῶν γενομένων παρειλήφαμεν, διδὲ εἰσι Θεοὺς εἶναι, σύμπασαν τὴν κρείττω τε καὶ μακαριωτέραν, ἢ κατ' ἄνθρωπον, φύσιν, οὓς δὴ καὶ ἀνθρώπων τῇ ἀγαθῶν τῶν σφετέρων περιουσίᾳ προϊοεῖν, &c; *sextum:* Ἐκ τοῦ τρίτου βιβλίου. Περὶ μέτρου τε καὶ συμμετρίας, κεφάλαιον κε'. Τόδε δὴ καλὸν τοῦτο ἐν μέτρῳ τε καὶ συμμέτροις διωκτέον, καὶ ὅλως &c; *septimum:* Περὶ τῶν θνείων ἐνίοις κατὰ λόγον

(2) Vide suprà pag. 162.

δρωμένων, κεφάλαιον κϛʹ. Περὶ δὲ τοῖς τῶν θηρίων ὁσίοις κατὰ λόγον δρωμένων, ἄλλωντε δὴ συχνῶν καὶ τῶν γνωριμωτάτων μελιττῶν τε πολιτείας καὶ μυρμήκων οἰκονομίας, &c; *octavum*, absque ullâ inscriptione, & principio ac fine carens: - - - καὶ θανάτων ἤδη ζημιῶν. τῶν δὲ ἀδικημάτων &c; usq; ὅτε καὶ ἀνθρώπων γε ἐνίοις, πολλῶν ἀγαθῶν μεστοῖς - - - . Sequitur deinde anonymi cujusdam latina hæc subscriptio: *Amplius non exstabat præter hoc; posteà reperi quod sequitur.* Hæc ille anonymus. Sequitur enim ibidem aliud ejusdem Operis *Plethonis* Caput, inscriptum *de Fato;* quod ibi quidem appellatur *sextum*, à me autem *nonum*, respectu videlicet octo præcedentium Capitum. Ipsa inscriptionis & principij verba græca sunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ περὶ εἱμαρμένης, κεφάλαιον ϛʹ. Πότερα δὲ ὥρισταί τε καὶ εἵμαρται ἅπαντα τὰ μέλλοντα, ἢ &c. Huic tandem Capiti subjungitur ibidem *Conclusio totius Operis, sive omnium trium Librorum*, hoc modo, Τοῦ αὐτοῦ Ἐπινομὶς τοῦ ἑαυτοῦ βίβλου, (1) κεφάλαιον μγʹ. (2) Ἃ μὲν οὖν τοῦ βίβλου ἐν ἀρχῇ ἡμῖν προὐτέθη, ἐξείργασταί τε σὺν Θεοῖς τοῖς τῶν τοιούτων ἐφόροις· ἐφ᾽ οἷς δὴ ἡμεῖς καὶ Ποσειδῶ κορυφαῖον τῆσδε ἀναφέρομεν τὴν συγγραφὴν, καὶ &c. Notandum porrò est, ante jam memorata *decem residua Capita* in eodem Codice manuscripto adhuc exstare *partem aliquam antiqui Indicis omnium Capitum Libri tertij, à vigesimo nono usque ad quadragesimum tertium*, hoc modo: κθʹ· Περὶ τοῦ ἐν δωρεαῖς πρέποντος. λʹ· Περὶ τῶν ἐς τὸ κοινὸν ταμιεῖον εἰσφορῶν. λαʹ· Περὶ δικῶν. λβʹ· Περὶ τῶν Θεῶν ὀνομάτων. λγʹ· Περὶ προσευχῆς. λδʹ· Ἐς τοὺς Θεοὺς προσρήσεις. λεʹ· Ὕμνοι ἐς Θεούς. λϛʹ· Προσρήσεων τε καὶ ὕμνων χρήσεως διάταξις. λζʹ· Τίσι Θεῶν τίνα θυτέα. ληʹ· Ἐπὶ τίσι πράξεσι, τίσι τε Θεῶν, καὶ ὅπως θυτέα. λθʹ· Ὅπως ἔχουσι τῶν θυσιῶν μεταληπτέα. μʹ· Περὶ ἀκριβείας τῆς πρὸς τοὺς Θεούς. μαʹ· Κατὰ τίνων εὐκτέα τοῖς Θεοῖς. μβʹ· Περὶ μαντειῶν. μγʹ· Ἐπινομίς. Quâ finitâ *Indicis* omnium Capitum totius Operis superstite particulâ, sequitur eodem folio primo generale universi Operis Argumentum his verbis: Ἡ βίβλος ἥδε περιέχει θεολογίαν μὲν τὴν κατὰ Ζωροάστρην τε καὶ Πλάτωνα, ὀνομαζομένων τῶν διὰ φιλοσοφίας ἀναγνωριζομένων Θεῶν τοῖς πατρίοις

τοῖς

(1) Caput quadragesimum tertium sive ultimum Librum tertij.

(2) *Vide Libri quinti horum Commentariorum paginam 227, in recensione Codicis manuscripti Theologici Græci CCLXXIXni, num. 2, ubi eandem hanc* Epinomidem, *sive, Conclusionem Operis Plethonis de Legibus perperàm anonymi cujusdam antiqui Philosophi ethnici Fragmentum appellavi, quia illud in eo Codice nullam prorsùs habebat inscriptionem. & Codex iste manuscriptus Philosophicus Græcus, de quo in præsens agitur, tunc temporis in Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ nondum à me inventus fuerat. Atenimverò postquam deinceps, invento illo Codice, simul etiam* Plethonis *nomen reperi, ingenuè hoc monui in Appendice Libri* sexti *inter Errata residua Libri quinti.*

τοῖς ἕλλησι Θεῶν ὀνομάτων ἐλκομένοις ἑκάστοις, (1) ἐκτὸς οὐ πάνυ τοι συνῳδοῖς φιλοσοφίᾳ διὰ τὰς ὑπὸ τῶν ποιητῶν διαστροφὰς, ἐπὶ τὸ ὡς μάλιστα δὴ φιλοσοφίᾳ σύνῳδον. ἠθικὰ κατά τε τοὺς αὐτοὺς τούτους σοφοὺς, καὶ ἔτι μὴν τοὺς Στωϊκούς. πολιτείαν δὲ Λακωνικὴν, ἀφῃρημένην μὲν αὐτῆς τοῦ ἄγαν τοῦ σκληραγωγίας, καὶ τοῖς γε πολλοῖς οὐκ εὐπαραδέκτου, προστιθεμένης δὲ τοῦ ἐν τοῖς ἄρχουσι μάλιστα φιλοσοφίας τοῦ κρατίστου δὴ τούτου τῶν Πλατωνικῶν πολιτευμάτων, ἁγιστείας εὐσταλεῖς καὶ οὔτε περιέργους, οὔτ' αὖ τοῦ δέοντος ἐλλιπεῖς. Φυσικὰ δὲ δὴ κατὰ Ἀριστοτέλην τὰ πολλά. ἅπτεται δέ πως ἡ βίβλος καὶ λογικῶν ἀρχῶν, ἀρχαιολογίας τε ἑλληνικῆς, καί πη καὶ ὑγιεινῆς διαίτης. Hoc est: *Liber hic continet Theologiam secundùm Zoroastris & Platonis dogmata; in quâ recensentur Dij, per Philosophiam cognobiles, vernaculis apud Græcos Deorum nominibus; singulis eorum, quæ non omninò per Poetarum perversos abusus ab omni convenientiâ aliena sunt, ad Philosophiam quàm congruentissimè redactis: Ethica porrò sive Moralia, tùm secundùm eosdem Sapientes, tùm secundùm Stoicos: Rempublicam quoque Laconicam, sed cum detractione istius, à plerisque improbatæ, nimiùm severæ educationis, & contrà cum adjectione Philosophiæ, Principibus secundùm optimæ Reipublicæ Platonicæ administrationem maximè necessariæ, ut & frugalium in Sacris cæremoniarum, nec curiosarum nimis, nec in necessarijs deficientium: Physica insuper sive Naturalia multa, & ea quidem præcipuè (2) contra Aristotelem. Attingit denique hic Liber aliquatenùs etiam Principia rationalia, & Antiquitates Græcorum, & non nusquam quoque salubrem diætam.* Hucusque antiquum illud *Argumentum*; quod etiam doctissimus *Leo Allatius*, (3) *(ut tanti Thesauri aliquem gustum Lector haberet.)* Dissertationi suæ de Georgijs, & quidem in recensione Scriptorum *Georgij Gemisti Plethonis*, paginâ 388 integrum græcè inseruit, sed cum adjectâ versione latinâ, quæ ab hâc meâ, ut cuivis videre licet, diversa est. Cæterùm quòd *Georgius Gemistus Pletho* Operis istius publicatione, & quòd plerique etiam alias ob causas in eum parùm essent propensi, tantam multorum, & præcipuè quidem *Georgij Trapezuntij, Georgij Scholarij* sive *Gennadij Patriarchæ Constantinopolitani*, & *Manuelis Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ Rhetoris*, offensionem incurrerit, ut in eum acriter invecti, non ludibrio tantùm hominem habuerint, & maledictis onerârint, sed eundem etiam à fide Christianâ non aliâ ratione, quàm horum trium Librorum doctrinâ, ad *Gentilismum* descivisse affirmârint, &

(1) *Apud Allatium legitur* ἐκ τῶν.

(2) *Ita hic* præpositionem κατὰ *interpretandam esse arbitror, nempe* contra Aristotelem, *non autem ex* sententiâ Aristotelis, *ut vertit* Allatius. *Fuit enim* Pletho *maximus* Aristotelis *adversarius; ut & suprà pag. 162 jam indicatum est. Similia exempla usûs præpositionis* κατὰ *pro* contra *petenda sunt ex Græcis Lexicis.* (2) *Hæc non sunt mea verba, sed ipsius* Allatij.

& cæteros Christianos monuerint, ut à similibus libris & ipso homine abstinerent, caveréntque sibi ab ejusmodi dogmatibus, tanquam non minùs ipsâ *Mahumetanâ* doctrinâ perniciosis, id suprà laudatus *Allatius* in eâdem de Georgijs Diatribâ prolixè refert, ibidemque hanc *de Plethonis religione* subjungit *Apologiam* lectu dignissimam: *Ego dixerim, Plethonem eloquentiâ, ingenij acumine, & disciplinis omnibus excelluisse, & assiduâ Scriptorum lectione supellectilem sibi multam, ac tantam comparâsse; hinc eruendis è latebris Philosophorum, & Platonicorum potissimùm, sententijs, ijsque scripto tradendis, plusquam par erat, materiæ addictum animum advertisse, & studio pertinaci contrà sentientium opiniones dente etiam maledico vellicâsse, non ut eorum prava dogmata de novo, quæ doctè ipse refellit, in hominum animos per se infixa prorogaret, sed ut ex tàm vasto ac lachrymabili naufragio tabulas discissas ac vagas in unum veluti portum sanas atque incolumes recolligeret, indéque majestas Christianæ religionis ac veritas dilucidior appareret; quod & sanctissima nostræ religionis Capita ante, & post Plethonem, non contemnendo neque illaudato labore & diligentiâ, & admodùm proficuo studio confecerunt, neque illos quisquam de impietate postulavit. Quid enim vetat antiquorum arcana & ceremonias comprobando, sine offensâ Christianæ rei nescientibus pandere? At Hymnum conscripsit, eúmque in Solem elegantissimum; fateor; ideóne Solem tanquam Deum laudavit, retulit in Deos ut Deum, ad eúmque tanquam ad Deum manus supplices tetendit? fabulæ. Admirandam Planetæ splendidissimi vim, profusa in genus humanum beneficia, Dei omnipotentis ad quemlibet nutum servum irrequietum, ac fidum ministrum expressit. Aliam ab Christianâ non post multos dies religionem futuram asseveravit. An hoc in Gentilismum degenerare? An hoc pietatem dejerare fuerit? Hoc quoque ævo à prudentissimis & pijssimis hominibus, dum pravi hominum mores quotidiè in pejora ruentes, ita ut nullam pietatis, nullam bonitatis Christianæ speciem præ se ferant, conspiciuntur, fidem ac religionem Christianam in aliam atque aliam formam commutatam, ruituram tandem in externum quippiam asseveratur continuò, & vultu tristi illachrymatur. Quid mores ad religionem ipsam? Quid usus ad dogmata? Fidei finem ego non video, non probo; ad exitum usque Mundi, vitæ hominum suppar producetur; ideóne & probati ac Christiani mores semper perstabunt, neque in vitia à pietate Christianâ & religione longè aliena degenerabunt? Illud verum est, Plethonis ingenium licet ab adversarijs reprehensum est, nunquam tamen ejus vitæ institutum ab illis etiam, qui ejus omnia arguerunt,*

runt, fuiſſe damnatum; ut hinc arguas, tali viro ſimile facinus non potuiſſe niſi per ſcelus omne appingi. Dum ergò Trapezuntius, Scholarius, alijque in Platonem, tanquam Scriptorum omnium pernicioſiſſimum invehuntur, Pletho, Platoni addictiſſimus, non potuit neque crimen inconſtantiæ, neque calumniarum effugere. Hæc *Allatius* de Plethonis religione; idémque de ejuſdem eruditione & eloquentiâ ibidem paulo pòſt hæc addit: *An ergò ſapientia vel eloquentia defuit Gemiſto, quam illi vindicant, & plenis buccis aſſerunt adverſarij? Et reverà Scholarij & Manuelis ſententia non ex judicio, ſed rabie & calumniandi libidine effuſa eſt. Eſt enim Pletho, ſtylo quidem accurato, eleganti, preſſo, Attici ſucci pleno, ſententijs grave, argumentis vehemente; eruditione verò, & antiquarum rerum congerie quandoque obſcuro atque difficili, non tamen ob Gratias ac Venerem, quas ubique dictionem aſpergit, moleſto; adeò ut cum antiquis, nec immeritò, æquiparetur, & ſui ævi ſcriptoribus à pleriſque anteponatur. Ego ſanè cùm illius aliquid lego, vetuſtiſſimæ antiquitatis ſuccum, & venuſtatem planè Atticam, quidquid alij parum æqui dicant, admiror.* Hucuſque *Allatius.*

Secundò, & quidem à fol. 41 pag. 2 uſque ad fol. 43 pag. 2, ejuſdem *Georgij Gemiſti Plethonis Collectio ſummaria Zoroaſtreorum & Platonicorum Dogmatum*, cujus titulus & principium: Ζωροαστρείων τε καὶ Πλατωνικῶν δογμάτων συγκεφαλαίωσις. Ἐκεῖνα μάλιστ' ἂν δέοι κεφάλαια εἰδέναι τοῖγε δὴ φρόνιμοι &c. Plura de eodem Opuſculo vide ſuprà pag. 164 & 165 in recenſione proximè præcedentis Codicis XCmi, num. 6.

Tertiò, & quidem à fol. 44 pag. 1 uſque ad fol. 45 pag. 2, *anonymi cujuſdam Autoris Conſolatio ad Georgium Gemiſtum Plethonem de ſuprà memoratorum trium Librorum de Legibus combuſtione per Georgium Scholarium, ſive, Gennadium Patriarcham Conſtantinopolitanum;* cujus titulus & principium: Πρὸς Πλήθωνα, ἢ περὶ τοῦ βίβλου. Ὦ Πλήθων ἄριστε καὶ σοφὲ, φίλον μὲν καὶ εἰδότα κέκτησαι, συγγραφέα δὲ φίλον οὔ· καί τοι ἄξιος μάλα &c. Quæ verò ibi ad rem præſentem maximè pertinent, ea ſunt hæc: Ἔφθειρε ταύτην πυρὶ ὁ μοχθηρὸς ἄνθρωπος ἐκεῖνος, τηκόμενος ὑπὸ φθόνου, καὶ ἐκχέων τὸν ἰὸν, ὃν ἀεὶ ἔτρεφε κατ' ἐμοῦ, εὗρε καιρόν. ἀλλ' οἶδα καλῶς, ὅτι οἱ πεπαιδευμένοι τῶν ἀνδρῶν καὶ σπουδαῖοι καὶ ἀπὸ τινων λειψάνων τῆς συγγραφῆς γνώσονται, εἰ ἄρα ἦν τι χρήσιμον ἐν ἐκείνῃ. Et aliquanto poſt: Ἡμεῖς δὲ τί φῶμεν, ἢ τί ἀπαριθμήσωμεν ἐκ τῶν πλεονεκτημάτων

ἐκείνου

ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς; τὴν σοφίαν, ἢ τὴν ἀρετήν; τὰ μαθήματα, ἢ τὴν σωφροσύνην; τὴν ῥητορικήν, ἢ τὰ ἤθη; τὸ εἶδος τῆς συγγραφῆς, ἢ τὴν ἐγκράτειαν; τὸ νομοθετικὸν, ἢ τὸ φιλάνθρωπον; τὸ πολιτικὸν, ἢ τὸ ἐλευθέριον; τῶν παλαιῶν πράξεων καὶ ἠθῶν τὸν ζῆλον, ἢ τὸ γενναῖον; τὴν θεοσέβειαν, ἢ τὴν δικαιοσύνην; τὴν ἀχρηματίαν, ἢ τὸ λιτὸν τῆς διαίτης; ἀλλ', ὦ βέλτιστε, αὐτὸς μὲν ὑπὸ τῆς ἄγαν διαθέσεως καὶ προθυμίας τοῦ φιλικοῦ χρέους ἄγομαι βίᾳ, ὥσπερ ἂν εἰ τὸ ὕδωρ τίς ἄνω φέρειν βούλοιτο, &c. Meminit *combustionis* eorundem Librorum etiam *Leo Allatius* in Diatribâ de Georgijs, pag. 391, his verbis: *In Bibliothecâ Barberinâ, Codice 263, habetur* Πλήθωνος νόμων συγγραφῆς βιβλίον α΄, *hoc est Plethonis de Legibus Liber primus. Sunt tantùm Capita sex. In quibus adnotavit nescio quis: Hoc tantum ex divino illo Volumine Politicorum sive de Legibus GEMISTI ad nos pervenit; reliquum sacrilegus SCHOLARIVS flammis consumpsit, veteriq; odio & inimicitijs adeò indulsit, ut ne communi quidem utilitati pepercerit, sæviens in Libros, quando in Autorem nequiverit.*

XCII.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* ducentesimus quadragesimus.

Nonagesimus secundus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiqus in *quarto*, constátq; folijs *centũ triginta quatuor*, & ad *Joañem Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 8 pag. 2, *Georgij Gemisti Plethonis* Λόγος περὶ ἀρετῶν, sive, *Liber de Virtutibus*, cujus principium: Ἀρετή ἐστιν ἕξις, καθ' ἣν ἀγαθοὶ ἐσμέν. ἀγαθὸς μὲν δὴ &c. Primus hunc Librum *græcè* & *latinè* edididit *Adolphus Occo*, Medicus Augustanus doctissimus, Basileæ typis Joannis Oporini A. 1552 in octavo; secundus verò eundem, sed *græcè* tantùm, ex Bibliothecâ *Joannis Sambuci* edidit *Gulielmus Canterus* Antverpiæ typis Christophori Plantini A. 1575 in folio. Plura de eodem Libro vide suprà pag. 107 & 137.

Secundò, & quidem à fol. 9 pag. 2 usque ad fol. 16 pag. 1, *Xenophontis Liber de Lacedæmoniorum Republicâ*, cujus titulus & principium: Ἀλλ' ἐγὼ ἐννοήσας ποτὲ, ὡς ἡ Σπάρτη &c. Vide Opera *Xenophontis*, à *Friderico Sylburgio* græcè & latinè edita Francofurti typis Wechelianis A. 1596 in folio, Tom. II pag. 675.

Tertiò, & quidem à fo 17 pag. 1 usque ad fol. 100 pag. 1, *Joannis Grammatici*, cognom . *Philoponi*, *Scholia in Aristotelis Analyticorum priorum Librum primum*, quorum *Procœmium* sine ullo titulo

incipit

incipit his verbis: Ἤδη μὲν ἡμῖν ἐν τοῖς προλαβοῦσιν εἴρηται συγγράμμασιν, οὐκ ἄτοπον δ' ἴσως ὑπομνῆσαι καὶ νῦν, &c. Plura de iisdem *Scholijs* vide suprà pag. 59 & 60 in recensione Codicis XXVti, num. 5, & pag. 68 in recensione Codicis XXXmi, num. 2.

Quartò, & quidem à fol. 101 pag. 1 usque ad fol. 115 pag. 1, *Leonis Magenteni* vel *Magentini*, *Metropolitæ Mitylenensis*, *Expositio in Aristotelis Analyticorum priorum Librum secundum*, quæ sine ullo titulo incipit his verbis: Διαφόρως τῆς (1) παρούσης πραγματείας ὁ σκοπὸς ἀπεδόθη παρὰ τῶν παλαιῶν. Πρόκλος μὲν γὰρ εἶπεν, ὅτι &c. Plura de eodem *Magenteno* seu *Magentino* vide suprà pag. 68 in recensione Codicis XXIXni, num. 2.

Quintò, & quidem à fol. 116 pag. 1 usque ad fol. 120 pag. 2, *Libanij Sophistæ Declamatio, in quâ Parasitus, cœnâ fraudatus, seipsum defert.* Titulus ejus cum principio est talis: Παράσιτος ἐπὶ δεῖπνον κληθεὶς, βουλόμενος θᾶττον ἀπαντῆσαι, ἵππον λαβὼν τὸν ἐξ Ἱπποδρομίας, &c. Ἴσχυον μὲν, οὐδ', ὦ πέπονθα, πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν &c. Vide Operum *Libanij* editionem græco-latinam Parisiensem Morellianam A. 1606 in folio Tom. 1 pag. 315.

Sextò, & quidem à fol. 121 pag. 1 usque ad fol. 122 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Calendarium Græcum*, cujus titulus & principium: *Ratio Kalendarum Græcorum:* Νουμηνία ἱσταμένου· δευτέρα ἱσταμένου· τρίτη &c.

Septimò, & quidem à fol. 123 pag. 1 usque ad fol. 134 pag. 1, *Galeni Commentariorum Liber primus in Hippocratis Librum de Diætâ sive Victûs ratione in morbis acutis;* cujus titulus & principium: Γαληνοῦ ὑπόμνημα εἰς τὸ περὶ Διαίτης ὀξέων νοσημάτων· λόγος ά. Οἱ ξυγγράψαντες τὰς Κνιδίας καλεομένας γνώμας &c.

XCIII.

Nonagesimus tertius (2) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, sed circa finem aquâ marinâ adeò fœdatus, ut nonnullis locis vix ampliùs sit legibilis, conficiatque folijs *ducentis quatuordecim*. Continetur eo *Nicephori Blemmidæ*, Monachi ac Philosophi doctissimi, qui (3) circa annum Christi 1272 obijt, *Epitome Physica*, *divisa in Capita triginta duo*, quorum *primum* inscribitur atque incipit hoc modo: Νικηφόρου τοῦ Βλεμμίδου. Περὶ τῶν φυσικῶν ἀρχῶν καὶ αἰτιῶν. Πᾶν τὸ αἴτιον, καὶ ἀρχὴ,

(1) *Perperàm in hoc Codice pro* παρούσης *legitur* συνούσης.

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos septuagesimus sextus.*

(3) *Vide* Georgij Pachymeris *Historiam Imperij Michaelis Palæologi lib. 5 cap. 2, & R. P.* Petri Possini *S. I. Chronologiam Pachymerianam A. C. 1272. Consule etiam Librum* quintum *horum Commentariorum pag. 171 & 218.*

ἀρχὴ, εἰ πᾶσα δὲ ἀρχὴ, ἤδη καὶ αἴτιον· ῥητέον δὲ πρότερον περὶ τῆς ἰσαχῶς τοῦ αἰτίου λεγομένης ἀρχῆς. λέγεται τοίνυν ἀρχὴ, τὸ ἐξ οὗ, &c; ultimum autem: (1) Ἐκ τῆς εἰς τὸν ὄγδοον ψαλμὸν ἐξηγήσεως. Ἐιπὼν ὁ Προφήτης πρὸς τὸν Κύριον, ὅτι ὄψομαι τοὺς οὐρανοὺς, ἔργα τῶν δακτύλων σου, &c; idemque desinit his verbis: εἰ δὲ λόγου καὶ ἡ εὐγνωμοσύνη, πῶς ἂν καταγνοίειν οἱ φιλολόγοι; μᾶλλον μὲν οὖν καὶ χάριν ὁμολογήσαιεν τῷ Θεῷ. Primus hanc *Epitomen Physicam* ex duobus Bibliothecæ Augustanæ Codicibus manuscriptis *græcè* in lucem edidit *Joannes Wegelinus* Augustanus Augustæ Vindelicorum typis Davidis Franci A. 1605 in octavo, sed absque versione latinâ; potéstque ea editio beneficio hujus, & secundo abhinc loco sequentis Codicis XCVti, haud mediocriter meliorari & suppleri.

XCIV.

Nonagesimus quartus (2) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus (3) & bonæ notæ in *quarto*, sed nonnullis locis aquâ marinâ adeò foedatus, ut vix ampliùs sit legibilis, constátque folijs *centum nonaginta*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continetur eo *Nicephori Blemmidæ Logica, in Capita triginta sex divisa*; cujus titulus & principium: Νικηφόρου, Μοναχοῦ καὶ Πρεσβυτέρου, τοῦ (4) Βλεμμύδους, εἰσαγωγικῆς ἐπιτομῆς (5) βιβλίον. α΄. Ἐπειδήπερ ἡ λογικὴ ἐπιστήμη πρὸς τὴν ἱερὰν γραφὴν, καὶ πάντας τοὺς τῆς ἀληθείας λόγους οὐκ ὀλίγον φέρει τὸ χρήσιμον &c. Περὶ ὅρου, κεφάλαιον α΄. Ὅρος λέγεται μὲν καὶ τὸ ὁροθέσιον· λέγεται δὲ καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ πράγματος &c. Edidit eam *Joannes Wegelinus Augustanus* ex Bibliothecâ Augustanâ, ut ipse testatur in Præfatione ad Lectorem, quæ suprà memoratæ editioni *Epitomes Physicæ* præfixa est. Vide etiam suprà Codicem XLIVtum, num. 5, atque ibi dele ultima illa verba: *Edita autem ea jam est græcè & latinè aliquoties.* Hæc enim re verâ intelligenda sunt de altero illo *Gregorij Monachi aneponymi Compendioso Logices Syntagmate*, quod à *Georgio Vallâ Placentino* perperàm *Nicephoro Blemmidæ* attribuitur, ut pluribus indicavi suprà, pag. 62, in recensione Codicis XXVIti, num. 3. Id tamen nunc addo, jam memoratum *Gregorij Syntagma Logicum* vulgò perperàm nimis generaliter inscribi Συνοπτικὸν τῆς Φιλοσοφίας σύνταγμα, hoc est, Com-

(1) De Nicephori Blemmidæ Expositione in Psalterium Davidis *vide Librum quintum horum Commentariorum pag.* 44, 45 & 171.

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* centesimus septuagesimus octavus.

(3) *Exceptis* quinque prioribus & tribus posterioribus *folijs recentioribus, quæ in locum veterum deperditorum foliorum substituta sunt.*

(4) *Ita ibi scriptum est; nempe* Βλεμμύδους, *non autem* Βλεμμίδου, *ut in proximè præcedenti Codice.*

(5) *Notandum est*, Logicam *hanc appellari* Epitomæ introductoriæ Librum primum *respectu* Physicæ, *quæ est ejusdem Epitomæ* Liber secundus, *ideóque in suprà memoratâ editione græcâ Augustanâ rectè inscribitur:* Νικηφόρου τοῦ Βλεμμίδου εἰσαγωγικῆς ἐπιτομῆς βιβλίον δεύτερον.

Compendiosum Philosophiæ Syntagma; re verâ autem ab ipso Autore olim inscriptum fuisse, & etiam nunc inscribendum esse Συνοπτικὸν τοῦ τῆς Φιλοσοφίας ὀργάνου σύνταγμα, hoc est, *Compendiosum Organi sive Instrumenti Philosophiæ Syntagma.* Hoc enim manifestè apparet ex ipso Opusculi istius principio, quod est tale: Ὥσπερ οἱ ἀναγινώσκοντες, πρῶτον μὲν τὰ στοιχεῖα μανθάνουσιν, ἀπὸ δὲ στοιχείων ἐπὶ τὰς συλλαβὰς μεταβαίνουσιν, ἀπὸ δὲ τῶν συλλαβῶν ἐπὶ τὰς λέξεις μετέρχονται· οὕτως οἱ ΤΟ͂ ΤΗ͂Σ ΦΙΛΟΣΟΦΙΆΣ μετιόντες ὌΡΓΑΝΟΝ, περὶ μὲν τῶν ἄλλων τὰς δέκα κατηγορίας παιδεύονται, ἀπὸ δὲ τούτων &c. Sequitur enim hâc in re *Gregorius* ille *Peripateticos* sive *Aristotelicos*, quibus *Logicam* appellare placet *Organon Philosophiæ*; nempe quia Logicam *Instrumentum*, non autem *partem Philosophiæ* asserunt: dissentientibus *Stoicis*, qui eam *partem*, non autem *Instrumentum Philosophiæ* statuunt. Quas duas diversas opiniones *Academici* sive *Platonici* tertiâ suâ opinione inter sese conciliant, dum *Logicam* & *partem* & *instrumentum Philosophiæ*, sed diverso respectu, profitentur. Vberiorem de hâc controversiâ Dissertationem vide in suprà memorati *Joannis Wegelini Scholijs* in ipsum illud Syntagma.

XCV.

Nonagesimus quintus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *folio*, constátque folijs *ducentis duobus*, & ad *Sebastianum Tengnagelium*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(1) Fuit ei olim extra numerum.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 71 pag. 2, *Nicephori Blemmidæ Logica*, cujus principium: Ἐπειδήπερ ἡ λογικὴ ἐπιστήμη πρὸς τὴν ἱερὰν γραφὴν &c. Βασιλείας καὶ φιλοσοφίας πολὺ τὸ συγγενές τε καὶ ὁμοιότροπον, &c. Περὶ ὅρου, κεφάλαιον ά. Ὅρος λέγεται μὲν καὶ τὸ ὀροθέσιον, λέγεται δὲ καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ πράγματος &c. Plura de eâdem vide in recensione proximè præcedentis Codicis XCIVti.

Secundò, & quidem à fol. 72 pag. 1 usque ad fol. 73 pag. 2, *Georgij Pachymeris Proœmium in Aristotelis Libros octo Naturalis Auscultationis sive Physicorum*; cujus titulus & principium: Γεωργίου τοῦ Παχυμέρους, τίς ὁ σκοπὸς τοῦ παρόντος βιβλίου. Ὁ σκοπὸς τοῦ παρόντος βιβλίου ἐστὶ, ζητῆσαι περὶ τῶν ἀρχῶν τῶν ὄντων, ἐπειδὴ τὸ εἰδέναι τὰ ὄντα καὶ ἐπίστασθαι, ὥσπερ καὶ περὶ πάσας τὰς μεθόδους, οὐκ ἄλλως

λως συμβαίνοι ἂν, εἰ μὴ αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ αἴτια τῶν ὄντων καὶ τὰ στοιχεῖα τούτων γνωρισθεῖεν. ἀρχαὶ δὲ καὶ αἴτια &c. Vide etiam suprà Codicem XLIIdum, num. 1, & Codicem XLIVtum, num. 2.

Tertiò, & quidem à fol. 74 pag. 1 usque ad fol. 95 pag. 1, & à fol. 107 pag. 1 usque ad fol. 154 pag. 2, *Nicephori Blemmidæ Physica*, cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου Νικηφόρου, Μοναχοῦ καὶ Πρεσβυτέρου, τοῦ Βλεμμύδους, ἔκδοσις ἀκριβὴς περὶ φυσικῆς θεωρίας καὶ σκέψεως. Περὶ τῶν φυσικῶν ἀρχῶν καὶ αἰτίων, κεφάλαιον α΄. Πᾶν τὸ αἴτιον καὶ ἀρχή, οὐ πᾶσα δὲ ἀρχὴ ἤδη καὶ αἴτιον· ῥητέον δὲ πρότερον &c. Vide etiam suprà Codicem XCIIItium.

Quartò, & quidem à fol. 96 pag. 1 usque ad fol. 106 pag. 1, *Arsenij, Monembasiæ in Peloponneso Archiepiscopi, Syntagma Logicum*, *Nicolao Rodulpho Florentino*, (1) qui ab Avunculo suo *Papâ Leone Decimo* A. C. 1517, Calendis Julij, S. R. E. Cardinalis creatus est, & A. 1550 Calendis Februarij obijt, peculiari *Præfatione* dedicatum, quo continentur *Michaelis Pselli, Nicephori Blemmidæ, & Georgij Pachymeris Opuscula varia ad Logicam pertinentia. Epistola dedicatoria* inscribitur atque incipit hoc modo: Τῷ αἰδεσιμωτάτῳ καὶ θειοτάτῳ Καρδηνάλει τῷ Ῥοδούλφῳ, τῷ Μουσῶν καὶ Χαρίτων τροφίμῳ, Ἀρσένιος, ὁ Μονεμβασίας Ἀρχιεπίσκοπος, ἐν Κυρίῳ χαίρειν πάντοτε. Ἔναγχος τὰ τοῦ Ψελλοῦ Μαθηματικὰ ἐντυπώσαντες, ἐκπεπόμφαμεν τῇ ὑμετέρᾳ μεγίστῃ αἰδεσιμότητι. μετ᾽ ἐκεῖνα δέ μοι οὐκ ἀπᾷδον ἔδοξεν εἶναι, καὶ τὴν Σύνοψιν τούτου, τὴν εἰς τὰς πέντε τοῦ Πορφυρίου φωνὰς &c. Quâ finitâ Epistolâ dedicatoriâ, sequitur primò *Michaelis Pselli* Ἐπίλυσις εἰς τοὺς ἓξ τῆς φιλοσοφίας τρόπους, sive, *Introductio in sex Philosophiæ modos*; cujus principium: Οἱ φιλοσοφίας λόγων ἐρῶντες &c; secundò, ejusdem *Pselli* Σύνοψις τῶν πέντε φωνῶν καὶ τῶν δέκα κατηγοριῶν τῆς φιλοσοφίας, sive, *Compendium quinque Vocum & decem Prædicamentorum Philosophiæ*; cujus principium: Οἱ παλαιοὶ ἰδόντες τὰ ἄτομα, ὅτι &c; tertiò, *Nicephori Blemmidæ Libellus* Περὶ τῶν πέντε φωνῶν, διατί εἰσὶ μόναι, καὶ οὐ πλείους ἢ ἐλάττους, sive, *De quinque Vocibus, cur sint hæ solùm, neque plures aut pauciores*; cujus principium: Ἡ φωνή, ἢ ἔναρθρός ἐστιν, ἢ ἄναρθρος· &c; quartò, *Georgij Pachymerij Libellus* περὶ τῶν ἓξ τῆς φιλοσοφίας ὁρισμῶν, sive, *De sex Philosophiæ definitionibus*; cujus principium: Φιλοσοφία ἐστὶ κατὰ μὲν τὸν Πυθαγόραν φιλία σοφίας· οὗτος γὰρ &c; quintò, ejusdem

(1) Vide Onuphrij Panvinij Epitomen Historiæ Summorum Pontificum Romanorum & S. R. E. Cardinalium pag. 378, 381, & 421, & Alphonsi Ciaconij Opus ejusdem argumenti pag. 1074, 1081 & & 1136.

Georgij

Georgij Pachymeris, seu, ut ibi scriptum est, Παχυμερῆ, Διαίρεσις τῆς Φιλοσοφίας, sive, *Divisio Philosophiæ*; cujus principium: Τῆς γοῦν φιλοσοφίας, τὸ μὲν ἐστι θεωρητικὸν, τὸ δὲ &c; sextò, ejusdem *Pachymeris Libellus* Περὶ τῶν πέντε φωνῶν, sive, *De quinque Vocibus*; cujus principium: Φωναὶ δὲ εἰσὶ πέντε &c; septimò, ejusdem *Pachymeris Libellus* Περὶ τῶν δέκα κατηγοριῶν, sive, *De decem Prædicamentis*; cujus principium: Δέκα δὲ καὶ αἱ κατηγορίαι οὖσαι &c. Hæc igitur ea sunt, quæ continentur toto illo *Arsenij Syntagmate Logico*, quod prorsùs eodem modo, unà cum suprà memoratâ *Epistolâ dedicatoriâ, græcè* impressum est Parisijs A. 1540 in duodecimo, & similiter ibidem *latinè*, *Jacobo Foscareno* interprete, A. 1541, itidem in duodecimo. Plura de *Arsenio* illo, *Monembasiæ Archiepiscopo*, vide Libri *primi* horum Commentariorum paginâ 150, Libri *tertij* pag. 48 & 200, & Libri *quarti* pag. 205 & 225.

Quintò, & quidem à fol. 158 pag. 1 usque ad fol. 173 pag. 2, *Compendiosum Organi Philosophiæ Syntagma*, quod in hoc Codice manuscripto sine ullo titulo incipit his verbis: Ὥσπερ ὁ ἀναγινώσκοντος πρῶτον μὲν τὰ στοιχεῖα μανθάνουσι, ἀπὸ δὲ τῶν στοιχείων &c; & à nonnullis perperàm *Nicephoro Blemmidæ*, ab alijs autem rectè *Gregorio* cuidam *Monacho aneponymo* attribuitur. Quâ de re vide plura suprà pag. 62 in recensione Codicis XXVIti, num. 3, & pag. 178 in recensione Codicis XCIVti.

Sextò, & quidem à fol. 174 pag. 1 usque ad fol. 197 pag. 2, *S. Joannis Damasceni Logica*, cujus *Præfatio ad Cosmam Episcopum Majumæ* inscribitur atque incipit his verbis: Τῷ ὁσιωτάτῳ καὶ θεοτιμήτῳ πατρὶ Κοσμᾷ, τῷ ἁγιωτάτῳ Ἐπισκόπῳ τοῦ Μαϊουμᾶ, Ἰωάννης ὁ ταπεινός. Τὸ μὲν στενὸν τῆς διανοίας, καὶ τὸ ἄπορον τῆς γλώσσης &c. Plura de hac *S. Joannis Damasceni Logicâ*, ut & de *Cosmâ Episcopo Majumæ*, Portûs & Emporij Palæstinæ, vide Libri *quarti* horum Commentariorum pag. 116 & 117 in recensione Codicis manuscripti Theologici Græci CXLVIIImi, num. 14, & Libri *quinti* pag. 2, 3, 4, in recensione Codicum Theologicorum Græcorum CCIIdi, num. 2, CCIIItij, CCIVti, num. 1, & CCVti, num. 1; & aliàs sæpiùs, ut ibidem pag. 334 in primo istius Libri Indice videre est.

Septimò, & quidem à fol. 198 pag. 2 usque ad fol. 202 pag. 2, *antiquus Index Græcus Materiarum hoc Codice comprehensarum, sed imperfectus.*

XCVI.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos septuagesimus quintus.*

Nonagesimus sextus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque folijs *sexaginta*, & ad *Georgium Comitem Corinthium*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continetur eo *Nicephori Blemmidæ Logica*, cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου Πρεσβυτέρου καὶ Μοναχοῦ Νικηφόρου τοῦ Βλεμμύδου ἔκδοσις ἀκριβὴς περὶ λογικῆς ἐπιστήμης. Προοίμιον. Ἐπειδήπερ ἡ λογικὴ ἐπιστήμη πρὸς τὴν ἱερὰν γραφὴν &c. Subjunctæ eidem in fine sunt variæ *Tabulæ synopticæ græcæ*, similiter *ad Logicam pertinentes*. Plura de eâdem *Nicephori Blemmidæ Logicâ* vide suprà in recensione duorum proximè præcedentium Codicum XCIVti & XCVti.

XCVII.

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* ducentesimus sexagesimus octavus.

Nonagesimus septimus (2) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *octavo*, constátque folijs *octoginta sex*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 45 pag. 2, *Nicephori Blemmidæ Logica*, cujus *Proœmium*, ut suprà, incipit his verbis: Ἐπειδήπερ ἡ λογικὴ ἐπιστήμη πρὸς τὴν ἱερὰν γραφὴν &c. Est autem ea in hoc Codice maximâ parte posteriori mutila. Plura de eadem *Nicephori Blemmidæ Logicâ* vide suprà in proximè præcedentibus Codicibus XCIVto, XCVto, & XCVIto.

Secundò, & quidem à fol. 46 pag. 1 usque ad fol. 53 pag. 2, *Agapeti, Diaconi Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ Liber ad Imp. Justinianum de Imperio benè administrando*; cujus titulus & principium: Ἔκθεσις κεφαλαίων παραινετικῶν, σχεδιασθεῖσα παρὰ Ἀγαπητοῦ τοῦ Διακόνου τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, ὧν ἡ ἀκροστιχὶς οὕτως ἔχει. Τῷ θειοτάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ Βασιλεῖ ἡμῶν Ἰουστινιανῷ Ἀγαπητὸς ὁ ἐλάχιστος Διάκονος. Τιμῆς ἁπάσης ὑπέρτερον ἔχων ἀξίωμα &c. Plura de eodem *Agapeti* Libro vide Libri *tertij* horum Commentariorum pag. 38 & 152, Libri *quinti* pag. 116 & 225, & Libri *sexti* pag. 33; atque insuper consule editionem græco-latinam Lipsiensem cum Notis *Jacobi Brunonis* A. 1659 in octavo.

Tertiò, & quidem à fol. 54 pag. 1 usque ad fol. 86 pag. 2, *Matthæi Camariotæ Epitome Rhetorices ex Scriptis Hermogenis de Arte Oratoriâ*; cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Ματθαίου τοῦ Καμαριώτου ῥητορικῆς ἐπιτομὴ ἐκ τῶν τοῦ Ἑρμογένους.

γῆϛ. Ὅϛ@ ῥητορικῆς. Ῥητορική ἐστι δύναμις τεχνικὴ πιθανῶ λόγω &c.

XCVIII.

Nonagesimus octavus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *octavo*, constátque foliis *octoginta tribus*. Continetur eo *Logicæ Nicephori Blemmidæ pars aliqua*, quæ inscribitur atque incipit his verbis: Νικηφόρε περὶ καταφάσεως κ̀ ἀποφάσεως. Κατάφασις ἢ καὶ ἀπόφασις ἐστὶ αὐτὸ κ̀ ἑνὸς πράγματ@ &c. Vide suprà memoratum Codicem XCVtum folij quadragesimi quinti paginâ primâ.

(1) Fuit olim inter Codices MSstos Philosophicos & Philologicos Græcos ducentesimus sexagesimus nonus.

XCIX.

Nonagesimus nonus (2) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque foliis *sexaginta novem*. Continentur eo hæc:

(2) Fuit olim extra numerum.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 2 usque ad fol. 26 pag. 1, *Tractatus Dialecticus*, qui sine ullo titulo incipit his verbis: Μόνα τὰ ζῶα, ψόφων ἀκρωμένα, ἐπιστημονικά εἰσι, κ̀ τοῦτο ἐστίν, ὅτι &c.

Secundò, & quidem à fol. 27 pag. 1 usque ad fol. 69 pag. 2, *Fragmenta quædam Logicæ Nicephori Blemmidæ*, cujus suprà jam aliquoties facta est mentio.

C.

Centesimus (3) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *octavo*, constátque foliis *viginti quatuor*. Continetur eo *anonymi cujusdam Autoris Collectio Definitionum Philosophicarum*, cujus titulus & principium: Περὶ ὅρων ἀνακεφαλαίωσις. Ὅρ@ ἐστὶ λόγ@ σύντομ@, δηλωτικὸς τῆς φύσεως τοῦ ὑποκειμένου πράγματ@.&c.

(3) Fuit olim extra numerum.

CI.

Centesimus primus (4) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* pervetustus & bonæ notæ in *folio*, sed principio & fine mutilus, constátque nunc foliis *viginti quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

(4) Fuit olim inter Codices MSstos Philosophicos & Philologicos Græcos centesimus vigesimus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 8 pag. 2, & à fol. 10 pag. 1 usque ad fol. 22 pag. 2, *Imp. Constantini Porphyrogeniti Geoponica sive Commentaria de Agriculturâ*, de quibus Libri *secundi* horum Commentariorum pag. 537, 538, 539 & 540, & Libri *sexti*

(1) Possunt enim Geoponica hæc, diverso respectu, & ad Medicam Classem referri, & ad Philosophicam.

pag. 163, 164 & 165 in recensione Codicis manuscripti (1) Medici Græci XLIXni, jam satis prolixa mentio facta est. Quamvis autem præsens hoc eorum exemplar manuscriptum injuriâ temporis admodùm imperfectum, & culpâ imperiti bibliopegi, qui verum foliorum ordinem prorsùs invertit, valdè confusum sit, magna tamen ejus habenda est ratio, quoniam à *duobus* istis Codicibus manuscriptis, ex quibus prima editio impressa, tùm latina, tùm græca, in lucem prodijt, diversum est, & ab ijsdem varijs modis non mediocriter discrepat. Quod porrò ad folium, perperàm nunc primo loco collocatum, attinet, incipit illud à fine libri tertij & principio Libri quarti hoc modo: - - - φυτεύειν ἐπιτήδειον, ἀλλὰ καὶ κύαμον σπείρειν εὔκαιρον. Φλωρεντίνου περὶ ἀναδενδράδων. Αἱ ἀναδενδράδες, τοῖς πᾶσι χρησιμώτεραι· καὶ γὰρ καλλίονα τὸν οἶνον, καὶ μονιμώτερον, καὶ γλυκύτερον ἀποτελοῦσι, &c.

Secundò, & quidem folio 9 pag. 1 & 2, & à fol. 23 pag. 1 usque ad fol. 24 pag. 2, *ex Flavij Josephi Libris septem de Bello Judaico & Excidio Vrbis per Titum Imp. Vespasiani filium Fragmenta quædam*, quorum ultimum inscribitur hoc modo: Τέλος τῆς Ἱεροσολύμων πολιορκίας. Φλαβίου Ἰωσήπου κεφάλαια τοῦ ἑβδόμου λόγου τῆς Ἰουδαϊκῆς ἁλώσεως.

CII.

(2) Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos octogesimus secundus.

Centesimus secundus (2) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque folijs *viginti sex*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continetur eo *Michaelis Pselli Liber quadripartitus de quatuor Mathematicis Scientijs, Arithmeticâ, Musicâ, Geometriâ & Astronomiâ*; cujus *Pars prima de Arithmeticâ* absq; nomine Autoris inscribitur atq; incipit hoc modo: Σύνοψις τῆς ἀριθμητικῆς. Μέλλοντί μοι περὶ τῶν τεσσάρων μαθηματικῶν ἐπιστημῶν ἐν ἐπιτόμῳ τῷ λόγῳ διαλαβεῖν, &c. Plura de eodem Libro vide suprà pag. 20 in recensione Codicis Xmi, num. 4, & pag. 62 & 63 in recensione Codicis XXVIti, num. 4. Exstant prætereà in fine ejusdem Codicis CIIdi etiam *Fragmenta aliquot ex Joannis Philoponi Commentarijs in Aristotelis quatuor priores Libros Naturalis Auscultationis sive Physicorum*.

CIII.

(3) Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos centesimus quinquagesimus primus.

Centesimus tertius (3) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est (4) *membranaceus* antiquissimus & optimæ notæ in *folio*, constát-

(4) *Exceptâ posteriori parte à folio 243 usque ad folium 292 sive ultimum, quæ pervetusta quidem est, sed* chartacea.

conſtátque folijs *ducentis nonaginta duobus*, & ab *Angerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 254 pag. 1, *Euclidis Elementorum Geometricorum Libri quindecim, cum elegantiſſimis Diagrammatibus, & anonymi cujuſdam antiqui Autoris Scholijs Græcis marginalibus. Primus* eorum Librorum inſcribitur atque incipit his verbis: Εὐκλείδου ἐκ τῶν Θέωνος ἐκδόσεως στοιχείων πρῶτον. Σημεῖόν ἐστιν, οὗ μέρος οὐθέν· γραμμὴ δὲ &c; *decimus quintus* autem ſive ultimus deſinit his verbis: ὡς ἐν τοῖς στοιχείοις συναποδέδοται τοῦτο. Digniſſimum profectò multas ob cauſas eſt hoc exemplar manuſcriptum, ut eorundem Elementorum *editio* (1) *græca Simonis Grynæi*, Baſileæ apud Joannem Hervagium A. 1533 in folio impreſſa, accuratiſſimè diligentiſſiméque cum eo conferatur. Plura de *Euclide* ejúſq; *ætate*, & de Elementorum ipſius Geometricorum per *Theonem Alexandrinum* editione, vide ſuprà pag. 60 & 61 in recenſione Codicis XXVti, num. 7; quibus nunc ſupplementi loco de eorundem Elementorum *inſcriptione, genuinitate*, & *diviſione*, ex *Gerardi Joannis Voſſij* Capite decimo quinto doctiſſimi Operis de Scientijs Mathematicis hæc pauca, ad rem præſentem maximè pertinentia, adjungo: *Ut Porphyrius Librum de quinque Vocibus ſimpliciter appellat* Εἰσαγωγὴν *ſive Introductionem, cùm Logicam Introductionem intelligeret, ſic Euclides Opus ſuum* Στοιχείωσιν *ſive Elementorum Doctrinam, vel* Στοιχείων βιβλία *ſive Elementorum Libros inſcripſit, cùm ſignare vellet Geometrica; ideóque ab his* Στοιχείων *ſive Elementorum Libris* Στοιχειωτὴς *ſive Elementorum Scriptor vocatur Proclo. Conſtant hæc Elementa Libris quindecim; niſi quòd de duobus poſtremis res non ſit ita aperta. Plerique enim eos non Euclidis putant, ſed Commentarios* (2) HYPSICLIS ALEXANDRINI; *alij & ipſos Libros Hypſicli tribuunt. Sanè in Græcâ editione decimus quartus Liber Præfationem habet propriam, quam nec primus habet Euclidis; non vano argumento, Libros duos ultimos alterius eſſe, quàm Euclidis. Partes hujus Operis propriè ſunt* (3) *duæ*: Ἐμβαδομετρία *ſive Planorum doctrina, &* Στερεομετρία *ſive Solidorum contemplatio. Sed Stereometria intelligi nequit ſine notitiâ linearum* συμμέτρων *ſive paris menſuræ,*

(1) *Extant in Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi* Euclidis Elementorum Geometricorum Libri tredecim priores, *ex traditione doctiſſimi Naſiradini Tuſini, etiam Arabicè impreſſi Romæ in Typographiâ Medicæâ A. 1594 in folio.*

(2) *Hinc etiam in vetuſtiſſimo ac præſtantiſſimo illo, de quo in præſens agitur, Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Codice manuſcripto* Liber Elementorum decimus quartus *inſcribitur atque incipit hoc modo*: Εὐκλείδου ιδ΄. ΥΨΙΚΛΕΟΥΣ τὰ εἰς Εὐκλείδην ἀναφερόμενα. Βασιλείδης ὁ Τύριος, ὦ Πρώταρχε, &c.

(3) *Proclus in primum Librum Euclidis pag.* 11.

ſuræ, & ἀσυμμέτρων ſive imparis menſuræ; nec hanc ſcire poſſumus, niſi notitiam habeamus numerorum. Quare Euclides Elementa ſua Geometrica commodè in quatuor diſpeſcuit partes. Prima eſt Ἐμπεδοθεωρία ſive Planorum doctrina, quæ ſex Libris continetur: quorum quatuor primis agitur de Planis abſolutè, duobus autem proximis comparatè, ſive, de Proportionibus; in genere quidem Libro quinto, particulatim verò Libro ſexto. Altera pars eſt de Numerorum affectionibus; nempe Liber ſeptimus, octavus, & nonus, qui Arithmeticorum vocantur. Tertia eſt de Lineis συμμέτροις, inter quas eſt quantitatis commenſio, & ἀσυμμέτροις, inter quas quantitatis commenſio non eſt; unde hæc pars Symetria dicitur, ac Libro decimo continetur. Quarta eſt Stereometria, ſive, de Solidis; quæ quinque reſiduis Libris abſolvitur. Atque hæc de Euclide & ejus Geometricis; quorum, ut Cardanus Libro XVIto de Subtilitate ait, inconcuſſa dogmatum firmitas, perfectióque adeò abſoluta, ut nullum Opus jure huic comparare audeas. Quibus fit, ut adeò veritatis lux in eo refulgeat, ut ſoli hi in arduis quæſtionibus videantur poſſe à vero falſum diſcernere, qui Euclidem habent familiarem.

Secundò, & quidem à fol. 254 pag. 2 uſque ad fol. 271 pag. 2, *Euclidis Optica, in Theoremata ſeptuaginta unum diviſa, & neceſſarijs Diagrammatibus, atque anonymi cujuſdam antiqui Autoris Scholijs græcis marginalibus illuſtrata*; quorum titulus & principium: Εὐκλείδου Ὀπτικοὶ ὅροι. Ὑποκείσθω τὰς ἀπὸ τοῦ ὄμματος ἐξαγομένας εὐθείας φέρεσθαι διάστημα μεγεθῶν μεγάλων, καὶ τὸ μὲν ὑπὸ τῶν ὄψεων περιεχόμενον σχῆμα εἶναι κῶνον, &c; finis autem: ὁμοίως γὰρ δείξομεν συμβαίνοντα καθάπερ καὶ ἐν τοῖς κύκλοις. Edidit hæc *Euclidis Optica Joañes Pena* Pariſijs typis Dionyſij Duvallij A. 1604 in quarto, ſed tantùm *latinè*; potéſtque ea editio beneficio hujus vetuſtiſſimi ac præſtantiſſimi Codicis manuſcripti Cæſarei non mediocriter meliorari.

Tertiò, & quidem à fol. 271 pag. 2 uſque ad fol. 282 pag. 2, *Euclidis Phænomena cum Diagrammatibus eo pertinentibus, & anonymi cujuſdam antiqui Autoris Scholijs græcis marginalibus*; quorum titulus & principium: Εὐκλείδου Φαινόμενα. Ἐπειδὴ ὁρᾶται τὰ ἀπλανῆ ἄστρα ἀεὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου ἀνατέλλοντα, καὶ εἰς τὸν αὐτὸν τόπον δυόμενα, &c.

Quartò, & quidem à fol. 283 pag. 1 uſque ad fol. 292 pag. 2, *Euclidis Lemmata varia*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Λῆμμα, ὅπερ λείπει εἰς τὸ ιβ΄ θεώρημα. Πρῶτον τόδε ἔστω τρίγωνον ἰσόπλευρον τὸ αβγ· &c.

CIV.

Centesimus quartus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *folio*, constatque folijs *quindecim*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *Procli Lycij*, Philosophi Platonici celeberrimi, per excellentiam Διαδόχου Πλατωνικοῦ sive *Successoris Platonici* cognominati, *Commentariorum in primum Elementorum Euclidis Librum Liber tertius*, qui sine ullà inscriptione incipit his verbis: Τῶν γεωμετρικῶν ἀρχῶν τριχῇ διῃρημένων εἴς τε ὑποθέσεις, καὶ αἰτήματα, καὶ ἀξιώματα, τὴν μὲν πρὸς ἄλληλα τούτων διαφορὰν &c. Plura de ejusdem *Procli* Libris quatuor Commentariorum in *Euclidis* Elementorum Librum primum vide suprà pag. 14 in recensione Codicis VIImi, num. 2.

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

CV.

Centesimus quintus (2) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, constatq; folijs *octoginta*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 74 pag. 1 (3) *Joannis Pediasimi, Primæ Justinianæ ac totius Bulgariæ Chartophylacis, sive, Custodis Sigilli Patriarchalis, Synopsis Geometrica, seu potiùs Geodætica, de dimensione & partitione terræ;* cujus titulus & principium: Γεωμετρία. Τοῦ σοφωτάτου Χαρτοφύλακος Βουλγαρίας κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Πεδιασίμου Σύνοψις περὶ μετρήσεως καὶ μερισμοῦ γῆς. Πολλοὶ τῶν ἀμυήτων γεωμετρίαν μὲν ἀξιοῦσι καλεῖν τὴν Εὐκλείδου τῶν θεωρημάτων στοιχείωσιν, καὶ εἴ τι τοιοῦτο θεώρημα γεωμετρικὸν μαθηματικὸν, γεωδαισίαν δὲ τὴν τῆς γῆς καταμέτρησιν, παντάπασι τῆς ἀληθείας ἀποσφαλέντες· οὗ χάριν &c. Meminit hujus Opusculi *Joannes Jacobus Frisius* in Bibliothecâ Vniversali Gesnerianâ, à se auctâ, his verbis: *Joannis, Chartophylacis* τῆς Πρώτης Ἰουστινιανῆς *& totius Bulgariæ, cognomento Pediasimi, Liber græcus de Nuptijs exstat Romæ in Vaticanâ Bibliothecâ. Synopsis de mensione & partitione terræ servatur alicubi in Italiâ. Privatæ quædam Enarrationes in Cleomedis locos aliquot obscuriores exstant Bononiæ in Bibliothecâ S. Salvatoris & Venetijs ad S. Antonium. Ibidem habetur Liber ejus de laboribus Herculis. Ejusdem Compendium Geometriæ exstat in Bibliothecâ Regiâ. Liber de dimensione terræ græcè servatur in Augustanâ Bibliothecâ.* Hæc *Frisius*; sed more suo minùs accuratè. *Compendium* enim *Geometriæ*, & *Liber de dimensione terræ*, quæ ille perperàm duo diversa Opuscula esse existimat, re verà unus atque idem Liber sunt; ut manifestè apparet

(2) *Fuit is olim extra numerum.*

(3) *Ejusdem mentionem vide etiam suprà pag. 55 in recensione Codicis XXImi, num. 2.*

ex præsenti Codice manuscripto *Cæsareo*, quippe in quo is Γεωμετρία, simul, & Σύνοψις περὶ μετρήσεως καὶ μερισμοῦ γῆς inscribitur. Hoc enim necessariò monendum esse duxi propter Virum doctissimum, *Gerardum Joannem Vossium*, qui *Frisij* autoritate deceptus, Capite quinquagesimo quarto eruditissimi atque utilissimi Operis de Scientijs Mathematicis, pag. 330, eundem errorem inseruit his verbis: *Ijsdem temporibus, (nempe* (1) *anno Christi* CIↃ CCCL*) vel proximis, vixit Joannes Pediasimus, Primæ Justinianæ, ac totius Bulgariæ, Patriarchalis Sigilli Custodis, qui Græcis* Χαρτοφύλαξ *vocatur, Geometriæ Compendium reliquit; Item Librum de dimensione. Prior Liber asservatur in Bibliothecâ Regis Christianissimi; alter in illâ Augustæ Vindelicorum.* Hucusque *Vossius*. Quod superest, etiam hoc obiter addo, ipsum *Joannem Pediasimum* in jam memorati Opusculi principio expressè testari, se in eo conscribendo *Heronem Juniorem* præcipuè sequi, ejusque *Librum de Geodæsiâ* partim abbreviare, partim supplere. Ipsa ejus verba sunt hæc: Ὁ γὰρ τῆς μετρήσεως ταύτης ἡγησάμενος ΗΡΩΝ σοφῶς ἅμα καὶ σαφῶς περὶ τούτων διδάσκει· ὅθεν ὁρμώμενος, συνοψίσω σοι τὸν περὶ τούτων λόγον, εἴ τι που καὶ παραλελειμμένον ἐκείνῳ ἐστι, συντόμως ἀναπληρῶν. καὶ γὰρ &c.

(1) *Vide idem illud* Vossij *opus Capite* 18, § 6, *pag.* 78. *Nam pag.* 330 *legitur tantùm anno* CIↃ CCC.

Secundò, & quidem à fol. 75 pag. 1 usque ad fol. 80 pag. 2, *Heronis Junioris*, qui, (2) ut à *Josepho Blancano* in Chronologiâ Mathematicorum rectè demonstratum est, anno Christi 623 sub *Imp. Heraclio* floruit, *Introductio in Geodæsiam*, cujus *Proœmium* inscribitur, atque incipit his verbis: Εἰσαγωγὴ Ἥρωνος. Ἡ πρώτη γεωμετρία, καθὼς ἡμᾶς ὁ παλαιὸς διδάσκει λόγος, τὰ περὶ τὴν γεωμετρίαν καὶ διανομὰς κατηχολεῖτο, ὅθεν καὶ γεωμετρία ἐκλήθη· ἡ γὰρ τῆς μετρήσεως ἐπίνοια παρ' Αἰγυπτίοις εὑρέθη διὰ τὴν τοῦ Νείλου ἀνάβασιν. πολλὰ γὰρ φανερὰ ὄντα χωρία πρὸ τῆς ἀναβάσεως, τῇ ἀναβάσει ἀφανῆ ποιεῖ. πολλὰ δὲ &c; definit autem: εἰς οὖν τὸν περὶ μετρήσεως λόγον, ἀναγκαῖον ἐστὶν εἰδέναι τὴν τῶν μέτρων ἰδέαν, πρὸς ὃ βούλεταί τις ἀναμετρεῖν, καὶ ἑκάστου σχήματος τὸ εἶδος, καὶ πῶς δεῖ ἀναμετρεῖν. ὑποδείξομεν δὲ πρῶτον τὴν τῶν μέτρων ἰδέαν. Hinc sequitur ipsius Introductionis principium hoc modo: Περὶ εὐθυμετρικῶν. Εὐθυμετρικὸν μὲν οὖν ἐστι, πᾶν τὸ κατὰ μῆκος μόνον μετρούμενον, ὥσπερ &c. Eadem *Introductio Geodætica*, sed aliquantùm abbreviata & interpolata, exstat etiam suprà in Codice XLVIImo, num. 13; & utrobique prorsùs diversa est ab ejusdem *Heronis Libro de Geodæsiâ*, ad usum rei militaris accommodatâ, quem *Franciscus Barocius*, Patricius Venetus, latinitate donavit, & Figuris

(2) *Vide* Vossium *de Scientijs Mathemat. cap.* 27 § 8, *& cap.* 48 § 8 *&* 20.

Figuris ac Scholijs illuſtratum, Venetijs apud Franciſcum Franciſcium Senenſem A. 1572, ſed tantùm *latinè*, in quarto edidit, tanquam Appendicem alterius *Libri* ejuſdem *Heronis Junioris de Machinis Bellicis*, qui ab antiqui *Heronis Alexandrini Belopœeticis* ſive *Teliſactivis* planè diverſus eſt. *Procemium Libri de Geodæſiâ*, à *Barocio* editi, ſecundùm latinam ipſius verſionem incipit his verbis: *Quoniam autem non licet obſidere volentibus à longè murorum altitudines ac ſpatiorum intervalla, nec non fluviorum latitudines in menſuratione ſupputare, ſed exercitatos linearum peritiâ, Dioptricâque facultatis cognitione conſiderationem facere, ad hoc ut* &c. Circa finem autem Propoſitionis decimæ ſive ultimæ ejuſdem Libri teſtatur ipſe *Hero* expreſsè, (1) *ſtellas fixas à Ptolemæi Alexandrini tempore uſque ad ſuam ætatem progreſſas eſſe gradibus ſeptem; quæ res, ex ſententiâ Albategni, requirit annos quadringentos ſexaginta. Atqui Ptolemæus floruit ſub Imp. M. Aurelio Antonino, qui imperare cœpit A. C. 163. His igitur annis ſi addamus numerum ſuperiorem, exſurget annus Chriſti ſexcenteſimus vigeſimus tertius; cujus die quinto Octobris cœpit annus Imperij Heraclij decimus quintus.* Quamobrem haud mirum eſt, inter alios antiquos *Scriptores Mechanicos*, quorum in *Procemio Libri de Machinis Bellicis Hero* iſte *Junior* meminit, etiam ab eo citari *Anthemium* illum, qui ſub *Imp. Juſtiniano* omnium Architectorum, quibus is in ædificandâ Magnâ Eccleſiâ Conſtantinopolitanâ S. Sophiæ uſus eſt, præcipuus fuit atque excellentiſſimus; ut paulo pòſt accuratiùs & prolixiùs indicabitur.

(1) *Retinui hîc conſultò ipſa doctiſſimi Voſſij verba, quæ, ut ſuprà jam indicavi, extant in Opere de Scientijs Mathematicis cap. 48 § 20.*

CVI.

Centeſimus ſextus (2) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *folio*, conſtátque folijs *ducentis tribus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Philoſophicos & Philologicos Græcos* centeſimus quinquageſimus ſecundus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 49 pag. 2, *Nicomachi Geraſeni, Philoſophi Pythagorei, Introductio Arithmetica*, quæ ſine ullâ Inſcriptione incipit his verbis: Οἱ παλαιοὶ καὶ πρῶτοι μεθοδεύσαντες ἐπιστήμην, κατάρξαντος Πυθαγόρου, &c. Plura de eâdem vide ſuprà pag. 94 in recenſione Codicis LImi, num. 3.

Secundò, & quidem à fol. 50 pag. 1 uſque ad fol. 203 pag. 2, *Euclidis Elementorum Geometricorum Libri decem priores*; de quibus vide plura ſuprà pag. 60 & 61 in recenſione Codicis XXVti, num. 7, & pag. 184, 185 & 186 in recenſione Codicis CIIItij, num. 1.

CVII.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos ducentesimus trigesimus octavus.*
(2) *Vide* R. P. Philippi Labbei S. I. *Novam Bibliothecam Manuscriptorum Librorum pag.* 118.

Centesimus septimus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *folio*, constátque folijs *sexaginta novem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continetur eo (2) *Joannis Philoponi Expositio in Nicomachi Geraseni Libros duos Introductionis Arithmeticæ*; quæ quatenus ad Librum *primum* pertinet, sine ullo Autoris nomine, inscribitur atque incipit his verbis: Ἐξήγησις τοῦ Νικομάχου ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς τῶν εἰς δύο τὸ πρῶτον. Ἐπεὶ ἡ ψυχὴ διττὰς ἔχει τὰς ἐνεργείας, τὰς μὲν ζωτικάς καὶ ὀρεκτικάς, τὰς δὲ νοερὰς, &c; quatenus autem ad secundum: Ἀρχὴ τῆς ἐξηγήσεως τοῦ δευτέρου, Ἐνταῦθα μέλλει δεῖξαι, ὅτι ἡ ἰσότης &c. In fine demùm expositionis hujus Libri secundi legitur hæc subscriptio:

ΝΙΚΟΜΑΧΟΙΟ ΓΕΡΑΣΗΝΟΥ, ὃς ἦεν Πυθαγορείων,
Ἥδ' Ἀριθμητικῆς ἑρμηνεία μέγ' ἀρίστη.
Γράψε δέ μιν πυξίδα μακάρτατος ἀρχιθύτης
ἈΡΣΕΝΙΟΣ θεουδὴς ὀλβιόδωρος Περγάμου
Ἔρωτ' ἠδὲ πόθῳ σοφίης, ὃς καὶ δὴ κάμεν
Εὐσεβείης οὕνεκα παθὼν ἄλγεα πολλά.

CVIII.

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos centesimus quinquagesimus tertius.*

Centesimus octavus (3) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & elegans in *folio*, constátque folijs *centum quinquaginta novem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo à folij 15 pag. 1 usque ad fol. 126 pag. 1, *anonymi cujusdam Autoris Arithmetica, divisa in Capita ducenta quadraginta duo*, quorum *primum*, quod est Procemium, inscribitur atque incipit his verbis: Προοίμιον α΄. Ἡ τῆς ἀριθμητικῆς μεθοδός τε καὶ μεταχείρισις δύο κανόνας περιεκτικοὺς ἔχει, &c; *secundum* autem: Περὶ τῶν δέκα σημείων, δι' ὧν πᾶς ψῆφος γίνεται· β΄. Δεῖ τοῦτο πρῶτον γινώσκειν, ὅτι αὕτη ἡ μέθοδός τε καὶ μεταχείρισις δέκα ψήφων μόνον σημεῖα χρᾶται, &c; *ultimum* denique: Περὶ τοῦ πῶς ἐστι εἰδέναι καὶ ἑτέρου παντὸς ἀριθμοῦ ῥίζαν διὰ τῆς ὁμοίας μεταχειρίσεως τῶν δύο ἀριθμῶν τῶν ἐχόντων ῥίζας ἀκεραίας· σμβ΄. Εἴρηται, πῶς ἐστι εἰδέναι προχείρως ῥίζας ἀριθμῶν τῶν ἐλλειπῶς καὶ ὑπερθετικῶς ὄντων &c. Cæterùm, præter jam memorata *Capita ducenta quadraginta duo*, exstant in eodem

dem Codice tùm in principio à fol. 1 pag. 2 uſque ad fol. 14 pag. 1, tùm in fine à fol. 143 pag. 2 uſque ad fol. 159 pag. 2, etiam alia quædam ejuſdem ſcripturæ ac ſtyli *Capita Arithmetices varia*, ſed nullis numeris notata; quorum *primum* inſcribitur atque incipit his verbis: Περὶ τοῦ πῶς ἔστι εἰδέναι σὺν καὶ τὸν Νικόμαχον τελείους ὄντας ἀριθμούς. Κατὰ τὸν Νικόμαχον τέλειος ἀριθμός ἐστι, οὗ τὰ μόρια ληφθέντα, καὶ αὖθις συντεθέντα, ἀπογεννῶσι τὸν αὐτόν, ὡς ὁ ϛ καὶ ὁ κη &c. His inſuper à fol. 126 pag. 2 uſque ad fol. 140 pag. 1, intermixtæ ſunt aliæ aliquot *Obſervationes Arithmeticæ miſcellaneæ*.

CIX.

Centeſimus nonus (1) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, conſtátque folijs *triginta tribus*. Continentur eo hæc:

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 23 pag. 1, *Anthemij Tralliani*, Mechanici celeberrimi, qui ſub *Imp. Juſtiniano I*^mo^ ſive *Magno* floruit, *Liber de admirabilibus Machinis per Specula uſtoria*, hactenùs, quod ego ſciam, nondum editus; cujus titulus & principium: Ἀνθεμίου περὶ παραδόξων μηχανημάτων. Δεῖ ἐν τῷ δοθέντι τόπῳ κατασκευάσαι ἀκτῖνα ἡλιακὴν ἀμετακίνητον &c. Meminit hujus *Anthemij* cum ſingulari laude *Agathias* libro quinto de Imperio & rebus geſtis Juſtiniani Imperatoris, pag. 149, 150, 151 & 152 editionis Regiæ Pariſinæ græco-latinæ in Corpore Hiſtoriæ Byzantinæ in folio, utpote ubi illum non ſolùm appellat ἄριστον ἐν τοῖς τῶν μηχανοποιῶν εὑρήμασι, καὶ εἰς ἄκρον ἥκοντα τῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης, hoc eſt, *præſtantiſſimum in inventionibus Mechanicis, & in Mathematicâ ſcientiâ eximium*, verùm etiam prolixè refert, quomodo is, cum maximâ inſciorum admiratione & ſummo metu ac terrore, *terræmotum*, & *fulgura* & *tonitrua* ingenioſiſſimis machinationibus ſuis exactiſſimè imitatus ſit. Idem *Anthemius* omnium Architectorum, quibus *Imp. Juſtinianus* in ædificandâ Magnâ Eccleſiâ Conſtantinopolitanâ *S. Sophiæ* uſus eſt, præcipuus fuit atque excellentiſſimus, ut teſtatur *Procopius Cæſarienſis* (2) Libri primi de Ædificijs Juſtinianeis capite primo his verbis: Ὁ μὲν οὖν Βασιλεὺς ἀφροντιστήσας χρημάτων ἁπάντων, ἐς τὴν οἰκοδομὴν σπουδῇ ἵετο, καὶ σὺν τεχνίτας ἐκ πάσης γῆς ἤγειρεν ἅπαντας. ἈΝΘΕΜΙΟΣ δὲ ΤΡΑΛΛΙΑΝΟΣ, ἐπὶ σοφίᾳ τῇ καλουμένῃ ΜΗΧΑΝΙΚῌ λογιώτατος οὐ τῶν κατ' αὐτὸν μόνον ἁπάντων, ἀλλὰ καὶ τῶν αὐτοῦ προγεγενημένων πολλῷ, τῇ Βασιλέως

(2) *Vide etiam ibidem Lib. 1 cap. 3.*

λέως ὑπέργει σπουδῇ, τοῖς τεκταινομένοις τὰ ἔργα ῥυθμίζων, τῶν τε γενησομένων προδιασκευάζων ἰνδάλματα. Hoc eſt: *Imperator igitur, nullâ ſumptuum habitâ ratione, ad ædificationem incubuit, atque artifices coegit ex toto Orbe; inter quos ANTHEMIVS TRALLIANVS, Mechanicorum omnium non ſolùm ſui, verùm etiam multo ſuperioris ævi facilè princeps, illius ſtudio præcipuè deſerviebat, intentus digerendo fabris operi, agendorúmque imaginibus præformandis.* Item *Paulus Silentiarius* in (1) Deſcriptione ejuſdem Magnæ Eccleſiæ, pereleganti Carmine heroico compoſitâ, à Partis primæ verſu 134 uſque ad verſum 140 hoc modo:

(1) *Edidit eam* græcè & latinè *cum ſubjunctô eruditiſſimo Commentario ſuo Nobiliſſimus atque doctiſſimus Dominus* Carolus du Freſne *in Corpore Hiſtoriæ Byzantinæ Pariſienſi A.1670 in folio cum* Joannis Cinnami *Hiſtoriâ de rebus geſtis Imperatorum Joannis & Manuelis Comnenorum.*

- - - - - - Ἐπευφήμησε δὲ τέχνην,
Καὶ νόον ἈΝΘΕΜΙΌΙΟ, κεκασμένον ἔμφρονι βουλῇ.
Κεῖνος ἀνὴρ τὰ πρῶτα θεμείλια πήξατο νηοῦ,
Εὐκαμάτων βουλῇσιν ὑποδρήσσων Βασιλήων·
Δεινὸς ἀνὴρ καὶ κέντρον ἑλεῖν, καὶ σχῆμα χαράξαι,
Ὃς τοίχοις ἀνέηκε τόσον σθένος, ὅσσον ἐρίζειν
Δαίμονος ἀντιβίοιο βαρυτλήτοισιν ἐρωαῖς.

Hoc eſt, ſecundùm editionem latinam proſaicam Du-Freſnianam: *Laudavit verò Imperator Juſtinianus artem, & prudenti inſtructam conſilio mentem ANTHEMII. Vir ille primùm jecerat Templi fundamenta, laborioſorum Imperatorum obſecutus mandatis; vir admodùm induſtrius in eligendo centro, & in formis ædificiorum delineandis: qui muris tantum tribuit firmitatis, quantum ſatis erat, ut cum contrarij & obnitentis dæmonis intolerando impetu contendere poſſent.* Hæc *Paulus Silentiarius:* qui etiam in ſecundâ ejuſdem Poematis Parte, verſu 135, eundem *Anthemium* ob varias ab eo excogitatas admirandas Machinas appoſitiſſimè cognominat Πολυμήχανον; quemadmodum eundem *Joannes Tzetzes* in Opere Variarum Hiſtoriarum, Chiliadis ſecundæ verſu 151, ob ſuprà memoratum Librum Περὶ παραδόξων μηχανημάτων, ſive, *de admirandis Machinis*, appellat Παραδοξογράφον. Ipſa *Tzetzæ* verba, quibus ibi narrationem ſuam de *Archimedis Syracuſani* interitu claudit, ſunt hæc:

Ὁ Δίων καὶ Διόδωρος γράφει τὴν ἱστορίαν·
Καὶ σὺν αὐτοῖς δὲ μέμνηνται πολλοὶ τοῦ Ἀρχιμήδους·
ἈΝΘΕΜΙΟΣ μὲν πρώτιστον Ὁ ΠΑΡΑΔΟΞΟΓΡΑΦΟΣ,
Ἥρων, καὶ Φίλων, (2) πάππος τὲ καὶ παῖς, μηχανογράφος·

(2) *Lege:* Πάππος τὲ καὶ παῖς μηχανογράφος.

Ἐξ

Ἐξ ὧνπερ ἀνεγνώκειμεν κατοπτρικὰς ἐξάψεις,
Καὶ πᾶσαν ἄλλην μάθησιν τῶν μηχανικωτάτων,
Βαρουλκὴν, Πνευματικὴν, τὰς Ὑδροσκοπικάς τε,
Κἀκ τούτου δὲ τοῦ γέροντος τῶν βίβλων Ἀρχιμήδους.

Hoc est, *Paulo Lacisio Veronensi* ad verbum interprete:

Dion atque Diodorus scribunt hanc historiam;
Et cum ipsis verò multi meminerunt Archimedis:
ANTHEMIUS quidem in primis, QUI PARADOXA SCRIPSIT,
Heron, & Philon, (1) avusque & filius machinarum scriptor; (1) Lege: Pappúsque & omnis alius machinarum scriptor.
Ex quibus legimus & speculares incensiones,
Omnémque aliam disciplinam rerum præcipuè ad machinas spectantium,
Ponderum tractricem, Spiritalem, aquarúmque specimina,
Idque ex senis hujusce libris Archimedis.

Hæc *Tzetzes*. Ubi quidem versus ille, in quo *Anthemij* mentio fit, benè se habet; proximè autem sequens gravi & inveterato laborat mendo, & corrigendus est hoc modo:

Ἥρων, καὶ Φίλων, ΠΑΠΠΟΣ τε καὶ ΠΑΣ μηχανογράφος.

Hoc est:

Hero, & (2) Philo, PAPPUSq;, & OMNIS alius machinarum scriptor. (2) Nempe Byzantius ille, quem Vitruvius in Præfatione Libri septimi refert scripsisse de Ædium sacrarum symmetriis, & de armamentario quod fuerat in Piræi portu.

Intelligitur enim hîc *Pappus Alexandrinus*, Mathematicus celeberrimus, qui *octo Mathematicarum Collectionum Libros* reliquit, inter quos *octavus* est *Mechanicus*; in cujus Proœmio & *Archimedis Syracusani* & *Heronis Alexandrini*, tanquam eorum, ex quibus ipse sua hauserit, aliquoties honorifica fit mentio. Quod superest, ut ad *Anthemium* revertar, meminit ejusdem etiam *Hero Junior*, qui, ut suprà (3) jam indicavi, sub *Imp. Heraclio* floruit, in *Proœmio Libri de Machinis Bellicis* secundùm *Francisci Barocij* versionem latinam hoc modo: *Quæcunque autem à reliquis sparsim collegimus, cognitu ad verámque intelligentiam captu facilia, communis sententiæ pronunciata secundùm ANTHEMIUM existentia, quæque solo problemate ac solâ configuratione percipi possunt, cùm nullâ doctrinâ vel interpretatione indigeant, dictionum proprietate sermonisque simplicitate à nobis ipsâ quoque in majorem facilitatem transmutata, ita ut à quibuscunque fabricari construique facilè possint, ijs, quæ ab APOLLODORO inventa fuerant, cùm contexerimus atque unà cum figuris exactè designaverimus, in ordinem redegimus, quandoquidem*

(3) Vide suprà pag. 188.

cognovimus, quòd sola etiam configuratio benè designata potest id, quod circa constructionem obscurum est & inexplicabile, perspicuum efficere. Hucusque *Hero Junior.*

Secundò, & quidem à fol. 24 pag. 1 usque ad fol. 33 pag. 1, *Claudij Ancantheri Versio latina suprà memorati Libri Anthemij de admirabilibus Machinis, sed imperfecta;* quam composuit rogatu Viri Perillustris, Domini *Jacobi Curtij*, S. Cæsareæ Majestatis Consiliarij Initimi & Procancellarij Aulici, cui illam peculiari *Epistolâ*, *Pragæ* sine anno ac die datâ, dedicat. Fuit *Ancantherus* ille professione *Medicus*, ideóque in nonnullis Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ libris, qui ad illum olim pertinuerunt, propriâ ipsius manu scriptum legitur: Κλαυδίου Ἀγκανθήρου τοῦ ἰατροσοφίστου κτῆμα. Notabilis autem inter eos libros præcipuè est editio *Alexandræ* sive *Cassandræ Lycophronis* cum Commentario græco *Isacij Tzetzæ* & Syntagmatis græco-latini *Variarum Historiarum Joannis Tzetzæ* versibus politicis, Basileæ typis Joannis Oporini A. 1546 in folio impressa, utpote in quâ ille passim ad marginem multa eruditè annotavit.

CX.

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

(2) *Vide Lib. II horū Commentar. cap. 7. pag. 539 & 540, ubi eadem illa exhibentur* Insignia gentilitia, *quæ etiam in præsenti hoc exstant Codice.*

Centesimus decimus(1)Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constátque folijs *nonaginta sex*, & primùm quidem ad (2) *Joannem Alexandrum Brassicanum*, posteà autem ad *Sebastianum Tengnagelium*, ut ambo solitis propriarum manuum inscriptionibus testantur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 30 pag. 1, *Heronis Alexandrini*, qui seculo ante Christum secundo sub *Ptolemæo Euergete II* floruit, *Spiritalium Machinarum Libri duo cum elegantissimis Figuris*, quorum *primus*, in *viginti quatuor Theoremata* divisus, inscribitur atque incipit his verbis: Τύχη ἀγαθῇ. Ἥρωνος Ἀλεξανδρέως Πνευματικῶν πρῶτον. Τῆς πνευματικῆς πραγματείας σπουδῆς ἠξιωμένης πρὸς τῶν παλαιῶν φιλοσόφων τε καὶ μηχανικῶν, &c; desinit autem: ὡς ἂν βιαιοτέρα καὶ συνεχεστέρα ἡ ἐπιστροφὴ γίνηται. *Secundus* autem, in *triginta Theoremata* divisus inscribitur atque incipit hoc modo: Ἥρωνος Ἀλεξανδρέως Πνευματικῶν δεύτερον. Ἀγγείου κατασκευὴ τοῦ λεγομένου δικαιομέτρου· τούτου δὲ πληρωθέντος ὑγροῦ, &c; desinit autem: ὅταν δὲ βουλόμεθα ῥέειν, πάλιν ἐκκρεμάσομεν τὸ βάρος. Vide *Spiritalium Heronis Versionem latinam Federici Commandini Vrbinatis*, unico Libro, in Theoremata septuaginta sex diviso, comprehen-

prehensam, & primùm à *Valerio Spaciolo* publicatam Vrbini A. 1575 in quarto; ut & *Versionem* eorundem *Spiritalium Italicam Joannis Baptistæ Aleotti de Argenta*, editam Ferrariæ typis Victorij Baldini A. 1589 in quarto; nec non alteram *Versionem Italicam Alexandri Giorgi Vrbinatis cum Annotationibus*, impressam Vrbini apud Bartholomæum & Simonem Ragusios fratres A. 1592 in quarto. Consule insuper *Heronis Vitam*, à *Bernardino Baldo Vrbinate*, Guastallæ Abbate, *latinè* conscriptam, & ejusdem *Heronis Senioris Belopœeticis*, ab eodem *Baldo græcè* & *latinè* editis, & Augustæ Vindelicorum typis Davidis Franci A. 1616 in quarto impressis, subjunctam; in cujus fine rectè scribit *Heronem* hunc *Seniorem floruisse circa Olympiadem centesimam sexagesimam quintam, hoc est, anno ante Æram Christianam vulgarem centesimo vigesimo, ita ut Archimede seculo ferè integro fuerit junior*.

Secundò, & quidem à fol. 31 pag. 1 usque ad fol. 59 pag. 1, ejusdem *Heronis Alexandrini Dioptrica*, cujus titulus & principium: Ἥρωνος Ἀλεξανδρέως περὶ Διόπτρας. Τῆς διοπτρικῆς πραγματείας πολλὰς καὶ ἀναγκαίας παρεχομένης χρείας, καὶ πολλῶν περὶ αὐτῆς λελεχότων, ἀναγκαῖον νομίζω, τά τε ὑπὸ τῶν πρὸ ἐμοῦ παραλειφθέντα, καὶ, ὡς προείρηται, χρείας παρέχοντα, γραφῆς ἀξιῶσαι, τὰ δὲ δυσχερῶς εἰρημένα εἰς εὐχέρειαν μεταγαγεῖν, τὰ δὲ ψευδῶς εἰρημένα εἰς διόρθωσιν προάξαι. οὐχ ἡγοῦμαι δὲ ἀναγκαῖον εἶναι τά τε ἡμαρτημένα καὶ δυσχερῶς ἐκτεθειμένα ἢ διημαρτημένα ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν νῦν ἐς μέσον φέρειν· ἔξεστιν γὰρ τοῖς βουλομένοις ἐντυγχάνουσι κρίνειν τὴν διαφοράν. ἔτι δὲ καὶ ὅσοι &c; finis autem: δηλώσει τὸ καθ' ἕκαστον κίνημα τῆς κινήσεως.

Tertiò, & quidem à fol. 59 pag. 1 usq; ad fol. 61 pag. 2, ejusdem *Heronis Alexandrini Manuballistræ constructio & symmetria*; cujus titulus & principium: Ἥρωνος Ἀλεξανδρέως Χειροβαλλίστρας κατασκευὴ καὶ συμμετρία. Γεγονέτωσαν κανόνες δύο πελεκινωτοὶ &c; finis autem: ὕψος δὲ ἐχούσας δακτύλου τὸ ἥμισυ. Edidit hoc *Heronis* Fragmentum *Bernardinus Baldus Vrbinas* cum suprà memoratis ejusdem *Heronis Belopœeticis* pag. 64, 65, 66; sed tantùm græcè.

Quartò, & quidem à fol. 61 pag. 2 usque ad fol. 63 pag. 1, ejusdem *Heronis Alexandrini Fragmenta duo de Campestribus & Camario*, Machinis bellicis ita dictis; quorum *primum* incipit his verbis: Κατασκευάσθωσαν δὲ καὶ τὰ καλούμενα Καμβέστρια τρόπῳ τοιῷδε. ποιήσαντες

σαντες γὰρ σιδηρᾶς κανόνας τέσσαρας, μῆκος ἔχοντας ἑκάτερον (1) δακτύλους ις', πλάτος δὲ δακτύλου διμοίρου (2) μικρῷ πλείω, &c; alterum autem: Γέγονε δὲ τὸ καλούμενον Καμάριον τῷ σχήματι, οἷον ὑπογέγραπται τὸ α β γ δ ε ζ η, &c. Edidit quidem etiam hæc Heronis Fragmenta græcè Bernardinus Baldus cum suprà memoratis Belopœeticis, sed non mediocriter diversè.

(1) Apud Baldum legitur δακτύλους ἑκατόν.
(2) Apud Baldum legitur μικρῷ πλεῖον.

Quintò, & quidem à fol. 64 pag. 1 usque ad fol. 77 pag. 1, ejusdem *Heronis Alexandrini Belopœetica sive Telifactiva*; quorum titulus & principium: Ἥρωνος Ἀλεξανδρέως (3) Βελοποιητικά. Τῆς ἐν φιλοσοφίᾳ διατριβῆς τὸ μέγιστον καὶ ἀναγκαιότατον μέρος ὑπάρχει τὸ περὶ ἀταραξίας, περὶ ἧς πλεῖσταί τε ὑπῆρξαν ζητήσεις &c; finis autem: δύο μέσαι ἀνάλογοι εἰσὶν αἱ α ζ γ η. Edidit quidem hunc *Heronis* Librum *græcè* & *latinè* cum subjunctis *Scholijs* suis suprà memoratus *Bernardinus Baldus Vrbinas*, sed ita, ut ea editio beneficio hujus, & aliorum *Augustissima Bibliotheca Cæsarea* Codicum manuscriptorum, valdè possit meliorari.

(3) Apud Baldum græcè legitur Βελοποιικα, & latinè Belopœeca.

Sextò, & quidem à fol. 78 pag. 1 usque ad fol. 94 pag. 2, *Georgij Gemisti Plethonis Methodus Astronomica, cum subjunctis Canonibus eò pertinentibus, & introductione in Genethliologiam, sive, Artem Astrologicam erigendi Themata genethliaca.* *Methodus* illa *Astronomica* inscribitur atque incipit his verbis: Γεωργίου Φιλοσόφου τοῦ Γεμιστοῦ μέθοδος εὑρέσεως ἡλίου καὶ σελήνης, καὶ τῶν τῶν ἀστέρων ἐποχῆς ἀπὸ κανόνων, οὓς αὐτὸς συνεστήσατο. Νυχθήμερον ἐστιν, ἡλίου μία περὶ γῆν περιφορὰ καὶ ἡμέρα &c; *Introductio* autem *in Genethliologiam*: Περὶ ἐκθέσεως τοῦ θεματίου. Τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου εἰς ιβ' ἴσα διῃρημένου τμήματα, &c.

Septimò, & quidem fol. 95 & 96, ejusdem *Georgij Gemisti Plethonis Canon Chronologicus à Nabonassaro usque ad suam ætatem*. Est autem is ibi imperfectus, & pertingit tantùm usque ad *Imp. Michaelem Palæologum Imum* sive *Seniorem*, qui cœpit imperare Calendis Januarij A. 1260, & A. 1282 d. 11 Decembris obijt.

CXI.

Centesimus undecimus (4) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *folio*, constátque folijs *trecentis septuaginta uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(4) Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos ducentesimus trigesimus nonus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 17 pag. 2, *Heronis Alexan-*

Alexandrini Βελοποιητικά sive *Telifactiva cum Figuris*; quorum principium: Τῆς ἐν φιλοσοφίᾳ διατριβῆς τὸ μέγιστον καὶ ἀναγκαιότατον μέρος ὑπάρχει τὸ περὶ ἀταραξίας &c. Plura de ijsdem vide in recensione proximè præcedentis Codicis CXmi, num. 5.

Secundò, & quidem à fol. 18 pag. 2 usque ad fol. 81 pag. 1, *Apollodori Poliorcetica cum Figuris Machinarum obsidionalium*; quorum titulus & principium: Ἐκ τῶν Ἀπολλοδώρου Πολιορκητικά. Ἀνέγνων σου, Δέσποτα, τὴν περὶ τῶν μηχανημάτων ἐπιστολὴν, καὶ μακάριος ἐγενόμην, ὅτι &c. Meminit hujus Autoris & Operis Hero Junior in Prooemio Libri de Machinis Bellicis, ut suprà pag. 193 in recensione Codicis CIXni videre est. Vide etiam *Isaaci Casauboni* initium Notarum in *Æneæ* Commentarium Poliorceticum.

Tertiò, & quidem à fol. 81 pag. 1 usque ad fol. 104 pag. 2, *Philonis Byzantij*, qui seculo ante Christum quarto *Demetrio Phalereo* fuit synchronus, *Liber de fabricâ turrium, murorum, aliarúmque munitionum, & de obsidione tùm tolerandâ, tùm faciendâ*; cujus principium: Φίλων Ἀρίστωνι χαίρειν. Πρῶτον μὲν δεῖ τοὺς οἰκοδομοῦντας πύργους, ὀρύξαντας μέχρι πέτρας, ἢ ὕδατος, ἢ τινος ἐδάφους, ἀσφαλῶς τοῦτον ἀποστερεώσαντας τὸν τόπον, &c. Meminit hujus *Philonis Vitruvius* in Præfatione Libri septimi de Architecturâ, ubi illum refert scripsisse *de Ædium sacrarum symmetrijs, & de armamentario, quod fuerat in Piræi portu*; & circa finem ejusdem Præfationis ætatem ejusdem *Philonis* indicat his verbis: *Eleusinæ Cereris & Proserpinæ cellam immani magnitudine Ictinus Dorico more sine exterioribus columnis ad laxamentum usûs sacrificiorum pertexit. Eam autem posteà, cùm DEMETRIUS PHALEREUS Athenis rerum potiretur, PHILO ante templum in fronte columnis constitutis prostylon fecit. Ita aucto vestibulo, laxamentum initiantibus operisque summam adjecit autoritatem.* Hæc *Vitruvius.* Floruit igitur *Philo* iste *Byzantius*, seu, ut apud *Vitruvium* legitur, *Byzanteus*, eo tempore, quo *Demetrius Phalereus Athenis* præfuit; nempe ab Olympiadis centesimæ decimæ quintæ anno tertio usque ad Olympiadis centesimæ decimæ octavæ annum secundum, hoc est, ab anno ante Æram Christianam 318 usque ad annum ante eandem Æram 307. Vide prætereà de eodem *Philone* notabilem Variarum Historiarum *Joannis Tzetzæ* locum, quem citavi & illustravi suprà pag. 193 in recensione Codicis CIXni, atque insuper consule *Isaaci Casauboni* Notas in suprà citatum *Æneæ*, vetustissimi Scriptoris, Poliorceticon, sive, Librum de tolerandâ & repellendâ obsidione.

Quartò, & quidem à fol. 105 pag. 1 uſque ad fol. 167 pag. 2, ex *Sexti Julij Africani* magno multiplicis argumenti & variæ eruditionis Opere, in *novem Libros* diviſo, quod ob lectu jucundam diverſarum materiarum contexturam, metaphorâ *à variegato Veneris cingulo* deſumptâ, Κεστὸς ſive *Ceſtos* inſcripſerat, *Liber de Re militari*; cujus titulus generalis eſt: Ἰουλίου Ἀφρικανοῦ Κεστοί. Sequitur deinde *Index Capitum ſexaginta octo*, in quæ totus Liber ibi diviſus eſt. Eorum primum eſt Περὶ ὁπλίσεως, ſive, *De Armaturâ*, ultimum autem Περὶ φυλακῶν, ſive, *De Cuſtodibus*. Finito Indice, incipit Procœmium his verbis: Κατὰ λόγον, ἡ εἱμαρμένη, ἡ τύχη αἱ τῶν πραγμάτων ἐκβάσεις, ἐπιγοναὶ, καὶ φθοραί. &c; & Procœmio ſubjungitur *Caput primum* hoc modo: Περὶ ὁπλίσεως. Καλὸν δὲ ἐν πᾶσι καὶ πολέμων εἰδέναι. πολλάκις γὰρ καὶ ἐθαύμασα τὴν αἰτίαν τῆς διαφόρου τῶν ἐνοπλίων ἀγώνων ῥοπῆς, καὶ ἐκ τούτων μὲν ὑπὸ Ῥωμαίων Ἕλληνας, ὑπὸ Ἑλλήνων δὲ τοὺς Πέρσας, μηδέπω δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων Πέρσας νενικῆσθαι, ἀλλ' &c. Ex ſolo igitur primi hujus Capitis principio ſatis apparet, Librum hunc *Polemicum* ſive *Militarem* eſſe Partem aliquam magni cujuſdam Operis, in quo jam anteà de alijs diverſis materijs actum fuerit. Cùm etiam eidem huic Libro, reſpectu usûs in re militari, multa *arcana Medica, Phyſica,* & *Georgica* inſerta ſint, ut exempli gratiâ Capite quarto & quinto *Remedia* πρὸς τομὴν πληγέντος, & πρὸς τὴν ἀπὸ σιδήρου πληγὴν, Capite decimo nono Γεωργίας παράδοξα, οἴνου σκευασία, ὄξους σκευασία, ἐλαίου σκευασία, Capite vigeſimo quarto *Secretum ex Neptuniani Phyſicis* περὶ τοῦ τοὺς ἵππους ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου ἀμετακινήτους ποιεῖν, & paſſim plura ejus generis alia, mamanifeſtè hinc atque abundè patet, veriſſimum eſſe, quod de toto *Sexti Julij Africani Ceſtorum Enneabiblo Euſebius Pamphili* Libro primo Chronicorum, & *Georgius Syncellus* Chronographiæ pag. 359, de Imperatoris *Alexandri Severi* temporibus agentes, referunt his verbis: Ἐμμαοῦς ἡ ἐν Παλαιστίνῃ κώμη, περὶ ἧς φέρεται ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελίοις, Νικόπολις ἐπιμήθη καλεῖσθαι ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Αὐτοκράτορος, ΑΦΡΙΚΑΝΟΥ πρεσβευσαμένου, τοῦ τὰς ἱστορίας ἐν Πενταβίβλῳ συγγραψαμένου. ΑΦΡΙΚΑΝΟΣ τὴν ΕΝΝΕΑΒΙΒΛΟΝ ΤΩΝ ΚΕΣΤΩΝ ἐπιγεγραμμένην πραγματείαν, ἸΑΤΡΙΚΩΝ, καὶ ΦΥΣΙΚΩΝ, καὶ ΓΕΩΡΓΙΚΩΝ, καὶ (1) ΧΥΜΙΚΩΝ περιέχουσαν δυνάμεις, Ἀλεξάνδρῳ τούτῳ προσφωνεῖ.

(1) *Apud Georgium Syncellum legitur* Χυμευτικῶν.

Hoc

Hoc est: *Emmaus Palæstinæ Vicus, cujus in Sacris Evangelijs fit mentio, ab Imp. Alexandro Severo dignata fuit appellari Nicopolis, AFRICANO legationem gerente, qui Historias ab Orbe condito usque ad suam ætatem quinque Libris conscripsit. Eidem Imp. Alexandro dedicavit AFRICANVS etiam Opus illud NOVEM LIBRORVM de variarum rerum Medicarum, Physicarum, Rusticarum & Chymicarum potentijs, quod inscripsit CESTORVM.* Hæc uno ore *Eusebius Pamphili* & *Georgius Syncellus.* Meminit quoque ejusdem Operis idem *Eusebius* Historiæ Ecclesiasticæ lib. 6 cap. 31 his verbis: Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ ἈΦΡΙΚΑΝΟΣ ὁ τῶν ἐπιγεγραμμένων ΚΕΣΤΩΝ συγγραφεὺς ἐγνωρίζετο. ἐπιστολὴ τούτου Ὠριγένει γραφεῖσα φέρεται, ἀποροῦντος ὡς ἂν νόθου καὶ πεπλασμένης οὔσης τῆς ἐν τῷ Δανιὴλ κατὰ Σωσάνναν ἱστορίας· πρὸς ἣν Ὠριγένης ἀντιγράφει πληρέστατα. τοῦ δ' αὐτοῦ ἈΦΡΙΚΑΝΟΥ καὶ ἄλλα τὸν ἀριθμὸν πέντε Χρονογραφιῶν ἦλθεν εἰς ἡμᾶς ἐπ' ἀκριβὲς πεπονημένα σπουδάσματα· ἐν οἷς &c. Hoc est: *Eodem tempore claruit etiam AFRICANVS, qui Libros, CESTORVM titulo inscriptos, composuit. Hujus extat Epistola ad Originem scripta, in quâ historiam Susannæ, quæ in Danielis Libro legitur, spuriam & commentitiam esse suspicatur. Ad quam Epistolam Origenes copiosissimè respondit. Ejusdem AFRICANI etiam alij quinque de Chronographiâ Libri ad nos pervenerunt, accuratissimè compositi; in quibus* &c. Item *Nicephorus Callisti* Historiæ Ecclesiasticæ lib. 5 cap. 21: Οὗτος δὲ ἸΟΥΛΙΟΣ ἈΦΡΙΚΑΝΟΣ καὶ τῶν ἐπιγραφομένων ΚΕΣΤΩΝ λόγων συγγραφεὺς ὢν, ἐπιστολὴν χεδιάσας ἔπεμπεν Ὠριγένει, τὴν κατὰ Σωσάνναν παρὰ τῷ Δανιὴλ ἱστορίαν, ὡς ἂν νόθον τῆς γραφῆς ἀποσειόμενος σύγγραμμα· πρὸς ἣν Ὠριγένης &c; hoc est: *Idem hic JVLIVS AFRICANVS, Librorum eorum, qui CESTI inscribuntur, autor existens, Epistolam scripsit ad Originem, in quâ historiam Susannæ apud Danielem velut suppostititiam reijcit. Ad quam Origines* &c. Idem confirmat *Photius* Patriarcha Constantinopolitanus, in recensione Codicis trigesimi quarti suæ Bibliothecæ sic scribens: Ἀνεγνώσθη ἈΦΡΙΚΑΝΟΥ Ἱστορικόν. οὗτός ἐστιν, ὁ καὶ τοὺς λεγομένους ΚΕΣΤΟΥΣ ἐν λόγοις συντάξας θ'. Hoc est: *Lectum est AFRICANI Opus Historicum; estque hic idem ille, qui etiam Libros novem, CESTOS inscriptos, composuit.* Ad quæ verba notandum est, vulgò quidem ibi apud *Photium* legi, *Africani Cestos* constitisse

Libris

Libris ιδ', hoc eſt, *quatuordecim;* ſed magis audiendos eſſe *Euſebium Pamphili* & *Georgium Syncellum*, apud quos non notis numerorum, quæ librariorum negligentiâ facillimè corrumpi poſſunt, ſed integrâ ſcripturâ legitur, *Ceſtos* illos fuiſſe Ἐννεάβιβλον, ſive, *Opus novem Librorum.* Minimè igitur dubium eſt, quin imperiti aut oſcitantes librarij literalem numeri novenarij notam θ', quâ ipſe *Photius* rectè uſus fuerat, nimis licentioſâ deſcriptione paulatim perperàm transformârint in ιδ'. Idem error deinde multo etiam magis auctus eſt apud *Suidam*, utpote ubi, propter longè pejorem mutationem numeri ιδ' in κδ', vulgò perperàm legitur *Africani Ceſtos* conſtitiſſe *Libris viginti quatuor:* ibidémque verum *Africani prænomen* Σέξτος ſive *Sextus* mendoſè & abſurdè mutatum eſt in falſum cognomen Σέκτος ſive *Sectus;* quod nonnulli (1) Viri docti, errorem errore cumulantes, pravâ emendatione mutandum cenſent in cognomen Κέστος ſive *Ceſtus*, quaſi *Africanus* ob *Ceſtorum* Libros agnominatus fuerit *Ceſtus*, & Κέστος idem ſit atque Κεστογράφος ſive *Ceſtorum Scriptor;* reclamante ipſo ab illis allegato *Clementis Alexandrini* exemplo, quia multùm inter ſe differunt ὁ στρωματεὺς, quo ſignificatur Liber multiplici variarum rerum cognitione refertus, & ὁ στρωματογράφος, quo ſignificatur hujuſmodi Libri autor. Ipſa igitur *Suidæ* verba, à jam memoratis mendis purgata, & priſtinæ integritati reſtituta, ſunt hæc: ἈΦΡΙΚΑΝΟ͂Σ, ὁ (2) ΣΕ͂ΞΤΟΣ χρηματίσας, Φιλόσοφος Λίβυς, ὁ τοὺς ΚΕΣΤΟΥ͂Σ γεγραφὼς ἐν βιβλίοις θ'. εἰσὶ δὲ οἱονεὶ φυσικὰ, ἔχοντα ἐκ λόγων τε καὶ ἐπαοιδῶν, καὶ γραπτῶν τινων χαρακτήρων, ἰάσεις τε καὶ ἀλλοίων ἐνεργειῶν δυνάμεις. κατὰ τούτου ἔγραψεν Ὠριγένης, ἔνστασιν ποιησάμενος περὶ τοῦ τῆς Σωσάννης βιβλίου τοῦ εἰς τὸν Δανιήλ. Hoc eſt: *AFRICANVS, prænomine SEXTVS, Philoſophus Libycus, qui CESTOS ſcripſit Libris NOVEM. Sunt autem ij quodammodo Phyſica volumina, quibus continentur curationes per certas verborum formulas, & incantamenta, & ſcriptos quoſdam characteres, atque aliarum ejus generis operationum potentiæ. Contra hunc ſcripſit Origenes, defendens libellum de Suſannâ, qui exſtat apud Danielem.* Hucuſque *Suidas*. Quod ſupereſt, minimè (3) illis aſſentior, qui contra ſuprà citata *Euſebij Pamphili, Georgij Syncelli, Photij, Nicephori* & *Suidæ* teſtimonia, *Sextum Julium Africanum*, qui

(1) *Vide* R. P. Philip. Labbei *Diſſertationem de Scriptoribus Eccleſiaſticis Tom.* 1 *pag.* 659, *& V. CL.* Henrici Valeſij *Annotat. in Hiſtor. Eccleſ. Euſebij Pamphili caput* 31 *Libri ſexti.*

(2) *Haud temerè* Suidas *prænomen* Sexti *hîc expreſsè indicat, ſed conſultò & de induſtriâ; nempe quia poſt hunc* Sextum Julium Africanum *ibidem deinceps agit de* Scipione Africano, *cui fuit prænomen* Publij. *Plura ejus generis exempla exſtant paſſim apud eundem Suidam.*

(3) *Vide* Joſephi Scaligeri *Notas & Animadverſiones in* Euſebij Pamphili Chronicon *pag.* 425 *&* 232, *atque* Henrici Valeſij *Annotationes in Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ejuſdem Euſebij caput* 31 *libri ſexti.*

qui *Cestos* scripsit, tùm à *Julio Africano*, qui *Chronologiam* & *de Historiâ Susannæ* scripsit, tùm à *Julio Africano*, cujus exstat *Liber de re militari*, diversum esse existimant, & hâc ratione *ex uno atque eodem Sexto Julio Africano tres diversos Africanos* faciunt. Argumenta enim, quibus id persuadere conantur, nimis imbecilla sunt, & nullo nituntur firmo fundamento, quia ex (1) suprà citatis *Eusebij* verbis: Ἀφρικανοῦ πρεσβευσαμένου, hoc est, *Africano legationem gerente*, (1) Vide suprà pag. 198. non potest certò colligi, patriam Africani fuisse *Emauntem*, nec ex eo, quod *Cestorum Libris* multa ad *Magiam naturalem* pertinentia inserta fuerint, necessariò sequitur, autorem eorum fuisse *gentilem*.

Quintò, & quidem à fol. 168 pag. 1 usque ad fol. 195 pag. 2, *Imp. Constantini Porphyrogeniti Liber Tacticus*, *terrâ marique pugnantium ordinationem continens*; cujus titulus & principium: Κωνσταντίνου Βασιλέως Κωνσταντινουπόλεως βιβλίον τακτικὸν, τάξιν περιέχον τῶν κατὰ θάλατταν καὶ γῆν μαχομένων. Ὑπολαμβάνω χρήσιμον εἶναι τὸ μνημονεῦσαι εἰς ὀλίγον περὶ τῆς ἀρχαίας ἐξοπλίσεως τῶν πεζῶν καὶ τῶν καβαλλαρίων, καθὼς Αἰλιανὸς &c; finis autem: ἐποίησε τοῦτο οὕτω, καὶ λαμπρὰ πολλὰ, καὶ - - - -. Sequitur deinde *Sambuci* manu hæc subscriptio: *Desunt paucula, nec usquam reperiri potuere diligenter perquirenti.* Hoc igitur est illud ipsum Exemplar manuscriptum, ex quo *Joannes Meursius* inter *Imp. Constantini Porphyrogeniti* Opera, Lugduni Batavorum typis Elzevirianis A. 1617 græcè & latinè in octavo edita, *Librum* hunc *Tacticum* primus edidit, sed tantùm *græcè*, & similiter in fine *imperfectè*. Quamvis enim ibi in titulo Libri latino *Joannes Meursius* scribat, se illum è *Codice Bibliothecæ Palatinæ* edere, in fine tamen ejusdem Libri ipsa rei veritas eundem cogit fateri, gloriam hanc potiùs deberi *Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ*, utpote ex cujus Codice *Codex Palatinus* descriptus fuerit. Ipsa *Meursij* verba sunt hæc: *Hîc desinebat Codex Palatinus, qui descriptus erat ex altero è Bibliothecâ Viennensi Cæsaris.* Hæc ibi ipse *Meursius*. Neque verò mirum id cuiquam videbitur, qui Libri *primi* horum Commentariorum paginâ quinquagesimâ quintâ legerit, *Jano Grutero*, Bibliothecæ Palatinæ Heidelbergensis Præfecto, magnam ac singularem amicitiam cum Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ Præfectis *Hugone Blotio* & *Sebastiano Tengnagelio* intercessisse. Huc quoque pertinet fragmentum *Epistolæ Tengnageliana* ad R. P. *Jacobum Gretserum* S. I. paginâ sexagesimâ secundâ ejusdem Libri primi, ubi versu nono & decimo tertio duæ voces *Palatinæ* & *Bavariam* consultò omissæ, & loca vacua lineolis notata sunt.

Sextò, & quidem à fol. 196 pag. 1 usque ad fol. 250 pag. 1, *Heronis Junioris*, (1) qui sub *Imp. Heraclio* floruit, *Excerpta Instructionum militarium*; quorum titulus & principium: Ἥρωνος παρεκβολαὶ ἐκ τῶν στρατηγικῶν παρατάξεων, περὶ τοῦ ὁποῖον εἶναι δεῖ τὸν στρατηγόν. Ὅτι ἐπιμελητικὸν, καὶ ὀξὺν, καὶ ἀνδρεῖον, καὶ εὐεργετικὸν, καὶ πρὸς τοὺς κινδύνους μὴ ὀκνοῦντα μηδὲ καταπίπτοντα, καὶ σπουδάζοντα ἐπιμελῶς τὸν Θεὸν θεραπεύειν διά τε δικαιοσύνης καὶ τῶν ἀγαθῶν πράξεων· ἀλλὰ καὶ τὰς ἡδονὰς ἐπέχοντα, καὶ &c. Meminit quidem horum *Excerptorum*, tanquam hactenùs ineditorum, V. CL. *Nicolaus Rigaltius* in Glossario Tactico græco-barbaro, sed attribuit is ea perperàm *Julio Africano*, de cujus *Cestorum* Libris suprà actum est num. 4.

(1) Vide suprà pag. 188.

Septimò, & quidem à fol. 251 pag. 1 usque ad fol. 286 pag. 2, ejusdem *Heronis Junioris Excerpta de tolerandâ & repellendâ obsidione*; quorum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ, ὅπως χρὴ τὸν τῆς πολιορκουμένης πόλεως στρατηγὸν πρὸς τὴν πολιορκίαν ἀπαντᾶν, καὶ οἵοις ἐπιτηδεύμασι ταῦτα ἀποκρούεσθαι. Ὅτι οὐ δεῖ ἀπαγορεύειν τὸν πολιορκούμενον, κἂν χρόνιοι πολὺν ἀπειλῇ ἡ πολιορκία. ἢ γὰρ οὐχ' ὁμονοήσουσιν αἱ τῶν ἐχθρῶν δυνάμεις πρὸς ἑαυτὰς, ἢ περισπασμοί τινες περιπέσοιεν κατὰ τὴν τῶν ἐχθρῶν χώραν &c.

Octavò, & quidem à fol. 287 pag. 1 usque ad fol. 371 pag. 1, *Nicephori, Imperatoris Constantinopolitani, Liber de Re militari, in Capita quinquaginta quinque divisus*; cujus *Prooemium* inscribitur atque incipit his verbis: Περὶ παραδρομῆς πολέμου, τοῦ κυροῦ Νικηφόρου τοῦ βασιλέως. Τὴν τῆς παραδρομῆς μέθοδον παραδοῦναι βουλόμενοι, εἰ τάχα καὶ κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν μὴ χρειώδης ἐστὶν εἰς τὰ τῆς ἕω μέρη, ἅτε Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν τὸ πολὺ τῆς καθ' ἡμῶν δυναμέως καὶ ἰσχύος τῶν τοῦ Ἰσμαὴλ ἐκγόνων ἀμβλύναντος καὶ τὰς ἐφόδους αὐτῶν ἀναχαιτίσαντος, ἀλλ' οὖν ἵνα μὴ τὴν λήθην καὶ ἄγνοιαν ἐπεισαγαγὼν ὁ χρόνος, φθείρῃ τὸ ταύτης ἐπωφελὲς &c. *Primi* autem *Capitis* titulus cum principio est talis: Περὶ βίγλης, καὶ πόσον διάστημα ὀφείλουσιν ἀπ' ἀλλήλων μία ἑκάστη διΐστασθαι. Τοὺς τῶν μεγάλων ἀκριτικῶν θεμάτων τὴν πρόνοιαν ἀναδεχομένους, καὶ ὑπὸ τὴν αὐτῶν ἐπικράτειαν τὰς κλεισούρας ἔχοντας, πάσῃ μηχανῇ καὶ προθέσει καὶ ἀγρύπνῳ ἐπιμελείᾳ προσήκει σπουδάζειν καὶ ἀγωνίζεσθαι τὰς τῶν Ῥωμαίων χώρας διαφυλάττειν τῆς τῶν πολεμίων ἐπιδρομῆς, ἀσινεῖς καὶ ἀνεπηρεάστους βιγλάτορας ἐφιστῶντας ῥωμαλαίους καὶ ἐπιτηδείους, καὶ τὰς ὁδοὺς εἰς ἄκρον ἐπισταμένους, &c.

Citatur

Citatur quidem hic Liber, tanquam hactenus ineditus, sæpissimè à *Joanne Meursio* in Glossario Græco-barbaro, & ibidem quoque *Imperatori Nicephoro* attribuitur: sed, ut verùm fatear, mihi de eo nondum satis liquet; ideóque, donec ipse certiùs quid indagavero, considerandam hîc exhibeo Viris doctis eam *Præfationis* partem, quæ ob ipsius *Imperatoris Nicephori* in eâ mentionem diversos mihi injecit scrupulos. Ipsa illa verba sunt hæc: Ταύτην τὴν μέθοδον (1) ΒΑΡΔΑΣ ὁ μακαρίτης Καῖσαρ, ὅσα ἐμὲ γινώσκειν εἰς ἄκρον κατώρθωκε, καὶ παντελῶς ἀφανισθεῖσαν ἀνενεώσατο, ἵνα μὴ τῶν τῶν στρατηγῶν ἀπαριθμῶμαι καθ' ἕκαστον, μόνους δὲ τῶν πᾶσι γνωρίμους καὶ καθ' ἡμᾶς· ὃς ἐν τοῖς γειτονοῦσι τῷ Ταρσῷ θέματι, τῇ τε Καππαδοκίᾳ, καὶ τῷ ἀνατολικῷ στρατηγῷ, μυριάκις τὰς τῶν Ταρσέων καὶ λοιπῶν Κιλίκων δυνάμεις ἐτραυμάτισε, καὶ μέγιστα κατ' αὐτῶν ἀνεστήσατο τρόπαια. παρ' οὗ καὶ ἩΜΕΙΣ ταύτην γυμνασθέντες τὴν μέθοδον, τὴν ταύτης κἂν ποσῶς παρειλήφαμεν πεῖραν. πρὸς τούτῳ καὶ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ Πατρίκιος, ᾧ ΜΕΛΕΙΝΟΣ ἡ ἐπίκλησις, χρόνους πλείστους Καππαδοκῶν στρατηγήσας, καὶ ταύτην συνεργὸν ἔχων, οὐκ ἐλάχιστα ἀπειργάσατο κατορθώματα. σὺν τούτοις καὶ ὁ κύριος ΝΙΚΗΦΟΡΟΣ ὁ ἀοίδιμος Βασιλεὺς ταύτην ἀκριβῶς μετῆλθεν, ὃς δίπου στρατηγῶν, καὶ ταύτῃ χρώμενος, πάμπολλα καὶ ἀξιάγαστα ἔργα πεποίηκε, μυριάκις ὡς εἰπεῖν τῶν πολεμίους τρεψάμενος, καὶ μέγιστα τούτων στρατεύματα κατακόψας· οὗ τὰς ἀριστείας, καθ' ὃν ἐστρατήγει καιρὸν, συγγράφειν ἢ ἀπαριθμεῖσθαι ὀχληρὸν ἔσται τοῖς ἐντυγχάνουσι, διά τε τὸ ὑπερβάλλον πλῆθος καὶ τὸ πᾶσα πολλῶν γινώσκεσθαι· ὃς ταύτην ἔργῳ μεμαθηκὼς, εὔχρηστον οὖσαν, ἐγγράφως πρὸς κοινὴν λυσιτέλειαν, ὅπως δεῖ χρῆσθαι ταύτῃ, ἐξέθετο, ΚΑΜΟΙ παρηγγύησε, καθ' ὅσον οἷόν τε, ἀκριβῶς περὶ αὐτῆς συγγράψαι, καὶ παραδοῦναι τοῖς καθεξῆς· μὴ μόνον τὸ περὶ ταύτης τοῦ τῇ ἕω προσηκούσης, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ τῇ ἑσπέρῳ ὠφελίμως καθεστηκυίας, διὰ τὸ &c.

(1) *Vide Annalium* Joannis Zonaræ *Tomum tertium, ubi agitur de Imperio* Michaelis Methystæ *sive* Ebriosi.

CXII.

Centesimus duodecimus (2) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, constatque *folijs quinquaginta*. Continentur eo hæc:

(2) *Fuit is olim extra numerum.*

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 36 pag. 2, *Heronis Alexandrini Belopœetica cum elegantibus Figuris coloratis*; quorum principium: Τῆς ἐν φιλοσοφίᾳ διατριβῆς τὸ μέγιστον καὶ ἀναγκαιότατον

τον μέρος &c. Plura de ijs vide suprà pag. 196 in recensione Codicis CXmi, num. 5, & Codicis CXImi, num. 1.

Secundò, & quidem à fol. 37 pag. 1 usque ad fol. 50 pag. 1, *Michaelis Pselli Liber de Chrysopœiâ, sive, de Arte conficiendi Auri, ad* (1) *Michaelem Cerularium, Patriarcham Constantinopolitanum*; cujus titulus & principium: Τοῦ λογιωτάτου καὶ πανσόφου ὑπερτίμου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ περὶ Χρυσοποιίας πρὸς τὸν Πατριάρχην κύριον Μιχαήλ. Ὁρᾷς ὁ ἐμὸς δυνάστης, ὃ μὴ ποιεῖς, ἡ τῆς ἐμῆς ψυχῆς τυραννίς. ἀπὸ τοῦ τῆς φιλοσοφίας μεγέθους, ἐπὶ τὴν ἔμπυρον μεταβιβάζων τέχνην, &c. Meminit hujus Opusculi doctissimus *Gerardus Joannes Vossius* in Libro singulari de Philosophiâ, cap. 12 § 36, his verbis: *Idem Michael Psellus* περὶ χρυσοποιίας, *sive, de conficiendo Auro Librum misit ad Michaelem Cerularium, Patriarcham Constantinopolitanum. Eum inter Græcos Codices repertum, ac manu suâ descriptum, Lilius Gyraldus cum Epigrammate, quo Opus id commendaret, Joanni Pico Mirandulano misit; ut ipse Lilius testatur dialogismo VIII. Atque hinc est, quod crebrò ejus Operis mentio fiat à Joanne Pico Mirandulano in Libris de Auro, ac præcipuè lib. 11 Democriticæ & Abderiticæ sectæ cap. 11.* Hæc *Vossius*. Plura de *Chrysopœiâ*, & de varijs antiquis Græcis Chrysopœiæ Scriptoribus hactenùs ineditis, vide Libri *sexti* horum Commentariorum Parte secundâ in fine.

(1) *Plura de eo vide Lib. III horum Commentar. pag. 253.*

CXIII.

Centesimus decimus tertius (2) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *folio*, constàtque folijs *quadraginta septem*. Continentur eo hæc:

(2) *Fuit is olim extra numerum.*

Primò, & quidem à fol. 3 pag. 1 usque ad fol. 16 pag. 1, *Heronis Alexandrini Belopœetica*, quorum principium: Τῆς ἐν φιλοσοφίᾳ διατριβῆς τὸ μέγιστον καὶ ἀναγκαιότατον μέρος &c; *cum Appendice de Manuballistræ Constructione, & Fragmentis duobus de Campestribus & Camario:* de quibus omnibus licet in proximè præcedentibus tribus Codicibus CXmo, CXImo & CXIImo jam uberiùs actum sit, in præsenti tamen Codice CXIIItio illud speciatim ac singulariter notandum est, quòd ibi in fine jam memoratorum Opusculorum, nempe fol. 16 pag. 1, hæc legitur æquè antiquâ manu exarata subscriptio: Τέλος τῶν ἈΡΧΙΜΗΔΟΥΣ Βελοποιϊκῶν, τῶν ἐξηγηθέντων παρὰ ἩΡΩΝΟΣ ΚΤΗΣΙΒΙΟΥ. Hoc est: *Finis ARCHIMEDIS Belopœicorum, expositorum ab HERONE CTESIBII.*

Hinc

Hinc nimirùm apparet, *Heronis Alexandrini Belopœetica* seu *Belopœica* ipsi etiam *Archimedi Syracusano* olim fuisse attributa, & *Heronem Alexandrinum* eorundem *Explanatorem* potiùs fuisse habitum, quàm *Autorem*. Præterea quoque hinc patet *Heronem Alexandrinum* fuisse cognominatum *Ctesibij*, subaudito videlicet *discipulum*; quia nempe discipulus fuit istius *Ctesibij Alexandrini*, Machinarum pneumaticarum & Organorum hydraulicorum inventoris, sub Rege Ægypti *Ptolemæo Euergete II* florentis, cujus *Vitruvius* lib. 9 cap. 9, *Plinius* lib. 7 cap. 37, & *Athenæus Deipnosophista* lib. 4 mentionem faciunt. Consule etiam *Heronis Vitam*, conscriptam à *Bernardino Baldo Vrbinate*, qui eadem *Belopoeica*, ut jam (1) aliàs uberiùs indicavi, Augustæ Vindelicorum græcè & latinè edidit, & quidem sub eodem titulo, Ἥρωνος Κτησιβίου. Errant igitur, qui *Heronem* illum appellant *Heronem Ctesibium*, cùm reverà appellandus sit *Hero Ctesibij*; similiter nempe ac Historiæ Ecclesiasticæ Scriptor *Eusebius* non est vocandus *Eusebius Pamphilus*, sed *Eusebius Pamphili*, ob singularem videlicet amicitiam cum *S. Pamphilo*, Ecclesiæ Cæsariensis Presbytero & Martyre.

(1) *Vide suprà pag. 196.*

Secundò, & quidem à fol. 17 pag. 1 usque ad fol. 26 pag. 2, ut & fol. 1 & 2, & à fol. 34 pag. 1 usque ad fol. 39 pag. 1, *Heronis Alexandrini Pneumatica*; quorum titulus & principium: Ἀρχὴ τῶν πνευματικῶν τοῦ Ἥρωνος. Τῆς πνευματικῆς πραγματείας σπουδῆς ἠξιωμένης περὶ τῶν παλαιῶν φιλοσόφων τε καὶ μηχανικῶν, &c. Plura de ijsdem vide suprà pag. 194 in recensione Codicis CXmi, num. 1.

Tertiò, & quidem à fol. 28 pag. 1 usque ad fol. 30 pag. 1, *Athenæi*, Mechanici celeberrimi, qui *Archimedi Syracusano* fuit synchronus, *Liber de Machinis bellicis ad Marcum Marcellum*, Syracusanæ Vrbis expugnatorem, *cum Figuris*, sed principio ac fine mutilus. Quamvis enim is ibi inscribatur atque incipiat his verbis: Ἀθηναίου περὶ μηχανημάτων. Ὁ μὲν μηχανικὸς Ἀγησίστρατος ἀναγκαιότατον μὲν εἶναι ἀποφαίνεται, ἐμπειρίαν γραμμῶν ἔχειν τοὺς τὰ μηχανικὰ μεταχειρίζεσθαι θέλοντας. οὕτω γὰρ τὰ πρὸς πολιορκίαν &c; hoc tamen non est verum istius Libri principium, sed supposititium. Deest enim *Procemij ad Marcellum* pars prior integri ferè folij usque ad hæc verba: διὸ ὅσα περιεγνώκαμεν τοῦ μηχανικοῦ Ἀγησιστράτου περὶ αὐτῶν, διέξιμεν. ἀναγκαιότατον μὲν οὖν ἀποφαίνεται, ἐμπειρίαν γραμμῶν ἔχειν. οὕτω γὰρ τὰ πρὸς πολιορκίαν &c. Ob defectum igitur veri principij, quod in

in recensione proximè sequentis Codicis CXIVti indicabitur, interpolavit nescio quis proximè citata *Athenæi* genuina verba, eáque satis absurdè transformata, Lectoribus ignaris pro vero principio obtrudere ausus est.

Quartò, & quidem à fol. 30 pag. 2 usque ad fol, 33 pag. 2, *Bitonis Liber de constructione Instrumentorum bellicorum & catapultariorum cum Figuris;* cujus titulus & principium: Βίτωνος κατασκευαὶ πολεμικῶν ὀργάνων καὶ καταπαλτικῶν. Λιθοβόλου ὀργάνου κατασκευὴν ἐπιβέβλημαι γράψαι ὦ πάλαι Βασιλεῦ, καὶ μὴ σκόψης &c. Meminit hujus Libri *Gerardus Joannes Vossius* in Libro de Scientijs Mathematicis, cap. 48 § 22 his verbis: *Etiam in Bibliothecis publicis, ac quorundam privatis, supersunt BITONIS* (1) Παρασκευαὶ πολεμικῶν ὀργάνων καὶ (2) καταπελτισῶν, *hoc est, Præparationes Instrumentorum militarium, déque catapultarijs. Bitonem hunc advocat Hesychius:* Σαμβύκη, οὐ μόνον τὸ μουσικὸν ὄργανον, οὗ μέμνηται Ἰόβας, ἀλλὰ καὶ πολιορκητικὸν, οὗ ΒΙΤΩΝ. *Hoc est: Sambuca non solùm est instrumentum musicum, quod memorat Juba; sed etiam obsidionale, cujus meminit BITON. Opusculum suum inscripsit* τῷ πάλαι Βασιλεῖ, *hoc est, quondam Regi. Num iste Dionysius, Siciliæ tyrannus, & Corinthi exulans? Potuit hoc illi dicare, spe bonâ, hanc Poliorceticam disciplinam fore illi utilem ad Regnum recuperandum. Neque obstat, quod Biton meminerit Posidonij mechanici, quem ait Alexandro Magno fabricâsse Helepolim. Dum enim Dionysius Corinthi versaretur, multa jam bella gesserat Alexander. Et quoscunque memorat Bito, vel ætate Alexandri, vel anteà, vixere. Sed cum librarij illud,* ὦ πάλαι Βασιλεῦ, *non assequerentur, variè immutârunt. Fortasse autem Biton* ἁπλῶς *scripserat* Βασιλεῖ, *non* πάλαι Βασιλεῖ, *quod fuerit à librarijs vel ejusdem, vel proximi temporis. Nec enim absurdè credamus, voluisse affectum suum erga Regem, jam ejectum Regno, commonstrare Opere aliquo, quod ad recuperandum Regnum ei posset inservire. De obsidionalibus Instrumentis agere, satis indicat inscriptio; ut inter alia, de machinis ac scalis, quæ conducunt Vrbem obsidentibus.* Hæc *Vossius*. Quibus aliquamdiu diligenter consideratis, animadverti tandem, vocem πάλαι non esse rejicendam ut superfluam, sed in eâ latitare inverteratum aliquod mendum nominis proprij istius Regis, cui *Biton* illud Opus dedicaverat, eúmque non fuisse *Dionysium Juniorem, Siciliæ tyrannum, Corinthi exulantem*, sed

(1) Παρασκευαὶ *perperàm pro* κατασκευαί. (2) Καταπελτισῶν *perperàm pro* καταπελτικῶν. *Ut enim promiscuè dicitur* καταπέλτης *&* καταπάλτης, *sic quoque* καταπελτικὸς *&* καταπαλτικός.

sed (1) *Attalum, primum ejus nominis Pergami Regem*, ingenti clade, quâ *Gallos* in Asiâ affecit, & per occasionem belli intestini inter duos fratres Syriæ Reges Seleucum Callinicum & Antiochum Hieracem, se mutuò atterentes, Regni sui non parvâ augmentatione perceleberm, ac *Romanorum* contra *Philippum* penultimum Macedoniæ Regem, atq; alios hostes, socium fidissimum, qui anno ante Æram Christianam centesimo nonagesimo septimo obijt. Hanc enim notitiam debemus *Heroni Juniori*; quippe qui in Libri de Machinis bellicis, suprà jam sæpius citati, Procemio, secundùm latinâ *Francisci Barocij* versionem, *Apollodori, Athenæi, & Bitonis*, eorumque, quibus illi Opera sua Mechanica dedicârunt, expresè ac nominatim meminit his verbis: *Quemadmodum ea, quæ ab APOLLODORO ad ADRIANVM Imperatorem obsidionales Machinæ constructæ fuerunt; & ea, quæ ab ATHENÆO ad MARCELLVM ex* (2) *Agesistrati & aliorum Sapientum compositionibus ad obsidionem exposita sunt Commentaria; nec non, quæ à BITONE ad ATTALVM de constructione bellicorum Instrumentorum ex diversis antiquioribus Mechanicis collecta fuere Iaculatoria;* &c; Minimè igitur dubium est, quin in suprà exhibito *Bitonis* Procemio, pro ὦ πάλαι Βασιλεῦ, ab ipso *Bitone* scriptum fuerit ὦ ἌΤΤΑΛΕ Βασιλεῦ, eáque vera ac genuina lectio usque ad *Imp. Heraclij* quidem tempora, quibus *Hero Junior* floruit, incorrupta permanserit; posteà autem, negligentiâ describentium aut imperitiâ, per duarum literarum ΤΤ pravam mutationem in unicam literam Π, ex ἌΤΤΑΛΕ perperàm sit factum ἌΠΑΛΕ, & porrò, per elisionem primæ literæ Α, cum proximè præcedenti particulâ ὦ concurrentis, ΠΑΛΕ; ac denique Viri quidam docti, emendandæ hujus incognitæ & absurdæ vocis causâ, mutâverint ΠΑΛΕ in ΠΆΛΑΙ, hoc est, olim sive quondam; alij verò in ΠΆΛΛΑ, ut perspicuè legitur in proximè sequenti Codice CXIVto, quasi Πάλλα sive *Palla* sit vocativus nominis proprij Πάλλας sive *Pallas*, & *Biton* Opus suum dedicaverit *Regi* cuidam, nomine *PALLANTI*. Ejusdem *Bitonis* meminit quoque *Claudius Ælianus* capite primo Tacticorum, sive, Libri de Aciebus ordinandis: sed ibi vulgò pro Βίτων perperàm legitur Βίων; nec audiendus est *Theodorus Gaza*, qui ibidem pro Βίων legendum censet Βρύων. Consule etiam *Nicolai Rigaltij* eruditissimas Notas ad *Onosandri Strategicum*; utpote quibus non solum ex suprà memorato *Bitonis* Libro, verùm etiam ex *Athenæi* & aliorum veterum Autorum hactenùs ineditis Scriptis Mechanicis nonnulla satis magna

(1) *Genealogiam hujus Attali vide Prodromi mei Historiæ Literariæ lib. 2 cap. 15. pag. 228. & apud Vbbonem Emmium in Chronologiâ Regum Pergamenorum pag. 137.*

(2) *Perperàm ibi legitur Angisistrati.*

magna fragmenta, cum antiquis quibusdam *Figuris* ligno incisis, tanquam specimina integrorum Operum, inserta sunt.

Quintò, & quidem à fol. 40 pag. 1 usque ad fol. 47 pag. 2, *Imp. Leonis Philosophi seu Sapientis Tactica*, sive, *Liber de re militari*; qui absque *Proœmio* incipit his verbis: Τακτικὴ ἐστιν ἐπιστήμη πολεμικῶν κινήσεων· κινήσεις δὲ πολεμικαὶ δύο· &c. Posterior autem Libri pars plusquam dimidia deest. Vide *Joannis Meursij* editionem græcolatinam Lugduno-Batavam anni 1612 in quarto, & Libri *sexti* horum Commentariorum Partem secundam pag. 120 & 121 in recensione Codicis manuscripti Medici Græci XXVIti, num. 10 & 11.

CXIV.

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

(2) *Vide Lib. 1 horum Commentar. pag. 67, 68, 69.*

Centesimus decimus quartus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & valdè elegans in *folio*, constátque foliis *trecentis viginti novem*, & ad celeberrimam instructissimámque (2) *Bibliothecam Fuggerianam*, quæ A.C. 1656 *Augustâ Vindelicorum* in *Augustissimam Bibliothecam Cæsaream Vindobonensem* translata est, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 8 pag. 1, *Athenæi Mechanici, qui Archimedi fuit synchronus, Liber de Machinis bellicis ad M. Marcellum, Syracusarum anno ante Æram Christianam ducentesimo duodecimo expugnatorem, cum elegantissimis Figuris coloratis*; cujus titulus & principium: Ἀθηναίου περὶ μηχανημάτων. Ὅσον ἐφικτὸν μὲν ἀνθρώπῳ τὸν ὑπὲρ μηχανικῆς ποιεῖσθαι λόγους, ὦ σεμνότατε ΜΑΡΚΕΛΛΕ, ἐμνήσθην τοῦ Δελφικοῦ παραγγέλματος, ὡς ἔστι θεῖον τι τὸ ὑπομιμνῆσκον ἡμᾶς, χρόνου φείδεσθαι &c. Idem hujus Libri principium exhibet quidem etiam doctissimus *Gerardus Joannes Vossius* cap. 48 de Scientijs Mathematicis § 7; sed culpâ mendosi ac mutili Codicis, quo is usus est, legitur ibi perperàm hoc modo: Ὅτι μὲν ἀνθρώπῳ τὸν ὑπὲρ &c. Minimè porrò audiendus est *Isaacus Casaubonus*, qui *in Notis ad Trebellij Pollionis Gallienos duos* scribit, Apollodorum hunc videri illum ipsum esse, cujus jam memoratus *Trebellius* meminit his verbis: *Inter hæc Scythæ per Euxinum navigantes, Istrum ingressi, multa gravia in solo Romano fecerunt. Quibus compertis, Gallienus Cleodamum & ATHENÆUM Byzantios instaurandis Urbibus muniendisque præfecit.* Inter *duos* enim illos *Athenæos*, quorum alter *M. Marcello* Librum suum de Machinis bellicis dedicavit, alter autem sub *Imp. Gallieno* claruit, intercesserunt integri *anni quadringenti septuaginta novem*, si tempus supputetur ab

expugnatione Vrbis Syracuſanæ per *M. Marcellum* uſque ad *Imp. Gallieni* interitum.

Secundò, & quidem à fol. 8 pag. 1 uſque ad fol. 14 pag. 1, *Bitonis Liber de conſtructione Inſtrumentorum bellicorum & catapultariorum ad Attalum, primum ejus nominis Pergami Regem*; cujus principium: Λιθοβόλου ὀργάνου κατασκευὴν ἐπιβέβλημαι γράψαι, ὦ Πάλλα Βασιλεῦ, καὶ μὴ σκόψῃς &c. Sed, ut ſuprà in recenſione Codicis CXIIItij, num. 4, jam fuſiùs monui, pro, ὦ ΠΑΛΛΑ Βασιλεῦ, legendum ibi eſt, ὦ ἌΤΤΑΛΕ Βασιλεῦ.

Tertiò, & quidem à fol. 14 pag. 1 uſque ad fol. 16 pag. 1, *Heronis Alexandrini Manuballiſtræ conſtructio & ſymmetria, cum duplici Appendice de Campeſtribus & Camario*; cujus principium: Γεγονέτωσαν κανόνες δύο &c. Plura de eâdem vide ſuprà in recenſione Codicis CXmi, num. 3.

Quartò, & quidem à fol. 16 pag. 1 uſque ad fol. 26 pag. 2, *Heronis Alexandrini Belopœetica*, quorum titulus & principium: Ἥρωνος Κτησιβίου Βελοποιϊκά. Τῆς ἐν φιλοσοφίᾳ διατριβῆς &c. Plura de ijſdem vide ſuprà in recenſione Codicis CXmi, num. 5, Codicis CXImi, num. 1, Codicis CXIImi, num. 1, & Codicis CXIIItij, num. 1.

Quintò, & quidem à fol. 27 pag. 2 uſque ad fol. 69 pag. 1, *Apollodori Architecti Poliorcetica ad Imp. Hadrianum*; quorum titulus & principium: Ἐκ τῶν Ἀπολλοδώρου πολιορκητικά. Ἀνέγνων σου, Δέσποτα, τὴν περὶ τῶν μηχανημάτων ἐπιστολὴν, καὶ μακάριος ἐγενόμην, ὅτι με κοινωνῆσαι ταύτης σου τῆς φροντίδος ἄξιον ἔκρινας. ποιήσας οὖν ὑποδείγματά τινα πρὸς πολιορκίαν εὐχερῆ τε, ἔπεμψα &c. Eadem Poliorcetica exſtant etiam ſuprà in Codice CXImo, num. 2. Meminit hujus *Apollodori Hero Junior* in Proœmio Libri de Machinis bellicis, ut ſuprà pag. 193 & 207 videre eſt. Quibus duobus *Heronis* teſtimonijs alia duo nunc addo *Ælij Spartiani* & *Dionis Caſſij*; quorum primus in Vitâ *Imp. Hadriani* mentionem facit *Apollodori* his verbis: *Et cum hoc ſimulacrum* (nempe Coloſſum) *poſt Neronis vultum, cui anteà dicatum fuerat, Soli conſecrâſſet, aliud tale, APOLLODORO Architecto autore, facere Lunæ molitus eſt.* *Dio* autem *Caſſius* ejuſdem *Apollodori* opera architectonica, variámque fortunam ſub *Impp. Trajano* & *Hadriano*, atque indignum interitum, Hiſtoriæ Romanæ lib. 69, pag. 788, 789 & 790 editionis græco-latinæ Leunclavianæ, eleganter & accuratè memorat hoc modo: Ἦν δὲ ἈΔΡΙΑ-

ΝΟΣ, γενόμενος μὲν Ἀδριανοῦ Ἄφρου υἱὸς, φύσει δὲ φιλόλογος ἐν ἑκατέρᾳ τῇ γλώσσῃ καί τινα πεζὰ καὶ ἐν ἔπεσι ποιήματα παντοδαπὰ καταλέλοιπε. φιλοτιμία τε γὰρ ἀπλήστῳ ἐχρῆτο, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ τἆλλα πάντα καὶ τὰ βραχύτατα ἐπετήδευε. καὶ γὰρ ἔπλαστε καὶ ἔγραφε, καὶ οὐδὲν ὅ, τι οὐκ εἰρηνικὸν, καὶ πολεμικὸν, καὶ βασιλικὸν, καὶ ἰδιωτικὸν εἰδέναι ἔλεγεν. ἐκ τούτου καὶ τῶν ἔν τινι προεχόντων πολλοὺς μὲν καθεῖλε, συχνοὺς δὲ καὶ ἀπώλεσε, βουλόμενος πάντων ἐν πᾶσι περιεῖναι· κἀκ τούτου καὶ τὸν Φαβωρῖνον τὸν Γαλάτην, τόν τε Διονύσιον τὸν Μιλήσιον, τοὺς σοφιστὰς, καταλύειν ἐπεχείρει, τῷ τοὺς ἀνταγωνιστὰς σφῶν ἐξαίρειν. ὅτε Διονύσιος πρὸς τὸν αὐτοῦ ἴδιον Ἡλιόδωρον, τὸν τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ διάγοντα, εἰπεῖν λέγεται, ὅτι Καῖσαρ χρήματα μέν σοι καὶ τιμὴν δοῦναι δύναται, ῥήτορα δὲ σε ποιῆσαι οὐ δύναται. καὶ ὁ Φαβωρῖνος μέλλων παρ' αὐτῷ περὶ τῆς ἀτελείας, ἣν ἐν τῇ πατρίδι ἔχειν ἠξίου, δικάσασθαι, ὑποτοπήσας καὶ ἐλαττωθήσεσθαι καὶ προσυβρισθήσεσθαι, ἐσῆλθε μὲν ἐς τὸ δικαστήριον, εἶπε δὲ οὐδὲν ἄλλο, ἢ ὅτι, ὁ διδάσκαλός μου ὄναρ τῆς νυκτὸς ταύτης ἐπιστάς μοι, ἐκέλευσε λειτουργεῖν τῇ πατρίδι, ὡς καὶ ἐν ἐκείνῃ γεγεννημένον. Ἀδριανὸς δὲ τούτων μὲν, καίπερ ἀχθεσθεὶς σφίσιν, ἐφείσατο, μηδεμίαν εὔλογον ὀλέθρου κατ' αὐτῶν ἀφορμὴν λαβών. τὸν ἈΠΟΛΛΟΔΩΡΟΝ τὸν ἀρχιτέκτονα, τὸν τὴν ἀγορὰν, καὶ τὸ ᾠδεῖον, τό, τε γυμνάσιον, τὰ τοῦ ΤΡΑΙΑΝΟΥ ποιήματα, ἐν τῇ Ῥώμῃ κατασκευάσαντα, τὸ μὲν πρῶτον ἐφυγάδευσεν, ἔπειτα δὲ καὶ ἀπέκτεινε, λόγῳ μὲν ὡς πλημμελήσαντά τι. τὸ δὲ ἀληθὲς, ὅτι τοῦ Τραϊανοῦ κοινουμένου τι αὐτῷ περὶ τῶν ἔργων, εἶπε τῷ Ἀδριανῷ, παραλαλήσαντί τι, ὅτι Ἄπελθε καὶ τὰς κολοκύνθας γράφε· τούτων γὰρ οὐδὲν ἐπίστασαι. ἐτύγχανε δὲ ἄρα τότε ἐκεῖνος τοιούτῳ τινὶ γράμματι σεμνυνόμενος. αὐτοκρατορεύσας οὖν, τότε ἐμνησικάκησε, καὶ τὴν παρρησίαν αὐτοῦ οὐκ ἤνεγκεν. αὐτὸς μὲν γὰρ τοῦ τῆς Ἀφροδίτης τῆς τε Ῥώμης ναοῦ τὸ διάγραμμα αὐτῷ πέμψας, δι' ἔνδειξιν ὅτι καὶ ἄνευ ἐκείνου μέγα ἔργον γίγνεσθαι δύναται, ἤρετο εἰ εὖ ἔχοι τὸ κατασκεύασμα. ὁ δὲ ἀντεπέστειλε περί τε τοῦ ναοῦ, καὶ ὅτι καὶ μετέωρον αὐτὸν καὶ ὑπεκκεκενωμένον γενέσθαι ἐχρῆν, ἵν' ἔς τε τὴν ἱερὰν ὁδὸν ἐκφανέστερος ἐξ ὑψηλοτέρου εἴη, καὶ ἐς τὸ κοῖλον τὰ μηχανήματα ἐσδέχοιτο, ὥστε καὶ ἀφανῶς συμπήγνυσθαι, καὶ ἐξ οὐ προειδότος εἰς τὸ θέατρον εἰσάγεσθαι· καὶ περὶ τῶν ἀγαλμάτων, ὅτι μείζονα ἢ κατὰ τὸ τοῦ ὕψους τοῦ μεγάλου λόγον ἐποιήθη. ἂν γὰρ αἱ θεαὶ, ἔφη, ἐξαναστῆναί τε καὶ ἐξελθεῖν ἐθελήσωσιν, οὐ δυνήσονται.

ταῦτα

ταῦτα γὰρ ἀντικρὺς αὐτοῦ γράψαντος, καὶ ἠγανάκτησε καὶ ὑπερήλγησεν, ὅτι καὶ ἐς ἀδιόρθωτον ἁμαρτίαν ἐπεπτώκει· καὶ οὔτε τὴν ὀργὴν οὔτε τὴν λύπην κατέσχεν, ἀλλ' ἐφόνευσεν αὐτόν. Hoc est: *HADRIANVS, quod ad genus pertinet, fuit Hadriani Afri filius; naturâ autem philologus sive eloquentiæ & variæ eruditionis studiosus in utrâque lingua, Græcâ videlicet & Latinâ; ideoque & solutâ oratione quadam, & versibus omnigena Opera reliquit. Erat enim gloriæ cupidissimus, eâmque ob causam cæteris quoque vel minimis rebus operam dedit. Nam & statuas fecit, & tabulas pinxit, nec quidquam eorum, quæ ad pacis bellique tempora, quæque tùm ad Imperatoriam, tùm ad privatam vitam pertinent, se ignorare professus est; multósque propterea, quod in aliquâ arte aut facultate excellerent, oppressit, & non paucos quoque sustulit, cupiens scilicet in omnibus ipse omnibus antecellere. Hinc etiam Favorinum Gallum & Dionysium Milesium, Sophistas, subvertere conatus est, dum adversarios eorum extolleret. Dionysius quidem Heliodoro, Magistro epistolarum ipsius ita fertur dixisse: Cæsar tribuere tibi honores, & largiri pecuniam potest, Oratorem verò te facere non potest. Favorinus autem, cùm causam immunitatis, quam habere in patriâ volebat, apud Hadrianum agere statuisset, veritúsque esset, ne causâ caderet, atque insuper contumeliâ afficeretur, postquam in jus venit, nihil dixit, quàm præceptorem suum eâ nocte sibi in somnis adstitisse, monuisséque, ne in patriâ, in quâ natus esset, obire publica munera gravaretur. Hadrianus utrique, quamvis graviter iratus esset, tamen ignoscendum putavit, propterea quod idoneam causam ad mortem ijs afferendam non haberet. APOLLODORVM verò Architectum, qui Forum, & Odeum, & Gymnasium, opera Trajani, Romæ fecerat, primùm exsilio, deinde etiam morte mulctavit, prætextu quidem, ac si aliquid deliquisset, re verâ autem, quòd olim, cùm Trajanus cum APOLLODORO de jam memoratis Operibus colloqueretur, & Hadrianus isti sermoni aliquid inepte immisceret, APOLLODORVS ipsi responderit: Abi, & cucurbitas pinge; hæc enim prorsùs ignoras. Hadrianus enim tùm fortè tali picturâ se jactabat. Postquam igitur Imperium adeptus est, memor veteris injuriæ, libertatem ejus in dicendo non pertulit, sed formam Templi Veneris & ipsius Romæ ad eum misit, ut magnum opus absque ejus operâ fieri posse ostenderet: quæsívitque ex eo, num id Templum benè ac rectè ædificatum videretur. Is verò rescripsit, quod ad ipsum Templum attineret, altius illud multóque amplius fieri oportuisse, quo magis & propter altitudinem in Viam sacram emineret, & propter amplitudinem machinas*

reciperet, quæ clam in eo compactæ, de improviso in theatrum perducerentur; Simulacra autem majora facta esse, quàm ratio altitudinis amplitudinisque Templi pateretur. Etenim, inquit, si Deæ surgere, atque inde exire voluerint, non poterunt. Quæ cùm APOLLODORVS apertè rescripsisset, Hadrianus irâ incitatus, magnum animo dolorem cepit, propterea quòd commisisset errorem, quem jam corrigere ampliùs non poterat, ideóque & iræ & dolori indulgens, illum eam ob causam interfici jussit. Hucusque *Dio Cassius.*

Sextò, & quidem à fol. 69 pag. 1 usque ad fol. 86 pag. 1, *Philonis Byzantij Liber de fabricâ turrium, murorum, aliarúmque munitionum, & de obsidione tùm tolerandâ, tùm faciendâ;* cujus principium: Φίλων Ἀρίστῳ χαίρειν. Πρῶτον μὲν δεῖ τοὺς οἰκοδομοῦντας πύργους &c. Plura de eodem Libro vide suprà in recensione Codicis CXImi, num. 3; sed ibi pro Ἀρίστῳ rectiùs legitur Ἀρίστωνι.

Septimò, & quidem à fol. 86 pag. 2 usque ad fol. 122 pag. 1, *ex Sexti Julij Africani Cestorum Enneabiblo Liber de re militari*, cujus principium: Κατὰ λόγον, ἢ εἱμαρμένην, ἢ τύχην, αἱ τῶν πραγμάτων ἐκβάσεις, ἐπιγοναὶ καὶ φθοραί &c. Κεφάλαιον α΄ περὶ ὁπλίσεως. Καλὸν δὲ ἐν πᾶσι καὶ πολέμων εἰδέναι. πολλάκις γὰρ &c. Plura de eodem Libro vide suprà in recensione Codicis CXImi, num. 4.

Octavò, & quidem à fol. 122 pag. 2 usque ad fol. 141 pag. 2, *Heronis Junioris Excerpta de tolerandâ & repellendâ obsidione*, quæ sine ullâ *Heronis* mentione inscribuntur atque incipiunt hoc modo: Ὅπως χρὴ τὸν τῆς πολιορκουμένης πόλεως στρατηγὸν πρὸς τὴν πολιορκίαν αὐτοῦ τάττεσθαι, καὶ οἵοις ἐπιτηδεύμασι ταύτην ἀποκρούεσθαι. Ὅτι οὐ δεῖ ἀπαγορεύειν τὸν πολιορκούμενον, κἂν χρόνον πολὺν &c. Plura vide suprà in recensione Codicis CXImi, num. 7.

Nonò, & quidem à fol. 142 pag. 1 usque ad fol. 173 pag. 1, *Heronis Junioris Excerpta Instructionum militarium*, quæ sine ullâ *Heronis* mentione inscribuntur atque incipiunt hoc modo: Παρεκβολαὶ ἐκ τῶν στρατηγικῶν παρατάξεων. Περὶ τοῦ ὁποῖον εἶναι δεῖ τὸν στρατηγόν. Ὅτι ἐπιμελητὴν, καὶ ἐξὺν, καὶ ἀνδρεῖον, καὶ εὐεργετικὸν, &c. Plura vide suprà in recensione Codicis CXImi, num. 6. Eadem Excerpta tribuit V. CL. *Nicolaus Rigaltius* in Glossario suo Tactico mixo-barbaro perperàm *Julio Africano*, quia in Codice manuscripto, quo is usus est, itidem ferè ut in præsenti Codice manuscripto *Cæsareo, Sexti Julij Africani Cestorum Libro de re militari* jam memorata *Heronis Junioris Excerpta militaria*, sed absque expresso *Heronis* nomine, subjuncta reperit.

Decimò,

Decimò, & quidem à fol. 173 pag. 2 usque ad fol. 298 pag. 2, *Imp. Leonis Philosophi Tactica*, sive, *Liber de re militari*; cujus titulus & principium: ΛΕΌΝΤΟΣ ἐν Χριστῷ Αὐτοκράτορος τῶν ἐν πολέμοις τακτικῶν σύντομος παράδοσις. Οὐ βασιλικὴ δορυφορία, καὶ ἐξουσία, οὐ τῆς ἐξουσίας δυναστεία καὶ περιουσία, οὐ τῆς περιουσίας ἐπίδειξις καὶ ἀπόλαυσις, οὐδὲ ὅσα τῶν ἐν ἀνθρώποις ἐπιθυμητῶν καὶ τιμίων τὴν ἡμετέραν οὕτως εὐφραίνει βασιλείαν, ὡς ἡ τῶν ὑπηκόων εἰρήνη καὶ εὐημερία, καὶ τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ἡ δι' αὐτῶν ἐπὶ τὸ κρεῖττον κατάστασις. ὥσπερ τὸ ἐναντίον &c. Hoc est: (1) *Neque Imperatoria Stipatio & Libertas, neque Libertatis Potentia & Divitiæ, neque Divitiarum Splendor atque Fruitio, neque alia omnia, quæ hominibus expetenda, & honorata sunt, Majestatem Nostram perinde oblectat, atque subditorum nostrorum Pax & Tranquillitas, & per illas Reipublicæ nostræ pacifica & tranquilla constitutio. Quemadmodum è contrario* &c. Plura vide suprà in recensione Codicis CXIIItij num. 5. Differt autem hoc exemplar manuscriptum non mediocriter ab editione græco-latinâ *Meursianâ*, cujus ibidem mentio facta est.

(1) *Confer cum hac versione meâ versionem* Joannis Checi, *à* Joanne Meursio *cum contextu græco editam Lugduni Batavorum A. 1612 in quarto.*

Undecimò, & quidem à fol. 299 pag. 1 usque ad fol. 329 pag. 2, *Imp. Nicephori Liber de re militari*; cujus titulus & principium: Περὶ παραδρομῆς τοῦ κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Βασιλέως. Τὴν τῆς παραδρομῆς μέθοδον παραδοῦναι βουλόμενοι, &c. Plura vide suprà in recensione Codicis CXImi, num. 8.

CXV.

Centesimus decimus quintus (2) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *membranaceus* pervetustus & optimæ notæ in *quarto*, constátque folijs *ducentis quadraginta novem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo *Imp.* (3) *Leonis Philosophi Tactica*, sive, *Liber de re militari cum antiquis Scholijs græcis marginalibus*; nec dubium videtur, quin ipso *Imp. Leonis* ævo præstantissimus hic Codex exaratus sit. In principio ejus unum deest folium, &, quod nunc primum folium est, incipit his *Proœmij* verbis: - - - (4) δι' αὐτῆς ἡ Ῥωμαίων πάλαι πολιτεία εὐμοίρησεν, &c. In fine autem pertingit hic Codex usque ad *paragraphi 45 Capitis vigesimi* hæc verba: (5) καὶ τὸ εἴδωσιν ὡς ἐὰν μὴ στερεῶς αὐτὴ - - -. Reliqua enim injuriâ temporis perierunt. Edidit hæc *Tactica* primus græcè *Joannes Meursius* Lugduni Batavorum A. 1612 in quarto, cum adjunctâ *Jo-*

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* centesimus decimus nonus.

(3) *Cepit is imperare A.C. 886, & A. 911 obiit.*

(4) *Vide editionem græco-latinam Meursianam pag. 7.*

(5) *Vide suprà citatam editionem Meursianam pag. 364.*

Joannis Checi è Codice Anglicano versione latinâ, usus ad eam editionem adornandam *tribus Codicibus*, ut ipse in Præfatione ad Lectorem scribit, *imperfectis*, uno nempe *Bibliothecæ Regiæ Parisinæ*, altero *Bibliothecæ Electoralis Palatinæ*, tertio *Bibliothecæ privatæ Joannis Pistorij*; antiquissimus autem hic & eximius Codex manuscriptus Cæsareus fuit illi prorsus incognitus, ideóque valdè necessarium est, ut tota illa editio cum eo diligentissimè conferatur. Exempli gratiâ, in Proœmio editionis Meursianæ legitur ita: Ταῖς γὰρ ἀρχαίαις καὶ ταῖς νεωτέραις στρατηγικαῖς τε καὶ τακτικαῖς φιλοπόνως ἐντυχόντες μεθόδοις, καὶ τὰς ἄλλας ἱστορίας ἀνερευνήσαντες, καὶ εἴ τι χρήσιμον ἔδοξε τῶν ἐν πολέμοις ἀναγκαίων ἐκεῖθεν ἐπιλεξάμενοι, καὶ ὅσα δι' ὀλίγης πείρας ἐπὶ τῶν ἔργων αὐτῶν ἀνεμάθομεν &c. In præstantissimo autem hoc Codice manuscripto *Cæsareo* exstat idem locus melior ac perfectior hoc modo: Ταῖς γὰρ ἀρχαίαις καὶ δὴ καὶ ταῖς νεωτέραις στρατηγικαῖς τε καὶ τακτικαῖς ἐμφιλοχωρήσαντες μεθόδοις, καὶ ταῖς ἄλλαις καταλογάδην ἐντυχόντες ἱστορίαις, καὶ εἴ τι κατὰ χεῖρας ἔδοξε χρήσιμον τῶν ἐν πολέμοις ἀναγκαίων ἐκεῖθεν ἀναλεξάμενοι, καὶ οἷον ἐρανισάμενοι, ὅσα καὶ διὰ μετρίας πείρας ἐπὶ τῶν ἔργων αὐτῶν ἀνεμάθομεν &c. Vt etiam sciatur, quorum Rei militaris Scriptorum Strategicas & Tacticas Methodos *Imp. Leo* præcipuè innuat, adscriptum ibidem in margine est *majusculis literis* hoc *Scholion*: ἈΡΡΙΑΝΟΥ͂, ἈΙΛΙΑΝΟΥ͂, ΠΈΛΟΠΟΣ, ὈΝΗΣΆΝΔΡΟΥ, ΜΗΝΑ͂, ΠΟΛΥΑΊΝΟΥ, ΣΥΡΙΑΝΟΥ͂, ΠΛΟΥΤΆΡΧΟΥ.

CXVI.

Centesimus decimus sextus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *octavo*, constátque folijs *septuaginta duobus*, & ad V. CL *Sebastianum Ericium*, Patricium Venetum, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo *ex Imp. Leonis Philosophi* suprà memoratis *Tacticis*, sive, *Libro de re militari Caput decimum septimum & decimum octavum*, quorum *primum* sine ullâ Autoris mentione inscribitur atque incipit hoc modo: Πολεμικῶν παρασκευῶν διάταξις περὶ ἐφόδων ἀδοκήτων. (2) Ἀρχαῖός τις διδάσκει λόγος ἡμᾶς, ὅνπερ καὶ οἱ μάλιστα συνετώτεροι τῶν στρατηγῶν &c; *alterum* autem sine ullâ inscriptione sive lemmate incipit his verbis: (3) Τοσαῦτα μὲν οὖν εἰρήσθω καὶ περὶ τούτων· ἑξῆς δὲ καὶ διαφόρων παρατάξεων &c.

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

(2) *Vide suprà citatam editionem græco-latinam Meursianam pag.* 246.

(3) *Vide jam citatam editionem pag.* 276.

CXVII.

CXVII.

Centesimus decimus septimus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *folio*, constátque folijs *ducentis quinquaginta sex*, & ad V.CL. (2) *Sebastianum Ericium*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(1) *Fuit & olim extra numerum.*

(2) *Vide Lib. V horum Commentar. Appendicem pag. 414, & suprà pag. 17 & 37.*

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 58 pag. 2, *Aristidis Quintiliani Libri tres de Musicâ ad Eusebium & Florentium, amicos suos & familiares*; quorum primus inscribitur atque incipit his verbis: Ἀριστείδου τοῦ Κοιντιλιανοῦ περὶ μουσικῆς βιβλίον πρῶτον. Ἀεὶ μὲν ἐμοὶ θαυμάζειν ἔπεισιν, ὦ τιμιώτατοί μοι ἑταῖροι Εὐσέβιε καὶ Φλωρέντιε, τὴν τῶν παλαιῶν φιλοσόφων περὶ ἅπαν μάθημα σπουδὴν, καὶ ὡς τὰ μὲν αὐτοὶ παρ' αὐτοῖς ἀνευρίσκοντες, τὰ δὲ &c.; secundus: Τὸ δὲ μετὰ τοῦτο δεόντως ἂν ἐπισκεψώμεθα, πότερον δυνατὸν παιδεύειν διὰ μουσικῆς· ἢ &c; tertius: Τὰ μὲν δὴ παιδείας τε πέρι καὶ χρήσεως τῆς κατὰ μουσικὴν τόδε ἡμῖν ἐχέτω τέλος· τἀντεῦθεν δή μοι περὶ τῆς φυσικῶς ἂν κατὰ ταύτην ῥηθησομένων ὁ λόγος &c.

Secundò, & quidem à fol. 59 pag. 1 usque ad fol. 251 pag. 2, *Jamblichi Chalcidensis ex Cœle-Syriâ, Philosophi Platonici, Libri quatuor de Sectâ Pythagoricâ*, quorum titulus generalis est hic: Ἰαμβλίχου Χαλκιδέως λόγοι περὶ τῆς Πυθαγορικῆς αἱρέσεως. πρῶτος, περὶ τοῦ Πυθαγορικοῦ βίου· δεύτερος, προτρεπτικὸς εἰς φιλοσοφίαν· τρίτος, περὶ τῆς κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης· τέταρτος, περὶ τῆς Νικομάχου ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς, ἥτις περιέχει καὶ περὶ ἀριθμητικῆς ἐπιστήμης, καὶ περὶ γεωμετρίας, καὶ περὶ μουσικῆς τῆς περὶ Πυθαγορείοις. Hoc est: *Jamblichi Chalcidensis Libri quatuor de Pythagoricâ Sectâ: quorum primo agitur de Pythagoricâ Vitâ; secundo continetur Exhortatio ad Philosophiam; tertio agitur de communi Mathematicâ scientiâ; quarto agitur de Nicomachi Arithmeticâ Introductione, quæ & scientiam Arithmeticam, & Geometriam, & Musicam Pythagoricam complectitur.* Sequitur deinde *Index triginta quinque Capitum*, in quæ *Liber primus* divisus est, eoq; finito, inscribitur atque incipit ipse *Liber primus* hoc modo: Ἰαμβλίχου Χαλκιδέως τῆς Κοίλης Συρίας περὶ τοῦ Πυθαγορείου βίου λόγος πρῶτος. Ἐπὶ πάσης μὲν φιλοσοφίας ὁρμῇ Θεὸν δήπου παρακαλεῖν ἔθος ἅπασι τοῖς γε σώφροσιν· ἐπὶ δὲ τῇ τοῦ θείου Πυθαγόρου &c. Hinc porrò sequitur *Liber secundus*, in *Capita viginti unum* divisus, cujus titulus & principium: Ἰαμβλίχου Χαλκι-

Χαλκιδέως τῆς Κοίλης Συρίας Πυθαγορείων ὑπομνημάτων περιεχόντων τοὺς προτρεπτικοὺς λόγους εἰς φιλοσοφίαν λόγος δεύτερος. Περὶ μὲν Πυθαγόρου, καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν βίου, τῶν τε Πυθαγορικῶν ἀνδρῶν, τὰ σύμμετρα ἐν τοῖς περὶ τούτων εἰρήκαμεν. ἀρχόμεθα δὲ τὸ λοιπὸν αὐτῆς τῆς αἱρέσεως &c. Succedit deinde *Liber tertius*, in *Capita triginta quinq;* divisus, quorum *Index* præfixus inscribitur atque incipit hoc modo: Θαυμαστὸν ἐξήνεγκε τοῦτον τὸν λόγον, γέμοντα πάσης γνωστικῆς θεωρίας, καὶ δείξεων ἔχοντα πίστεις εὐτόνους. Κεφάλαια τοῦ τρίτου λόγου. Κεφάλαιον α΄. Τίς ἡ πρόθεσις τοῦ παρόντος βιβλίου ὅλη, καί τινες οἱ ὑπ' αὐτὴν μερικοὶ σκοποί, καὶ ποσαχῶς, καὶ εἰς τίνα διαιρούμενοι, πόθεν τε ἔχοντες τὰς πρώτας αἰτίας τῆς οἰκείας ἐπισκέψεως, καὶ ἀπὸ ποίας οὐσίας. Κεφάλαιον β΄. Τίς ἡ κοινὴ θεωρία περὶ τῶν μαθημάτων ὅλων, καὶ περὶ τῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης· ὁπόθεν τε αὐτήν, καὶ ἀπὸ τίνων τῶν ὅρων αὐτῆς ληπτέον· πόσην τε ἔχει τὴν διάστασιν, &c. Quo finito *Indice*, inscribitur atque incipit ipse *Liber tertius* hoc modo: Ἰαμβλίχου Χαλκιδέως τῆς Κοίλης Συρίας περὶ κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης λόγος τρίτος. Ἡ μὲν πρόθεσις τῆς παρούσης ἐπισκέψεως τὴν κοινὴν βούλεται τῶν μαθημάτων θεωρίαν παραδεῖξαι, &c. *Quartus* denique *Liber*, in nulla Capita divisus, inscribitur atque incipit his verbis: Ἰαμβλίχου Χαλκιδέως τῆς Κοίλης Συρίας περὶ τῆς Νικομάχου ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς, ἥτις περιέχει τῆς ἁπλῶς μαθηματικῆς διδασκαλικῶς τοὺς ἀρχικοὺς λόγους. Ἀρχόμενοι τοῦ ἰδίου λόγου περὶ τῶν ἐν μέρεσι διωρισμένων μαθημάτων, ἀπὸ τῆς ἀριθμητικῆς ἀρχόμεθα, αὕτη γὰρ φύσει πρεσβυτέραν ἔχει τὴν θεωρίαν, &c. Ex hisce quatuor Libris *priores duos* primus græcè cum latinâ versione suâ in lucem edidit *Joannes Arcerius Frisius* typis Commelinianis A. 1598 in quarto, sed, ut ipse in Præfatione ad Lectorem, Castigationibus & Notis suis præfixâ, ingenuè fatetur, ex unico tantùm Codice manuscripto Eminentissimi Cardinalis *Antonij Perrenotti Granvellani*, ideóque multis locis mendosè & imperfectè; potéstque ea editio ope hujus Codicis manuscripti Cæsarei passim emendari & suppleri, ut cuivis primo intuitu videre licet, si ea tantum loca obiter inspiciat, quæ *Theodorus Canterus* per *variantes lectiones ex Bibliothecâ Vaticanâ* descriptas emendavit & supplevit. Eædem enim etiam exstant in hoc Codice manuscripto *Cæsareo*. Quod porrò ad *tertium* eorundem quatuor Librorum attinet, is, quantum quidem mihi cognitum est, nec græcè nec latinè hactenùs unquam editus est. *Quartum* autem, quo agitur

de

de (1) *Nicomachi Geraseni Arithmeticâ Introductione*, primus græcè cum versione latinâ & Notis suis publicavit doctissimus *Samuel Tennulius* Daventriæ A. 1668 in quarto, & quidem ex quatuor diversis Codicibus manuscriptis, nempe Bibliothecæ *Vaticanæ*, Bibliothecæ *Regiæ* Parisinæ, Bibliothecæ *Memmianæ* Parisinæ, & Bibliothecæ *Claromontanæ* Parisinæ RR. Patrum Societatis Jesu. Idem quoque *Tennulius* in principio suprà memoratarum Notarum promisit, se etiam *tertium Jamblichi Librum de communi Mathematicâ scientiâ* propediem in lucem prolaturum; sed utrum hoc jam factum sit, nec ne, mihi incompertum est.

(1) Vide suprà pag. 94.

Tertiò, & quidem à fol. 252 pag. 1 usque ad fol. 258 pag. 2, *Aristotelis Liber de insecabilibus lineis*; cujus titulus & principium: Ἆρά γε εἰσὶν ἄτομοι γραμμαὶ, καὶ ὅλως ἐν ἅπασι &c. Plura de eodem Libro vide suprà pag. 93 in recensione Codicis Lmi, num. 2, & pag. 101 in recensione Codicis LVIti, num. 8.

CXVIII.

Centesimus decimus octavus (2) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, constátque foliis *centum septuaginta sex*. Continetur eo *Porphyrii Expositio in Harmonicorum Ptolemæi Librum primum & secundum*; quæ quatenus ad *Librum primum* pertinet, inscribitur atque incipit his verbis: Ἐξήγησις Πορφυρίου εἰς τὰ ἁρμονικὰ Πτολεμαίου. Ὑπόμνημα πρῶτον. Πολλῶν αἱρέσεων οὐσῶν ἐν Μουσικῇ περὶ τοῦ ἡρμοσμένου, ὦ Εὐδόξιε, δύο πρωτεύειν ἄν τις ὑπολάβοι, τήν τε Πυθαγόρειον καὶ τὴν Ἀριστοξένειον &c. Plura de his *Porphyrii in Ptolemæi Harmonica Commentariis* vide suprà pag. 87, 88, 94 & 95, in recensione Codicis XXXVIIIvi, num. 15, & Codicis LImi, num. 4.

(2) Fuit à olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos centesimus quinquagesimus sextus.

CXIX.

Centesimus decimus nonus (3) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *folio*, constátque foliis *centum & novem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 81 pag. 1, *Porphyrii Expositio in Harmonica Ptolemæi*; cujus titulus & principium: Πορφυρίου εἰς τὰ ἁρμονικὰ Πτολεμαίου ὑπόμνημα. Πολλῶν αἱρέσεων οὐσῶν ἐν μουσικῇ περὶ τοῦ ἡρμοσμένου, ὦ Εὐδόξιε, &c. Plura vide in recensione proximè præcedentis Codicis CXVIIIvi.

(3) Fuit à olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos centesimus quinquagesimus septimus.

Secundò, & quidem à fol. 81 pag. 1 usque ad fol. 169 pag. 2,

Plutarchi Liber de Musicâ, cujus titulus & principium: Πλυτάρχυ περὶ μυσικῆς. Ἡ μὲν Φωκίωνος τοῦ χρηστοῦ γυνὴ κόσμον αὐτῆς ἔλεγεν εἶναι τὰ Φωκίωνος στρατηγήματα· ἐγὼ δὲ &c. Vide *Operum Plutarchi* editionem græco-latinam Francofurtensem Wechelianam anni 1620 in folio Tom. II pag. 1131.

CXX.

(1) Fuit is olim extra numerum.

Centesimus vigesimus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, constátque folijs *quadringentis quinquaginta novem*, & ad celeberrimam instructissimámque *Bibliothecam Fuggerianam*, quæ A. C. 1656 Augustâ Vindelicorum in *Augustissimam Bibliothecam Cæsaream Vindobonensem* translata est, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 úsque ad fol. 238 pag. 1, *Manuelis Bryennij Harmonicorum Libri tres;* quorum *primus*, in Τμήματα sive Sectiones novem divisus, inscribitur atque incipit his verbis: Μανυὴλ Βρυεννίυ ἁρμονικῶν βιβλίον α. Τμῆμα πρῶτον. Ἐπειδήπερ ὁ χρόνος καὶ τὴν ἁρμονικὴν ἐπιστήμην, ταύτην οὕτω φύσει καλὴν καὶ τιμίαν ὑπάρχουσαν, &c; *secundus*, in Τμήματα sive Sectiones quindecim divisus: Βιβλίον δεύτερον. Τμῆμα πρῶτον περὶ τῶν πεντεκαίδεκα ἁρμονιῶν λόγων, καὶ τῶν τὰ σύμφωνα περιεχόντων συστήματα. Ἐπειδὴ περὶ τῶν θεωρουμένων μερῶν ἐν τῇ ὀργάνυ αἰσθητῇ ἁρμονίᾳ &c; *tertius*, in Τμήματα sive Sectiones undecim divisus: Βιβλίον τρίτον. Τμῆμα πρῶτον περὶ τῆς ἐν τῷ ὀργάνῳ τάξεως καὶ κατασκευῆς τῶν προδιειλημμένων ὀκτὼ τόνων. Διαλαβόντες συντόμως, καθάπερ ὁ διηκριβωμένος ἀπῄτει λόγος, &c. Vide etiam suprà pag. 77, 78, & 95. Ijdem *tres Libri* exstant in *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ manuscripti* etiam *latinè;* interprete *Antonio de Albertis*, ut posthac, volente Deo, accuratiùs indicabo, cum in Continuatione horum Commentariorum pervenero ad Codices manuscriptos *Philosophicos Latinos;* utpote inter quos ille, cujus in præsens obiter memini, secundùm antiquum numerum est *septuagesimus tertius.*

Secundò, & quidem à fol. 239 pag. 1 usque ad fol. 459 pag. 1, *Porphyrij Expositio in Harmonicorum Ptolemæi Librum primum & secundum,* itidem ut suprà in Codice CXVIIIvo.

CXXI.

(2) Fuit is olim extra numerum.

Centesimus vigesimus primus (2) Codex manuscriptus *Philosophicus*

phicus Græcus eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, conſtátque folijs *centum & octo*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 48 pag. 1, *Nicomachi Geraſeni, Philoſophi Pythagorici, Enchiridion Harmonices, in duos Libros diviſum*, quorum *primus* inſcribitur atque incipit his verbis: Νικομάχου Γερασηνοῦ, Πυθαγορικοῦ, ἁρμονικῆς ἐγχειρίδιον. Βιβλίον α΄. Κεφάλαια τῶν ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ. Κεφάλαιον α΄ Ὅτι τὸ βιβλίον ἐγχειρίδιόν ἐστιν ὑπόμνημα τῆς ἁρμονικῆς στοιχειώσεως. Κεφάλαιον β΄ Περὶ τῶν δύο τῆς φωνῆς εἰδῶν &c. Προοίμιον. Εἰ καὶ πολλοὺς καθ' ἑαυτὸν καὶ δυσπερίληπτος ἐστὶ συμπεριληφθῆναι ὑπομνήματι περὶ τοῖς ἁρμονικοῖς στοιχείοις &c; *ſecundus* autem: Νικομάχου Γερασηνοῦ, Πυθαγορικοῦ, ἁρμονικὸν ἐγχειρίδιον. Βιβλίον α΄ Τὴν λύραν τὴν ἐκ τῆς χελώνης φασὶ τὸν Ἑρμῆν εὑρηκέναι, καὶ &c. De eodem *Nicomacho* vide plura ſuprà pag. 94, & apud *Ger. Joan. Voſſium* cap. 22 de Scientijs Mathematicis § 4.

Secundò, & quidem à fol. 49 pag. 1 uſque ad fol. 82 pag. 2, *Gaudentij Philoſophi Introductio Harmonica;* cujus titulus & principium: Γαυδεντίου Φιλοσόφου ἁρμονικὴ εἰσαγωγή. Φθέγγομαι ξυνετοῖσι, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι, τῶν ἁρμονικῶν λόγων ἀπείρων, δικαίως ἂν τις προοιμιάσαιτο. εἰσὶ μὲν γὰρ &c. Meminit hujus *Gaudentij Caſſiodorus* in principio Libri de Muſicâ his verbis: *GAUDENTIUS quidam de Muſicâ ſcribens, Pythagoram dicit hujus rei inveniſſe primordia ex malleorum ſonitu & chordarum extenſione percuſsâ. Quam amicus noſter Vir diſertiſſimus MUTIANUS tranſtulit in latinum, ut ingenium ejus aſſumpti operis qualitas indagaret.* Hæc *Caſſiodorus*.

Tertiò, & quidem à fol. 87 pag. 1 uſque ad fol. 108 pag. 1, *Autolyci*, qui *Ariſtoteli Stagiritæ* ſeculo ante Chriſtum quarto fuit ſynchronus, *Liber de Sphærâ, quæ movetur;* cujus titulus & principium: Αὐτολύκου περὶ κινουμένης σφαίρας. Ὁμαλῶς λέγεται φέρεσθαι σημεῖα, ὅταν ἐν ἴσῳ χρόνῳ ἴσα τε ἢ καὶ ὅμοια μεγέθη διεξέρχεται. Ἐὰν ᾖ ἐπί τινος γραμμῆς &c. Ediderunt hunc *Autolyci Librum*, *Franciſcus Maurolycus Siculus*, Abbas Meſſanenſis, Meſſanæ typis Petri Spiræ A. 1558 in folio, & *Joſephus Auria Neapolitanus* Romæ apud hæredes Antonij Bladij, impreſſores Camerales, A. 1587 in quarto; ſed uterq; tantùm latinè. Plura de ætate & ſcriptis *Autolyci* vide apud *Ger. Joan. Voſſium* cap. 33 de Scientijs Mathematicis § 14; ubi tamen *Maurolycianæ* editionis nulla fit mentio.

CXXII.

Centesimus vigesimus secundus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque folijs *quadringentis nonaginta tribus*. Continetur eo Τῦ Μαΐστωρ⊕ κυρῦ Ἰωάννυ τῦ (2) Κυκυζέλη Τέχνη ψαλτικὴ κ̀ σημάδια ψαλτικὰ μετὰ πάσης χειρονομίας καὶ συνθέσεως, sive, *Magistri Joannis Cucuzelæ Ars psaltica cum varijs Canticorum exemplis & adjunctis antiquis Notis Musicis*. Plura de hoc *Joanne Cucuzele* vide Libri *quinti* horum Commentariorum pag. 273 in recensione Codicis manuscripti Theologici Græci CCCVIIIvi.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducentesimus vigesimus sextus.

(2) *Ita in hoc Codice scriptum est; nempe* Κυκυζέλυ *per* ε *in penultimâ syllabâ, non autem, ut in alijs nonnullis Codicibus*, Κυκυζήλη *per* η.

CXXIII.

Centesimus vigesimus tertius (3) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *octavo*, constátque folijs *centum octoginta quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continetur eo eadem *Magistri Joannis Cucuzelæ Ars psaltica cum varijs Canticorum exemplis & adjunctis antiquis Notis Musicis*, quæ exstat in proximè præcedenti Codice CXXIIdo.

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centesimus nonagesimus.

CXXIV.

Centesimus vigesimus quartus (4) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque folijs *octoginta duobus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continetur eo *Cleomedis*, qui sub *Imp. Theodosio Juniore* circa annum Christi 427 claruisse creditur, *Sphæra*, sive, *Circularis Meteororum Inspectio*, *in duos Libros divisa*, quorum *primus* inscribitur atque incipit his verbis: Κλεομήδυς κυκλικῆς θεωρίας μετεώρων α΄ περὶ κόσμυ. Τοῦ κόσμυ πολλαχῶς λεγομένυ, ὁ νῦν ἡμῖν ἐνεστηκὼς λόγ⊕ περὶ τῦ κατὰ τὴν διακόσμησιν ἐστιν, ὃν ὁρίζονται ὕτως. κόσμ⊕ ἐστὶ σύστημα ἐξ ὐρανῦ κ̀ γῆς, κ̀ τῶν ἐν τύτῳ φύσεων. ὗτ⊕ δὲ &c. Plura de hoc *Cleomede* & jam memorati Opusculi diversis editionibus vide apud *Ger. Joan. Vossium* cap. 33 de Scientijs Mathematicis § 24.

(4) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* centesimus quinquagesimus nonus.

CXXV.

Centesimus vigesimus quintus (5) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & elegans in *folio*, constátque nunc folijs *ducentis viginti uno*, & unus est ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ ipsius Bibliothecâ avulsos, *Sebastianus Tengnagelius* redemit, & *Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ* legavit. Continentur eo hæc:

(5) *Fuit is olim extra numerum.*

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 8 pag. 2, *ex Procli Lycij, Diadochi Platonici, Hypotypoſi Aſtronomicarum Hypotheſium Capita duo*, quorum *primum de Aſtrolabij conſtructione & uſu* inſcribitur atque incipit his verbis: Περὶ ἀστρολάβου χρήσεως καὶ κατασκευῆς. Ἐπειδὴ καὶ πρὸς τὰς τῆς σελήνης τηρήσεις, καὶ πρὸς τὰς τῶν ἀπλανῶν, ὄργανον χρήσιμον ὁ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ ἐν τῷ (1) πέμπτῳ τῆς συντάξεως ἐκδέδωκε, λέγω δὲ τὸν διὰ τῶν ἑπτὰ κύκλων ἈΣΤΡΟΛΑΒΟΝ, ἐκθήσομαί (2) ΣΟΙ καὶ τὴν τούτου κατασκευὴν, καὶ τὴν χρῆσιν, ὡς οἷόν τε σαφέστατα. διαφέρει μὲν οὖν τὸ μετεωροσκοπεῖον τοῦ ἀστρολάβου τούτου, καθ' ὅσον &c; alterum autem: Ἐπανάληψις τῆς ὅλης πραγματείας. Ἐπειδὴ δὲ ἡμεῖς ἐν προοιμίοις εἴπομεν, ἀπὸ τίνων μάλιστα προήχθησαν οἱ τῶν τοιούτων φιλοθεάμονες εἰς τὰς τούτων ζητήσεις, φέρε πρὸς ἕκαστα &c. Plura de eodem *Procli* Libro vide in recenſione proximè ſequentis Codicis CXXVIti, num. 2.

Secundò, & quidem à fol. 9 pag. 1 uſque ad fol. 11 pag. 1, *Michaelis Pſelli Libellus admirabilium Lectionum Medico-Phyſicarum*; cujus titulus & principium: Περὶ παραδόξων ἀναγνωσμάτων, τοῦ Ψελλοῦ. Μηδὲ καινῶν ἀναγνωσμάτων εἴης ἀνήκοος. ἴσθι τοιγαροῦν, ὡς ὁ Ἐπιμενίδειος (3) ἄλιμος μίγμα ἐστὶν ἀσφοδέλου ξηροῦ καὶ μαλάχης ῥίζης, καὶ σησάμης πεπλυμένης, μήκωνός τε λευκῆς, σκίλλης τε ὠμῆς τοῦ ξανθῆς· καὶ ὁ λαμβάνων τοῦτο, ἄσιτος ἐφ' ἡμέρας πολλὰς διαμετρήσειεν ἀλυπότατος. Τὸ ἐντεῦθες συγκείμενόν ἐστιν ἐξ ἱππομανοῦς τοῦ φυτοῦ &c. Eſt certè totus hic Libellus publicâ luce digniſſimus, ut qualitercunque apparet ex ipſo ejus principio, quippe quod valdè notabile eſt propter *Epimenideos trochiſcos alimos*, ſive, *Epimenideos paſtillos contra famem*; quorum uſus olim frequentiſſimus fuit in obſidionibus urbium, ut teſtatur *Hero Junior* in Proœmio Libri de Machinis bellicis, ſecundùm (4) latinam *Franciſci Barocij* verſionem, his verbis: *Quapropter ut neque in pacifico ſtatu, neque inſtante bello, vel in quocunque tempore ac ſtatu inimicorum vel hoſtium ingreſſibus perturbemur, unà cum ijs, quæ in OBSIDIONIBVS & exercitibus componuntur, valdè nutrientibus (5) frugalibus EPIMENIDEIS vocatis MEDICAMENTIS, nec non parciſſimis cibis, gulæ gratis, (6) ſitimq; prohibentibus, de jaculatorijs etiam inſtrumentis providentiam habemus.* Hæc *Hero* ille *Junior*. Quibus illuſtrandis hoc ibidem *Franciſci Barocij* adjunctum eſt Scholion: *Epimenideum eſt quoddam medicamentum valdè nutriens, (7) faméinque prohibens,*

(1) *Vide* Pappi Alexandrini *Commentarium in Librum quintum Magnæ Conſtructionis* Ptolemæi.

(2) *Nempe* ἑταίρῳ *ſive* Amico & ſodali ſuo, *cui totum Librum*, Hypotypoſin Aſtronomicarum Hypotheſium *inſcriptum, dedicavit.*

(3) *Subauditur hic nomen ſubſtantivum* τρόχισκος *ſive* paſtillus.

(4) *Ipſe enim* Heronis græcus contextus, *quod ego ſciam, nondum in lucem prodijt.*

(5) *Pro* frugalibus *malim legi* & famem prohibentibus. *In græco enim exemplari ſine dubio ſcriptum fuit* ἀλίμοις. (6) *Ea græcè vocantur* ἄδιψα. (7) *Ita ibi re verâ legendum eſt, non autem, ut vulgò perperàm legitur,* ſitimque.

quo vescebantur cùm ij, qui Civitates obsidebant, tùm ij, qui in Civitatibus obsidebantur. Epimenideum autem dictum est ab Epimenideâ Scillâ, in ejus compositionem ingrediente; de quâ herbâ vide Theophrastum Eresium Historiæ Plantarum lib. 7 cap. 11. Addit deinde idem *Barocius* ibidem, ex anonymi cujusdam antiqui Autoris in eundem *Heronis Junioris* Librum *Scholijs græcis*, duplicem istius Pharmaci Epimenidei compositionem his verbis: *Componebatur hoc Pharmacum ab antiquis hoc modo. Decoctâ scillâ, & aquâ ablutâ, & exsiccatâ, ac demùm parvissimas in partes dissectâ, & posthæc in ipsâ sesamo admisto quintæ partis, papaveris autem quintæ decimæ, atque hisce omnibus in ipso mele tanquam optimo, massâmque agente mitigatis, totum dividendum est veluti in maximas olivas, & harum unam quidem circa horam secundam, unam verò circa horam decimam absumentes, nullum à fame malum patientur. Alia ejusdem Pharmaci compositio, quæ fit hoc modo. Suscipientes sesami Attici semisextarium, & melis dimidiam partem, & olei cotilem, & chœnicem amigdalarum dulcium decorticatarum, exsiccando sesamum, & amigdalas molere & vibrare oportet; deinde scillas circumcirca decorticando, & radices ac folia abscindendo, & in parvas partes dissecando, ponentes in mortario contundere opus est, donec maximè levigentur; posthac verò contusarum scillarum æqualem meli partem æquabiliter unà cum oleo subigere, atque in ollam infundendo, & super carbones imponendo, coquere oportet. Cùm autem incœperint calefieri, sesamum & amigdalas interponendo, simul ligno hinc inde permovenda sunt, donec omnia uniantur. Cùm verò valdè solidum corpus factum fuerit, ipsum accipientes, in parvas buccellas circiter dividere operæ pretium est, atque unam mane, unámque vesperi quispiam absumens, nutrimentum sufficiens habet. Hoc autem Pharmacum apud exercitus etiam optimum est; dulce enim existit & saturitatem invehens, & sitim non inducit.* Hucusque *Barocius.* Cæterùm inter alia multa, quæ in suprà memorato *Michaelis Pselli admirabilium Lectionum Libello* observatu digna sunt, notandum in primis est, *Sextum Julium Africanum* ibi non solùm nominatim citari, verum etiam ex illius *Cestorum Enneabiblo* varia *Arcana Medica, Physica,* & *Magica* breviter ac summatim recenseri. Qui locus licet satis prolixus sit, cùm tamen *Eusebij Pamphili, Georgij Syncelli,* & *Suidæ Lexicographi* (1) suprà adducta de *Africani Cestis* testimonia luculentissimè confirmet, & uberrimi instar Commentarij illustret ac suppleat, integrum eum hîc exhibeo: ἈΦΡΙΚΑΝΟ`Σ δέ φησιν, ὅτι καὶ τεχνική τις ἐστὶ φύσις, καὶ φυνηθήσεται τεχνι-

(1) *Vide suprà pag. 198, 199 & 200.*

τεχνικῶς, εἰ ὁ ἀνὴρ, μέλλων εἰς συνουσίαν ἐλθεῖν, ἐπιχρίσοι τὸ μόριον αἵματι λαγωοῦ, ἢ χηνείῳ στέατι, ἀλλ' ἐκείνως μὲν, ἄῤῥεν, οὕτω δὲ, θῆλυ. Κατάγει δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος καὶ γάλα ἐκ μαστῶν τεχνικῇ μεθόδῳ, καὶ σπαργῶντας μετὰ τὸν τοκετὸν σβεννύει κηρωτῇ κιτρίνῃ. ποιεῖται δὲ καὶ ἄτοκον γυναῖκα, ἀτόκιον αὐτῇ περιάπτων· τοῦτο δέ ἐστι, βατράχου ὀμφαλὸς ῥάκει περιειλημμένος λινῷ. καὶ ταῖς δυστοκούσαις γαγάτην λίθον τῇ ἀριστερᾷ ἐγχειρίζων χειρὶ, ὠκυτοκεῖν ταύτας ἐργάζεται. πεποίηται δὲ αὐτῷ καὶ συλληπτικὰ ἕτερα μίγματα καὶ τεχνάσματα, καὶ παιδοποιϊκὰ ἔμπλαστρα. ἔστι δὲ αὐτῷ ἰχνευμόν τι ἐξ ἀκρεμόνων σεκαμίνου συντεθειμένον, τῶν φωστήρων ὑπὸ γῆν ὄντων, περίαπτον· δίδοι δὲ αὐτῷ τὴν δύναμιν ἐπῳδῇ τινι ἀποῤῥήτῳ. βάπτει δὲ καὶ τρίχας λευκὰς ἐκ λιθαργύρου κεκομμένας. ποιεῖται δὲ καὶ φωνασκικὴν ἐξ ἴρεως καὶ τραγακάνθης. ἰοῖ δὲ καὶ τὸν χρυσὸν, στέλῳ λυττῶντος κυνός· ἀντιπαθές τε ποιεῖται θηρίων πληγαῖς τῇ διαπρυσωτάτῳ ἐμπλάστρῳ. καὶ σκορπιακά τινα ὀνομάζει παράδοξα· καί τινα ἔλεγχον ποιεῖται κλεπτῶν ἀφανῶν, χερσίνων βατράχων τὰς γλώσσας ἀποτέμνων καὶ ταριχεύων· εἶτα ἐπὶ τῆς χρείας ἀλφίτοις ἀναμιγνὺς, καὶ τοῖς ἐν ὑπονοίᾳ τῆς ὑφαιρέσεως τοῦ ζητουμένου παραδιδοὺς, καὶ ὁ ἀφελόμενός φησι τὸ φώριον, ἐν ἐκστάσει ὥσπερ γενόμενος, ἑαυτὸν ἀριδήλως δημοσιεύει· ὀνομάζει δὲ τὸ βρῶμα κλεπτέλεγχον. Καὶ περὶ γεωργίας δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος λέγει παράδοξα. συκάμινα γάρ φησι λευκὰ φέρει συκάμινος, δεξαμένη λευκὴν ἐγκεντρισθεῖσαν. τὰ αὐτὰ δὲ ἐνέγκοι καὶ λεύκη, ἐν ᾗ ὀφθαλμισθείη συκάμινος. κατάγραπτα δὲ ἐρυθρότατα περσικὰ γίνεται, εἰ καταγράψεταί τις τὸν ἐγκείμενον τῇ πυρίνῃ καρπόν. καταπαύει δὲ καὶ λοιμὸν, ἢ ὑπὸ βαλσάμου, ἢ συνοχῇ δυσώδει τῇ βυρσοδευτικῇ, τοῖς ἐναντίοις. σκευάζει δὲ καὶ οἶνον παντοδαπὸν, τὸν μὲν νάρδου στάχυϊ, τὸν δὲ σχίνου ἄνθει, καὶ ἄλλον ἑτέρῳ φαρμάκῳ. πλάττει δὲ καὶ ὑακινθίνας λίθους, καὶ ἀμαραγδίνας, καὶ σαρδώνυχας. θεραπεύει τε ἀσπίδων δήγματα, καὶ ἀχλὺν ὀφθαλμῶν, οὐ τοῖς ἐγνωσμένοις φαρμάκοις, ἀλλὰ περιάπτοις τισὶ καὶ ἐπάσμασιν. ἐκ δὲ ἀποπατημάτων τῶν συνελθόντων βοῶν καὶ τοῦ οὔρου, ἀποπατεῖν ἄνδρα ποιεῖ, καὶ γυναῖκα οὐρεῖν, ὅτε βούλοιτο, καὶ γελᾶν πάμμεγα. εὐφορίαν τε τεχνικὴν, ἢ μᾶλλον γοητικὴν, χωρίοις ἐργάζεται, καὶ τὴν ἐναντίαν ἀφορίαν ἐξ ἀντιπαθειῶν. τὸ δὲ ἀφροσέληνον συλλέγει ἐκ τῆς δρόσου τῶν φυτῶν καὶ τῶν σεληναίων αὐγῶν. ἀμεθύστους δὲ διατηρεῖ τοὺς ἐν οἴνῳ διανυκτερεύοντας. τερατεύεται δέ τινας ὠφελείας ἀπὸ χελώνης ἀπὸ ἀρκτείου αἰδοίου, ἐξ

ἄλλων

ἄλλων ζώων τε καὶ θηρῶν. πεποίηται δὲ αὐτῷ καὶ ἰχνοποιὸν φάρμακον ὑπερυθρίων σαρκῶν. ἀφανίζει τε τὰ ἐν τοῖς λαχάνοις ζωύφια, καινοὺς τινας τρόπους ὑποτιθείς. λέγει δὲ περὶ τοῦ γοργονίου· πόα δέ ἐστι τοῦτο ὑπόγειος τὰ πολλά. λέγει γοῦν, ὡς εἴτις κόρη πλησίον αὐτῆς, ὡς ἀφροδίτης νόμος, συμπλακείη, ἄνεισιν ἐπὶ τὴν θέαν ἡ πόα, καὶ τὸ γινόμενον, περιέργως ὁρᾷ. ποιεῖται δὲ καὶ καλλιβλέφαρα φάρμακα, καὶ ἐποπλικά. ῥᾷστον δὲ αὐτῷ, καὶ τὴν πολλοῖς ἐγκυκλιωθεῖσαν ἀνδράσι γυναῖκα, παρθένον αὖθις ἐργάσασθαι. κοιμίζει δὲ καὶ τὸν ἀγρύπνον, καὶ ἔστιν αὐτῷ τὸ γινόμενον, εὐθυμίας πηγή. ἐπέχει δὲ καὶ ὀνείρων ἕξιν· καὶ ῥᾷστα τὰ δευτερεῖα κατάγει· καὶ γλαυκὰ μελαίνει ὄμματα. ἔστι τε αὐτῷ καὶ κλεῖς φλεβῶν ὀλισθήμασι, καί τι ἄλλο νυκτιφαές. ἔρωτας δὲ καὶ ἀνάπτει καὶ σβέννυσι· καὶ τρίχας λευκὰς μὲν μελαίνει, λευκαίνει δὲ μελαίνας· καὶ ἄλλα τὰ τοιαῦτα ὁ ἀνὴρ οὗτος ἘΝ ΤΟΙ͂Σ ΚΕΣΤΟΙ͂Σ ἈΥΤΟΥ͂ τερατολογεῖ καὶ διέξεισι. Hæc ibi *Michael Psellus* de *Sexti Julij Africani Cestis*; quæ curiosis rerum naturæ exploratoribus consideranda & examinanda in medio relinquo. Quod superest, etsi in suprà memorati Libelli inscriptione haud significetur, cui *Michael Psellus* illum dedicaverit, satis perspicuè tamen illud apparet ex his, quæ circa finem exstant, verbis: Ἐγὼ δὲ οὐ περιεργίας ἕνεκα, ΝΗ͂ ΤΗ͂Ν ἹΕΡΆΝ ΣΟΥ ΨΥΧΗ͂Ν, ἀλλὰ φιλομαθείας, τὰ πλείω τῶν μαθημάτων συνελεξάμην. ἐγένετο γάρ μοι ἡ φύσις ἀκόρεστος πρὸς ὁτιοῦν μάθημα, καὶ οὐδὲν &c. Intelligitur enim hoc loco *Patriarcha Constantinopolitanus Michael Cerularius*, cui etiam dedicavit *Librum de Chrysopœiâ*, sive, *de Arte conficiendi auri*, qui exstat suprà in Codice CXIImo, num. 2.

Tertiò, & quidem à fol. 11 pag. 1 usque ad fol. 12 pag. 2, ejusdem *Michaelis Pselli ad eundem Patriarcham Constantinopolitanum Michaelem Cerularium Libellus de Omoplatomantiâ, sive, de Divinatione ex* (1) *ossibus humerarijs mactatarum ovium vel agnorum*, & de *Oeonoscopiâ*, sive, *de Divinatione ex avibus*, quæ propriè appellatur *Auspicium*, quasi *Avispicium*. Inscribitur is atque incipit hoc modo; Περὶ ὠμοπλατοσκοπίας καὶ οἰωνοσκοπίας. Ὁ Σωκράτης ἐκεῖνος ὁ Σωφρονίσκου, τοῖς Πλατωνικοῖς ἐντυχὼν διαλόγοις, οὗτος μὲν, φησιν, ὁ νεανίας, περὶ Πλάτωνος λέγων, ἄγει ἔνθα καὶ βούλεται. τοῦτο δὴ κἀγὼ περὶ σοῦ προσηκόντως ἐρῶ· ἄγεις γὰρ ἔνθα βούλει ταῖς ἐρωτήσεσι, καὶ ὅταν ὕψου ἀναγάγῃς, ἀθρόον καταβιβάζεις εἰς γῆν. ἐρωτᾷς γὰρ, πότε

ἐστι

(1) *Græci ea vocant* ὠμοπλάτας, *Latini autem* Scoptula operta, *ut testatur* Cornelius Celsus *lib. 8 cap. 1 his verbis*: Rursus à cervice duo lata ossa utrinque ad scapulas tendunt. Nostri SCOPTVLA OPERTA; ὩΜΟΠΛΆΤΑΣ Græci nominant.

ἐστὶ τὸ τῆς ΩΜΟΠΛΑΤΟΣΚΟΠΙ'ΑΣ χρηστήριον, καὶ τίνα τὴν δύναμιν ἔχει· ὡς δὲ φυσικὰ αἴτια καὶ ἀπόρρητα περιλαβεῖν σε τῶν ἐσομένων ζητεῖς. τὸ μὲν οὖν δεύτερον παρεξετάζοι ἄν τις ταῖς ὑψηλοτέραις πεύσεσι· τὸ δὲ τῆς ΩΜΟΠΛΑΤΟΣΚΟΠΙ'ΑΣ, βάρβαρον μὲν καὶ ἀλλόκοτον. ἔχει δὲ ὅμως, ὡς τοῖς χρωμένοις δοκεῖ, μελλόντων προαναφώνησιν. οἱ γὰρ ἐντεῦθεν χρηστηριάζοντες, πρόβατον ἢ ἄρνα τῆς ἀγέλης ἀπολεξάμενοι, πρῶτον μὲν κατὰ νοῦν τιθέασιν, ἢ καὶ τῇ γλώσσῃ προφέρουσιν, περὶ οὗ ἂν μαθεῖν βούλοιντο. εἶτα καταθύσαντες, τὸν 'ΩΜΟΠΛΑ'ΤΗΝ τοῦ παντὸς ἀφαιροῦσι σώματος, ὡς μαντεύματος ὄργανον· &c.

Quartò, & quidem à fol. 12 pag. 2 usque ad fol. 14 pag. 2, ejusdem *Michaelis Pselli ad eundem Patriarcham Constantinopolitanum Michaelem Cerularium Libellus de Lapidum potentiâ seu virtutibus*; cujus titulus & principium: Περὶ λίθων δυνάμεως. Ἀιτιολογήσασθαι μέν σοι τὰς ἐν τοῖς λίθοις δυνάμεις, οὐκ ἂν τολμήσαιμι, &c.

Quintò, & quidem à fol. 15 pag. 1 usque ad fol. 32 pag. 2, *Nicephori Blemmydæ Oratio de Regno seu Imperio, in clariorem stylum translata à Georgio Galesiotâ Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diacono, & Georgio Oenæotâ.* Ipsa tituli græci verba sunt hæc: Τοῦ σοφωτάτου κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Βλεμμύδου λόγος περὶ βασιλείας, μεταφρασθεὶς πρὸς τὸ σαφέστερον παρὰ τοῦ (1) σακελλίου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας διακόνου κυροῦ Γεωργίου τοῦ (2) Γαλησιώτου, καὶ τοῦ (3) Οἰναιώτου κυροῦ Γεωργίου, τῶν λογιωτάτων ἀνδρῶν καὶ ῥητόρων. Incipit deinde ipsa Oratio his verbis: Παλαιός τις νόμος ἐπεκράτησε τοῖς πράγμασι συμφωνῶν, ὥς τε τοὺς ἄλλους διδόναι τῷ Βασιλεῖ, ὅπερ προξενεῖ πολλὴν τοῖς τοιούτοις ἄλλοις ὠφέλειαν· οὕτως γὰρ μέλλουσι πληροῦσθαι τὰ πρέποντα. ὁ γὰρ ἐμπιστευθεὶς τὴν τῶν πάντων διοίκησιν, ἐκεῖνος ἔχει καὶ τὴν προμήθειαν. διὰ τοῦτο ἀφ' ἑαυτοῦ τὸν Βασιλέα μηδὲν ἔχοντα ἴδιον, πρέπον ἐστὶν ἐκ τῶν κοινῶν λαμβάνειν, &c. Meminit hujus Orationis *Conradus Gesnerus* in Bibliothecâ Vniversali, dum, de *Nicephoro Blemmidâ* agens, scribit, inter varia ejus Opuscula græca manuscripta, quæ *Romæ in Bibliothecâ Vaticanâ* exstant, etiam esse *Sermonem, qualem oporteat esse Regem.* Quod porrò ad *Georgium Galesiotam* attinet, illius mentio exstat apud *Leonem Allatium* in Diatribâ de *Georgijs* pag. 383 his verbis: *GEORGIVS* (4) *GALESIOTA composuit Orationem*

(1) *Vide* Joan. Meursij *Glossarium Græcobarbarum in explicatione vocis* Σακέλλιον.

(2) *Nempe à* Monasterio montis Galesij; *de quo vide Lib. V horũ* Commentar. *pag.* 227.

(3) *Nempe ab* Oeneo, *Vrbe circa Paphlagoniam, ut ex* Nicetâ Choniate *&* Michaele Glycâ *refert* Abrahamus Ortelius, *in Thesauro Geographico. Græcè appellatur is locus* τὸ Οἰναῖον.

(4) *Ita ibi re verâ scribendum est, nempe* Galesiota, *non autem, ut vulgò perperàm legitur,* Gelesiota.

tionem funebrem in Theodorum Xanthopulum, cujus principium: Ἄνδρες οἱ τε τοῖς βασιλείοις ἤθεσι καὶ παιδεύμασιν ἐντεθραμμένοι &c. *Vivebat sub Andronico Palæologo, Gregorij Cyprij Patriarchæ Constantinopolitani apprimè familiaris; auditor verò, ut ipse in eâdem Oratione fatetur, Theodori Xanthopuli, quem propterea laudandum susceperat.* Hæc *Allatius* de Georgio *Galesiotâ*; Georgij autem *Oenaotæ* mentio in eâdem Diatribâ de *Georgijs* prorsùs omissa est.

Sextò, & quidem à fol. 33 pag. 1 usque ad fol. 41 pag. 1, *ex Photij Patriarchæ Constantinopolitani Bibliothecâ Librorum à se lectorum Excerpta Historiæ Memnonis de rebus Heracleæ Ponticæ*; quorum titulus & principium: Ἐκ τῶν τοῦ Ἱστορικοῦ Μέμνονος. Φησὶν ὁ Ἱστορικὸς Μέμνων, Κλέαρχον ἐπιθέσθαι πρῶτον κατὰ τῆς Ποντικῆς Ἡρακλείας, παιδείας μὲν τῆς κατὰ φιλοσοφίαν οὐκ ἀγύμναστον, ἀλλὰ καὶ &c. Pertingunt autem ea ibi tantùm usque ad hæc verba: ὁ δὲ κατὰ τὴν Ἡράκλειαν καὶ αὐτὸς ἐν τῷ τοῦ Διὸς ἱερῷ. Vide suprà memoratæ *Bibliothecæ Photianæ* Codicem CCXXIVtum à capite primo usque ad finem capitis vigesimi octavi, atque insuper consule *Ger. Joan. Vossium* de Historicis Græcis lib. 2 cap. 5.

Septimò, & quidem à fol. 42 pag. 1 usque ad fol. 44 pag. 1, *ex eâdem suprà memoratâ Bibliothecâ Photianâ Excerptum ex Diodori Siculi Historiarum libro trigesimo secundo de prodigiosâ mutatione cujusdam foeminæ in virum, quæ mortem Alexandri Magni præcessit.* Inscribitur illud atque incipit his verbis: Ἐκ τοῦ λβ´ λόγου τῶν ἱστορικῶν Διοδώρου. Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως χρηματιζομένου κατὰ τὴν Κιλικίαν, ἔνθα φασὶν Ἀπόλλωνος Σαρπηδονίου ἱερὸν εἶναι, &c. Vide jam memoratæ Bibliothecæ Codicem CCXLIVtum.

Octavò, & quidem à fol. 45 pag. 1 usque ad fol. 48 pag. 2, *Nicetæ Choniatæ Fragmentum Historicum*, cujus titulus & principium: Τοῦ Χωνιάτου, ἐκ τοῦ ἐννάτου τόμου. Χρέων δὲ εἰδέναι, ὡς τῆς ἁγίας ταύτης συνόδου καθαιρέσει Διόσκορον ὑποβαλούσης τὸν γενόμενον Ἀντιοχείας Ἐπίσκοποι, οἱ τούτου ἀντιλαμβανόμενοι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀπέστησαν, καὶ διακρινομένους ὠνόμασαν ἑαυτοὺς ἐκ τοῦ μὴ συντίθεσθαι τοῖς δογματισθεῖσι παρὰ τῶν ἐν Χαλκηδόνι συνελθόντων πατέρων, καὶ εἰς δώδεκα διῃρέθησαν τμήματα· ὧν οἱ μὲν, Εὐτυχιανισταὶ λεγόμενοι, Εὐτύχιον καὶ Διόσκορον δέχονται· οἱ δὲ λέγουσι &c. Plura de hoc Fragmento aliàs; in præsens enim nondum mihi satis liquet.

Nonò, & quidem à fol. 49 pag. 1 usque ad fol. 90 pag. 1, *Theonis Alexan-*

Alexandrini, qui sub *Imp.* (1) *Theodosio Magno* sive *Seniore* floruit, *Expositio in Claudij Ptolemæi Alexandrini Canones Astronomicos expeditos*; cujus *Proœmium* inscribitur atque incipit his verbis: Θέωνος Ἀλεξανδρέως εἰς τοὺς προχείρους κανόνας τῆς ἀστρονομίας ἐξήγησις ἢ παράδοσις. Ἡ μὲν λογικωτέρα ἔφοδος τῆς διὰ τῶν προχείρων κανόνων ψηφοφορίας τῶν ἀστέρων, τέκνον Ἐπιφάνιε, γέγονεν ἡμῖν δι' ἀκριβείας ἐν πέντε βιβλίοις ἐν ἑτέρῳ συντάγματι. ἐν τούτῳ δ' ἐπειδὴ οἱ πλεῖστοι τῶν προσιόντων ἡμῖν πρὸς τὴν τῆς τοιαύτης διδασκαλίας μάθησιν μετὰ τοῦ μηδὲ τοῖς πολλαπλασιασμοῖς ἢ μερισμοῖς τῶν ἀριθμῶν ἱκανῶς παρακολουθεῖν δύνασθαι, ἔτι τε καὶ ἀμύητοι παντάπασι καὶ τῶν γραμμικῶν ἀποδείξεων τυγχάνουσιν, ἐσπουδάσαμεν καὶ πρὸς τούτους κατὰ τὸ δυνατὸν μεθοδικώτερον ὑπομνηματίσασθαι, &c. Huc etiam ibidem accedit *Appendix Astronomica*, alterius cujusdam recentioris Autoris, qui, ut ipse in fine indicat, anno Mundi 6852, sive, anno Christi 1344 floruit.

(1) *Cœpit imperare* A.C. 379, *&* A. 395 *obijt.*

Decimò, & quidem à fol. 91 pag. 1 usque ad fol. 110 pag. 1, *Claudij Ptolemæi Explanatio*, *Ordinatio*, *&* *Methodus usualis Canonum Astronomicorum expeditorum*; quæ inscribitur atque incipit his verbis: Κλαυδίου Πτολεμαίου σαφήνεια καὶ διάταξις τῶν προχείρων κανόνων τῆς ἀστρονομίας, καὶ ὅπως χρηστέον αὐτῆς μέθοδος ἐναργής. Ἡ μὲν σύστασις, ὦ Σύρε, τοῦ εἰς τὰς παρόδους τῶν πλανωμένων προχείρου κανόνος, ὅπως γέγονεν ἡμῖν ἀκολούθως πως ταῖς ὁμαλαῖς καὶ ἐγκυκλίοις αὐτῶν ὑποθέσεσιν, ἕνεκεν τοῦ δύνασθαι &c.

Vndecimò, & quidem à fol. 111 pag. 1 usque ad fol. 169 pag. 1, *Hipparchi Bithyni*, patria (2) *Nicæni*, qui seculo ante Christum *secundo* ab Olympiadis CLIV anno tertio usque ad Olympiadis CLXIII annum primum, sive, ab anno ante Æram Christianam 162 usque ad annum 128, floruit, & ob commorationem in Insulâ *Rhodo* à *Claudio Ptolemæo* appellatur *Rhodius*, *Expositionum in Arati & Eudoxi Phænomena Libri tres*; quorum *primus* inscribitur atq; incipit his verbis: Ἱππάρχου Βιθυνοῦ τῶν Ἀράτου καὶ Εὐδόξου Φαινομένων ἐξηγήσεων τὸ α'. Ἵππαρχος Αἰσχρίωνι χαίρειν. Ἡδέως ἐπέγνων διὰ τῆς ἐπιστολῆς τὸ ἐπίμονόν σου τῆς πρὸς φιλομαθίαν οἰκειώσεως. τά τε γὰρ φυσικὰ &c. Primus hosce tres Libros ex *Bibliothecâ Mediceâ* græcè edidit *Petrus Victorius* Florentiæ typis Juntarum A. 1567 in folio; multis autem locis eosdem emendavit ex Codice manuscripto *Bibliothecæ Regiæ Parisinæ*, & latinè simul ac græcè edidit R. P. *Dionysius Petavius* S. I. in

(2) *Secundùm Strabonem & Suidam.*

Vranologio, ſive, Syſtemate variorum Autorum, qui de Sphærâ, ac Sideribus, eorumque Motibus græcè commentati ſunt, quod Lutetiæ Pariſiorum ſumptibus Sebaſtiani Cramoſij A. 1630 in folio impreſſum eſt. Haud infructuosè tamen etiam Codex hic *Cæſareus* ob variantes nonnullas lectiones conſuli poteſt.

Duodecimò, & quidem à fol. 170 pag. 1 uſq; ad fol. 192 pag. 2, *ex Claudij Ptolemæi Alexandrini Magnæ Conſtructionis libro ſeptimo & octavo Expoſitio canonica Aſteriſmorum Hemiſphærij Septentrionalis & Meridionalis*; cujus *Pars prior* inſcribitur atque incipit his verbis: Ἔκθεσις τοῦ κατὰ τὸ βόρειον ἡμισφαίριον ἀστερισμῶν. Ἄρκτου μικρᾶς ἀστερισμός. Ὁ ἐπ' ἄκρας τῆς οὐρᾶς &c. Vide ſuprà memoratam Magnam Conſtructionem cum *Theonis Alexandrini Commentarijs*, à *Simone Grynæo* Baſileæ typis Joannis Walderi A. 1538 græcè editam in folio, à pag. 172 uſque ad pag. 201. Eandem Aſteriſmorum Expoſitionem canonicam attribuit *Petrus Victorius* perperàm *Hipparcho Bithyno*, & ſub ejus nomine illam edidit cum ſuprà memoratis tribus *Hipparchi* genuinis Libris, quia illam in Codice *Mediceo*, itidem ut in præſenti Codice *Cæſareo*, ſine ullâ *Ptolemæi* mentione Expoſitioni *Hipparchi* in Arati & Eudoxi Phænomena ſubjunctam reperit.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 193 pag. 1 uſq; ad fol. 221 pag. 1, *Eutecnij Sophiſtæ in Oppiani Cynegetica, ſive, Poema de Venatione, in Libros quatuor diviſum, Paraphraſis proſaica, hactenùs inedita*, cujus *Proœmium* inſcribitur atque incipit his verbis: Παράφρασις εἰς τὰ τοῦ Ὀππιανοῦ Κυνηγετικά. Τὰς Ὀππιανοῦ κυνηγίας βίβλους ἐκ τῆς σκοτεινῆς τοῦ μέτρου δυσφωνίας εἰς πεζὸν εἶδος τοῦ λόγου μεθαρμόσας, προὔνθηκά σοι, μέγιστε Καῖσαρ, &c. Ipſa autem Paraphraſis Libri primi incipit hoc modo: Σοὶ τὴν περὶ κυνηγεσίων ἀνατίθημι πόνους, θειότατε Βασιλεῦ Ἀντωνῖνε, τὸ πολυέραστον φῶς τῶν κρατίστων Ῥωμαίων, &c. Quarti denique ſive ultimi Libri Paraphraſis deſinit his verbis: οἷα φιλεῖ συμβαίνειν πολλάκις ἐν τοῖς τοιούτοις· ἔνθέν τοι καὶ τάχυ τὴν ἄρκτον πεδήσαντες, οἴκαδε ἦγαγον. Plura de *Eutecnij Sophiſtæ in Oppiani Cynegetica aliáque Poemata*, tùm edita, tùm inedita, *Paraphraſibus proſaicis* hactenùs ineditis vide Libri *ſecundi* horum Commentariorum capite ſeptimo, pag. 595 & 596.

CXXVI.

Centeſimus vigeſimus ſextus (1) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *quarto*, conſtátque folijs *centum ſexa-*

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philoſophicos & Philologicos Græcos* centeſimus ſexageſimus quintus.

ſexaginta quinque, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 6 pag. 1, *Claudij Ptolemæi Libellus de Hypotheſibus errantium*; cujus titulus & principium: Κλαυδίου Πτολεμαίου περὶ ὑποθέσεων τῶν πλανωμένων. Τὰς ὑποθέσεις, ὦ Σύρε, τῶν οὐρανίων φορῶν ἐν μὲν τοῖς τῆς μαθηματικῆς συντάξεως ὑπομνήμασιν ἐφωδεύσαμεν διὰ λόγων, ἀποδεικνύντες καθ' ἑκάστην &c.

Secundò, & quidem à fol. 6 pag. 2 uſque ad fol. 45 pag. 1, *Procli Lycij, Diadochi Platonici, Hypotypoſis Aſtronomicarum Hypotheſium*; cujus titulus & principium: Πρόκλου, Διαδόχου Πλατωνικοῦ, ὑποτύπωσις τῶν ἀστρονομικῶν ὑποθέσεων. Πλάτων μὲν ὁ μέγας, ὦ ἑταῖρε, τόν γε ὡς ἀληθῶς φιλόσοφον ἀξιοῖ, τὰς αἰσθήσεις χαίρειν ἀφέντα, καὶ &c. Inter cætera præſtantiſſimi hujus, & hactenùs, quod ego ſciam, nondum editi Libri *Capita* ſunt etiam illa *duo*, Περὶ τοῦ ἀστρολαβικοῦ ὀργάνου & Ἐπανάληψις τῆς καθόλης πραγματείας inſcripta, quæ exſtant in proximè præcedenti Codice CXXVto, num. 1, ſed *abſque nomine Autoris*; ideóque *Joannes Sambucus* & *Sebaſtianus Tengnagelius* perperàm ibi in margine adnotârunt ea eſſe *Ariſtarchi Samij*, cùm tamen *Claudius Ptolemæus*, cujus in ijſdem Capitibus expreſſa ſit mentio, integris ferè *quatuor ſeculis Ariſtarcho Samio* ſit *Junior*. *Ariſtarchus* enim floruit ſeculo ante Chriſtum *tertio*, & fuit *Archimedi Syracuſano* ſynchronus; at *Claudius Ptolemæus floruit* ſeculo poſt Chriſtum *ſecundo* ſub *Imp. M. Aurelio Antonino Philoſopho.*

Tertiò, & quidem à fol. 45 pag. 2 uſque ad fol. 54 pag. 2, *Iſaaci Monachi*, cognomine *Argyri*, *Tractatus Aſtronomicus* hactenus ineditus, cujus titulus & principium: Ἰσαὰκ μοναχοῦ τοῦ Ἀργυροῦ πραγματεία νέων κανονίων, συνοδικῶν τε καὶ πανσεληνιακῶν, μεταποιηθέντων ἀπὸ τῶν ἐν τῇ συντάξει, καὶ συστάντων πρός τε ἔτη Ῥωμαϊκὰ καὶ πρὸς τὸν διὰ Βυζαντίου μεσημβρινόν, ἔτι δὲ καὶ χρονικὴν ἀρχὴν ἐχόντων τὸ (1) ςωος' ἔτος ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν τῇ συντάξει τοὺς τῶν συνοδοπανσελήνων κανόνας πρὸς Αἰγυπτιακὰ ἔτη καὶ πρὸς τὸν δι' Ἀλεξανδρείας μεσημβρινὸν ὁ Πτολεμαῖος ἐπραγματεύσατο, διὰ δὲ τὴν προχειροτέραν εὕρεσιν τῶν ὁμαλῶν συζυγιῶν πρὸς τὰ Ῥωμαϊκὰ ἔτη ἔδοξεν ἡμῖν μέτρα ποιῆσαι αὐτὰ καὶ πρὸς τὸν διὰ Βυζαντίου μεσημβρινόν· ἅμα δὲ &c. Compoſuit igitur *Iſaacus* hoc Opuſculum, ut ex jam exhibitâ ejus Inſcriptione liquet, anno Mundi ſecundùm

(1) *Huic anno Mundi* 6876 *reſpondet annus Æræ Chriſtianæ* 1368 *à Calendis Januarijs uſque ad Calendas Septembres.*

dùm vulgarem Ecclesiæ Orientalis supputationem *sexies millesimo octingentesimo septuagesimo sexto*, cui respondet annus Æræ Christianæ *millesimus trecentesimus sexagesimus octavus* à Calendis Januarijs usque ad Calendas Septembres; estque illud omninò diversum ab ejusdem *Isaaci Computo*, (1) anno Mundi 6881, Christi autem 1373 composito, quem primus omnium ex *Bibliothecâ Palatinâ græcè* & *latinè* edidit *Jacobus Christmannus*, Academiæ Heidelbergensis Professor, A. 1611 in 4to; deindè verò R. P. *Dionysius Petavius* S. I. *Vranologio* suo, A. 1630 Lutetiæ Parisiorum in folio edito, inseruit cum novâ versione *latinâ*, & cum *secundo* ejusdem *Isaaci Computo*, ex *Bibliothecâ Regiâ Parisinâ* deprompto, atque itidem *græcè* & *latinè* edito. Cùm itaque hinc certò constet, ac manifestè appareat, *Isaacum Argyrum* floruisse seculo post Christum *decimo quarto*, corrigendus necessariò est *Gerardi Joannis Vossij* Liber de Scientijs Mathematicis cap. 40 § 15 & cap. 62 § 13, ubi perperàm legitur, eum claruisse seculo *undecimo*.

(1) *Compleverat is tunc jam annum ætatis* quinquagesimum.

Quartò, & quidem à fol. 55 pag. 1 usque ad fol. 165 pag. 2, *Theonis Alexandrini in manuales sive expeditos Canones Astronomicos Expositio*, cujus titulus & principium: Θέωνος Ἀλεξανδρέως εἰς τοὺς προχείρους κανόνας τῆς ἀστρονομίας παράδοσις. Ἡ μὲν λογικωτέρα ἔφοδος τῆς διὰ τῶν προχείρων κανόνων ψηφοφορίας τῶν ἀστέρων, τέκνον Ἐπιφάνις, γέγονεν ἡμῖν δι᾽ ἀκριβείας ἐν ε βιβλίοις ἐν ἑτέρῳ συντάγματι. ἐν τούτῳ δὲ &c; *cum antiquis Scholijs Græcis marginalibus*, & *cum amplissimâ Appendice*, *varios Canones Astronomicos continente*, *qui itidem antiquis Scholijs Græcis marginalibus illustrati sunt*. Vide etiam proximè præcedentem Codicem CXXVtum, num. 9; sed ibi, tùm *Scholia* illa *antiqua Græca*, tùm *Canones* isti *Astronomici*, sive, *Tabulæ Astronomicæ*, desunt.

CXXVII.

Centesimus vigesimus septimus (2) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *octavo*, constátque folijs *quadraginta octo*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 43 pag. 1, *Arati Solensis Phænomena & Diosemeia*, quorum titulus & principium: Ἀράτου Σολέως Φαινόμενα. Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα &c; cum *anonymi cujusdam antiqui Autoris Scholijs Græcis*, quæ à *Theonis Alexandrini Commentario* diversa sunt.

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* trecentesimus vigesimus septimus.

Secundò, & quidem à fol. 43 pag. 2 usque ad fol. 48 pag. 2, anonymi cujusdam *Collectio miscella variarum Sententiarum Ethico-Politicarum* ex diversis antiquis Græcis Autoribus.

CXXVIII.

Centesimus vigesimus octavus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *folio*, constátque folijs *centum quinquaginta sex*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 80 pag. 1, *Arati* (2) *Solensis Phænomena & Diosemeia*, sive, *Poema bipartitum de Siderum naturâ & motu, & de Tempestatum præsignificationibus*, cum *Theonis Alexandrini Commentario*, itidem ut illud à *Joanne Valdero*, seu *Waldero* Basileæ A. 1536 in quarto editum est. Primò nempe exstat *Vita Arati*, cujus titulus & principium: Γένος Ἀράτου. Ἄρατος πατρὸς μὲν ἦν Ἀθηνοδώρου, μητρὸς δὲ Ληνοδώρας, ἐκ Σόλων τῆς Κιλικίας· ὠνόμασται δὲ ἡ πόλις &c. Hinc sequitur *Argumentum Poematis*: Ὑπόθεσις τῶν Φαινομένων Ἀράτου. Πρῶτον ἀπαγγέλλει προοίμιον εἰς τὸν Δία· δεύτερον δὲ διεξέρχεται τὴν τῶν φαινομένων ἀπλανῶν διακόσμησιν, εἰς τρία μέρη &c. Subjungitur deinde *Collocatio Sphæræ*: Πῶς δεῖ ἱστᾶν σφαῖραν. Ὁ βουλόμενος ὁμοίως τῷ κόσμῳ θεῖναι τὴν σφαῖραν, τὸν πόλον &c; & porrò *Divisio Sphæræ*: Διαίρεσις τῆς σφαίρας. Διαιρεῖται ἡ σφαῖρα εἴς τε τὰ νότια καὶ βόρεια, &c. Quibus finitis *Prolegomenis*, incipit ipsum *Poema*: Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα· &c; & simul *Theonis Alexandrini Commentarius*: Πάνυ πρεπόντως Ἄρατος τὴν τῶν ἀστέρων διεξιέναι μέλλων θέσιν, τὸν πατέρα τούτων καὶ δημιουργὸν Δία ἐν πρώτοις προσφωνεῖ &c; qui tandem desinit his verbis: καὶ τὰ ὅλα ὅσα γράφουσιν ἀμέτρως, οὐ πολυμάθειαν τὴν αὐτῶν εἰς μέσον τιθέντες, πάντες δὲ φιλόσοφοι θέλοντες εἶναι. Τέλος τῶν Ἀράτου Φαινομένων καὶ Διοσημειῶν. Floruit *Aratus* (3) seculo ante Christum *tertio*, & Poema hoc composuit hortatu *Antigoni Gonatæ*, Regis Macedoniæ, ut ea, quæ *Eudoxus* de eodem argumento *prosâ oratione* scripsisset, tanquam metaphrastes *versibus* redderet. Quod enim ipse *Aratus ignarus* fuerit *Astrologiæ*, expressè testatur *Cicero* libro primo de Oratore his verbis: *Si constat inter doctos, HOMINEM IGNARVM ASTROLOGIÆ, ornatissimis atque optimis versibus ARATVM de Cœlo Stellisque dixisse; si de rebus rusticis, hominem ab agro remotissimum, Nicandrum Colophonium, poeticâ quâdam facultate, non rusticâ, scripsisse præclarè; quid est, cur non Orator de rebus ijs eloquentissimè dicat, quas ad certam causam tempúsque cognôrit?* Plura de *Arato*, ejusque *Poemate* vide apud Gerar-

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos centesimus octogesimus primus.*

(2) Σόλοι *sive* Soli, *Vrbs Ciliciæ.*

(3) *Refertur enim ab* Eusebio Pamphili *ad Olympiadis CXXVIIma annum primum, qui respondet anno ante Æram Christianam ducentesimo septuagesimo secundo.*

Gerardum Joannem Vossium in Opere doctissimo de Scientijs Mathematicis cap. 33 § 19, 20, 21, & in R. P. *Dionysij Petavij* S. I. suprà laudato *Vranologio*, utpote cui, præter *Gemini, Archillis Tatij, Hipparchi*, & *Pseudo-Eratosthenis*, in Arateum Poema Introductiones & Commentarios, etiam *anonymi* cujusdam Autoris amplissima Dissertatio græca *de* ejusdem *Arati Vitâ & Opere* inserta est. Ibidem quoque pag. 267 inprimis notabilis est *Catalogus veterum Scriptorum Græcorum, qui Aratum Expositionibus suis illustrare dignati sunt*. Quod denique ad *editiones* Poematis Aratei attinet, ratio inprimis habenda est *Valderianæ* istius *Basileensis*, cujus suprà jam memini; eámque *Daniel Heinsius* tanti olim fecit, ut pro rarissimâ ac pretiosissimâ strenâ *Josepho Scaligero* donaverit. Quod multas ob causas servatu dignissimum exemplar, cum reliquâ Bibliothecâ meâ *Hamburgo Vindobonam* translatum, nunc exstat in *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ*, & idiographâ hâc Heinsianæ manûs inscriptione insignitum est: *Illustri & Incomparabili JOSEPHO SCALIGERO, Domino meo æternùm colendo, anni hujus νέον ἱσαμβρίοιο felicem successum ex animo optans, d. d. DANIEL HEINSIVS.* Post *Valderianam* autem istam editionem elegantissima atque optima est editio græco-latina *Hugonis Grotij*, Lugduni Batavorum typis Christophori Raphelengij A. 1600 in quarto impressa, & *Syntagma Arateorum* inscripta; quâ, præter politissimam novam versionem *Grotianam*, etiam exhibentur *Ciceronis, Germanici Cæsaris*, & *Festi Avieni* antiquæ interpretationes latinæ, cum doctissimis Notis, & pulcherrimis *Imaginibus Siderum*, æri incisis, quæ ex pervetusto quodam Codice manuscripto desumptæ sunt.

Secundò, & quidem à fol. 81 pag. 1 usque ad fol. 88 pag. 2, *Joannis* (1) *Diaconi, cognomine Pediasmi*, (2) *Principis Philosophorum*, *in Hesiodi Poema*, cujus titulus *Scutum Herculis*, *Scholia paraphrastica*, quæ inscribuntur atque incipiunt hoc modo: Ἡσιόδου Ἀσπὶς Ἡρακλέους. Τοῦ Ὑπάτου τῶν Φιλοσόφων Ἰωάννου Διακόνου τοῦ Πεδιασίμου σχόλια παραφραστικά. Ὑπόθεσις τῆς Ἀσπίδος. Οἱ Τάφιοι καὶ οἱ Τελεβόαι (3) εἰς ἔριν ἐλθόντες πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς τῆς Ἀλκμήνης, ἐφόνευσαν αὐτούς. ἡ δὲ &c. Ἡ οἵη προλιποῦσα δόμους καὶ πατρίδα γαῖαν] Ἡ Ἀλκμήνη, φησὶν, ἡ μεγάλη καταλιποῦσα τὸν οἶκον αὐτῆς καὶ τὴν πατρίδα, ἦλθεν εἰς τὸν Θηβαῖον Ἀμφιτρύωνα, ἥτις ἐνίκα πάσας τὰς γυναῖκας ἐν τῷ κάλλει καὶ τῇ φρονήσει, &c. Exstant quidem hæc

(1) *Idem est, qui suprà pag. 55 & 187 appellatur* Primæ Justinianæ & totius Bulgariæ Chartophylax. (2) *De hoc titulo τοῦ Ὑπάτου τῶν Φιλοσόφων, sive,* Principis Philosophorum, *vide suprà pag. 148.* (3) *In editione* Heinsianâ *perperam ac mutilè legitur,* Οἱ Τάφιοι καὶ οἱ Τελεβόαι ἐπελθόντες ἐπὶ τοὺς ἀδελφοὺς τῆς Ἀλκμήνης, *&c.*

hæc *Scholia* in *Syntagmate Poematum Hesiodi, cum variorum veterum Autorum Scholijs Græcis* à *Daniele Heinsio* Lugduni Batavorum typis Raphelengianis A. 1603 in quarto edito, pag. 186, 187 & deinceps; sed ita, ut beneficio hujus Codicis manuscripti *Cæsarei* emendari possint ac suppleri.

Tertiò, & quidem à fol. 89 pag. 1 usque ad fol. 94 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris, *Expositio in Hesiodi Scutum Herculis*, quæ inscribitur atque incipit hoc modo: Ὑπόθεσις τῆς Ἀσπίδος. Τάφιοι στρατεύσαντες ἐπὶ τὰς Ἠλεκτρύωνος βοῦς, ἀνεῖλον υἱοὺς τῆς Ἀλκμήνης ἀδελφοὺς, &c. Ἢ οἵη] Οἵα ἡ ὁποία, καὶ ἡ μεγάλη, ὡς ἐνταῦθα. ὀξύνεται δὲ, ὅτι τὸ α μακρόν ἐστι· τὰ γὰρ εἰς α θηλυκά, &c.

Quartò, & quidem à fol. 95 pag. 1 usque ad fol. 107 pag. 2, *Scholia antiqua Græca in Hesiodi Theogoniam*; quorum titulus & principium: Εἰς τὴν Ἡσιόδου Θεογονίαν σχόλια τινὰ μερικὰ παλαιά. Ἰστέον ὅτι ὁ περὶ τῆς θεογονίας λόγος φυσικὴν δήγησιν τῶν ὄντων ὑπαγορεύει. ἀπὸ Μουσῶν δὲ τὴν ἀρχὴν ποιεῖται τοῦ λέγειν, ὅτι αὗται &c. Exstant hæc *Scholia* in suprà memoratâ *Poematum Hesiodi editione Heinsianâ* pag. 233 & deinceps. Vide etiam ibidem pag. 225, ubi doctissimus *Heinsius*, peculiari Præfatione græcâ rectè monet, *Scholia* ista vulgò quidem *Joanni Tzetzæ* attribui, ex multis tamen validissimis indicijs verisimilius videri, οὐ τοῦ Τζέτζου μόνου, ἀλλὰ διαφόρων τε καὶ παλαιοτάτων εἶναι αὐτά, hoc est, *ea non solius Tzetzæ, sed diversorum, & quidem vetustissimorum Autorum esse*.

Quintò, & quidem à fol. 108 pag. 1 usque ad fol. 109 pag. 2, *Joannis Diaconi*, cognomine τοῦ Γαλήνου sive *Tranquilli*, qui aliàs etiam fuit cognominatus *Pediasimus*, *Allegoria anagogica in quatuor primos Libri quarti Iliados Homeri versus*:

Οἱ δὲ Θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο
Χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ· μετὰ δέ σφισι πότνια Ἥβη
Νέκταρ ἐωνοχόει· τοὶ δὲ χρυσέοις δεπάεσσι
Δειδέχατ' ἀλλήλους, Τρώων πόλιν εἰσορόωντες.

Hoc est, ad verbum:

Dij autem apud Jovem sedentes concionabantur
Aureo in pavimento; inter verò hos veneranda Hebe
Nectar ministrabat; illi autem aureis poculis
Excipiebant se mutuò, Trojanorum Civitatem aspicientes.

Ipsa tituli græci verba sunt hæc: Ἀλληγορία ἀναγωγικὴ εἰς τὸ παρ'

 Ὁμήρῳ

Ὁμήρῳ ῥηθέν· Οἱ δὲ Θεοὶ πὰρ Ζηνὶ &c, τοῦ αὐτοῦ ὡς ἔοικε τοῦ σοφωτάτου Διακόνου, κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Γαληνοῦ. Προοίμιον. Καί τινα τῶν σωμάτων, οἷς οὐκ ὀλίγοι τὸ δυσειδὲς καὶ μελάντερον προσέσεισιν, ἐπιθέτοις κόσμοις ἐγκαλλωπίζεται. τοῖς γὰρ κομμωτικοῖς &c. Παράφρασις. Ὁ παντοίας σοφίας ἴδμων ὢν Ὅμηρος, καὶ τῶν λόγων ὠκεανὸς, Θεῶν ὁμιλίαν πρὸς τὸν ὕπατον, καὶ, ὥσπερ τὸ δεῖνος οὐκ ἐπιεικτὸν, Ζῆνα, τοῖς αὐτοῦ ποιήμασι συνεστήσατο. ἦν δὲ τὸ ὑπεστρωμένον τούτοις δάπεδον, χρύσεον· Ἥβη δέ τις τὸ νέκταρ ἐῳνοχόει· ④ ὃ χρυσοῖς δεπάεσσι &c.

Sextò, & quidem fol. 109 pag. 2 & fol. 110 pag. 1, ejusdem *Joannis Diaconi Triplex Modus Allegoriæ Fabularum Poeticarum, nempe Physicus, Ethicus & Theologicus, cum adjunctis Exemplis.* Principium ejus est hoc: Τετραχῇ τούτοις ὁ τῆς ἀλληγορίας περιωρίσθη τρόπος· ἢ γὰρ φυσικῶς &c.

Septimò, & quidem à fol. 110 pag. 1 usque ad fol. 114 pag. 1, *Michaelis Pselli Allegoriæ variarum Fabularum Poeticarum;* quarum *prima* inscribitur atque incipit his verbis: Ἀλληγορία περὶ τοῦ Ταντάλου, τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ. Παίξωμεν καὶ ἡμεῖς εἰ δοκεῖ περὶ τὸν ἐκ Διὸς φύντα Τάνταλον, καὶ θεασώμεθα τοῦτον τῷ λόγῳ, ὅπως &c. Adjuncta his *Pselli Allegorijs* in fine est alia quædam *Sylloge* sive *Collectio* ejusdem generis *Fabularum Poeticarum*, cujus titulus & principium: Ἐν τινι ταῦτα εὑρέθη παλαιῷ βιβλίῳ. Ταΰγέτη καὶ Ἠλέκτρα Ἄτλαντος ἐγένοντο θυγατέρες· ταύταις ὁ Ζεὺς συγγενόμενος &c.

Octavò, & quidem à fol. 115 pag. 1 usque ad fol. 121 pag. 1, *Scholia antiqua in Hesiodi Theogoniam*, inter quæ etiam nonnulla *Demetrij Triclinij* sunt. Inscribuntur ea atque incipiunt his verbis: Σχόλια παλαιὰ εἰς τὴν Ἡσιόδου Θεογονίαν, ἐν οἷς εἰσὶ καὶ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΚΛΙΝΙΟΥ μερικά. Μουσάων Ἑλικωνιάδων] Ὁ Ἑλικὼν ὄρος ἐστὶ τῆς Βοιωτίας χώρας, ἀφ' ἧς καὶ ὁ ποιητὴς εἰς ὃ ἱερὸν ἦν Μουσῶν, &c.

Nonò, & quidem à fol. 122 pag. 1 usque ad fol. 148 pag. 1, *Joannis Diaconi*, cognomine τοῦ Γαληνοῦ sive *Tranquilli*, qui aliàs etiam fuit
(1) *Nempe metaphorâ desumptâ* à planitie campestri, *quam Græci* πεδίον *nuncupant. Sic enim etiam apud* Dioscoridem *lib.* 1 *cap.* 77 Myrrha campestris *vocatur* σμύρνα πεδιάσιμος. cognominatus Πεδιάσιμος, quasi (1) *Æquanimus*, *Allegoria in Hesiodi Theogoniam*, quarum titulus & principium: Εἰς τὴν τοῦ Ἡσιόδου Θεογονίαν ἀλληγορίαι τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Γαληνοῦ. Κεραμεία τὸν πίθον, ἡ παροιμία φησί. ταῦτ' ἄρα καὶ σοὶ ἤδη

πρώτως

πρώτως εἰς τὴν ἀληθῆ καὶ μόνην ἐμβιβάζεσθαι μέλλοντας νέους εὐσέβειαν, οὐκ εὔλογον εἶναί μοι δοκεῖ, &c. Exſtant etiam hæ *Allegoriæ* in ſuprà memorato *Poematum Heſiodi Syntagmate Heinſiano* pag. 228 & deinceps. Quid autem doctiſſimus *Heinſius* de ijs ſentiat, indicat ipſe in Præfatione Notarum ſuarum his verbis: *De Joanne Diacono quid dicam? Me quidem autore nunquam ſuſcepiſſet opus tàm frivolum & ineptum, ut ſenſum ex Theogoniâ occultum, & allegoriarum ſcrutaretur abyſſum. Scimus quantopere in hoc ſcribendi genere ſibi placuerint Philoſophi veteres, quantum in hoc ipſo Heſiodi ſcripto tentârint, quantum ſibi licere voluerint. Quorum exemplo ſi quid audendum erat Chriſtiano homini, & fide puriori imbuto, at certè divina religionis ſuæ myſteria, ineffabilem ſalutis noſtræ œconomiam, diſpenſationem æternæ ſapientiæ, ab his ſordibus immunem habere debuit. Minus enim hîc licet quàm in Philoſophorum placitis. Theologi itaque cùm legent, ea, quæ de Hercule ſuo fabulati ſunt veteres, ad Chriſtum referri, quæ de Jovis generatione, ad Dei Filium ἄναρχον καὶ ἄχρονον trahi, tela Jovis Sanctam Crucem appellari, quæ bonos ſervet, malos perdat; vel ringentur, vel ridebunt, vel miſerabuntur hominem.* Hucuſque *Heinſius*.

Decimò, & quidem à fol. 148 pag. 2 uſque ad fol. 153 pag. 1, *Joannis Protoſphatarij Expoſitio Phyſica in Heſiodi Poema, inſcriptum* Ἡμέραι ſive *Dies*; cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου κυρίου Ἰωάννου τοῦ Πρωτοσπαθαρίου Ἐξήγησις φυσικὴ τῶν Ἡμερῶν Ἡσιόδου. Εἰ καὶ μὴ μέχρι τοῦ νῦν ῥητῶν τινων ἐπεβαλόμην ἐξήγησιν, ἀλλά γε νῦν διά σε, ὦ τέκνον, ἐπιβλητέον τῷ πράγματι, &c. Exſtat etiam hæc Exegeſis in ſuprà memorato *Poematum Heſiodi Syntagmate* Heinſiano pag. 181 & deinceps.

Vndecimò, & quidem à fol. 153 pag. 2 uſque ad fol. 156 pag. 1, *Manuelis Moſchopuli Expoſitio in Heſiodi* Ἡμέρας ſive *Dies*, cujus titulus & principium: Ἐξήγησις τῶν Ἡμερῶν Ἡσιόδου Μανουὴλ τοῦ Μοσχοπούλου ἀνεψιοῦ τοῦ Κρήτης. Ἤματα δ' ἐκ Διόθεν πεφυλαγμένος] Ποιητικῶς λέγεται τὸ ἐκ Διόθεν, &c. Exſtat etiam hæc Expoſitio in ſuprà memorato *Poematum Heſiodi Syntagmate Heinſiano* pag. 166 & deinceps.

Duodecimò, & quidem fol. 157 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Hiſtorica Annotatio de Vitâ & Obitu* (1) *Arſenij, Monembaſiæ in Peloponneſo Metropolitæ ſive Archiepiſcopi*, qui orthodoxam Religionem Catholicam contra *Græcos ſchiſmaticos* ſtrenuè defendit, ideóque à *S. Sede*

Gg 2

(1) De eodem Arſenio vide Lib. I horum Commentariorum pag. 150, Lib. II pag. 48 & 200; & Lib. III pag. 205 & 225.

à *S. Sede Apoſtolicâ* ope *Venetorum*, ad quos *Monembaſia* tunc pertinebat, ad eam dignitatem promoveri meruit, contrà autem eandem ob cauſam à *Pachomio*, decimo ſeptimo poſt Vrbis Conſtantinopolitanæ per Turcas expugnationem Patriarchâ Conſtantinopolitano, excommunicatus eſt; ut prolixè refert *Emanuel Malaxus Peloponneſius* in Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ Conſtantinopolitanâ, vulgari ſermone græco-barbaro conſcriptâ, & à *Martino Cruſio*, Tybingenſis Academiæ Profeſſore, *Turco-Græciæ* Libro ſecundo cum verſione latinâ editâ, pag. 146, 147, 148, 149, 150 & 151; cui narrationi etiam ipſum *Patriarchæ Pachomij Diploma exaugurationis & excommunicationis Arſenij* integrum inſertum eſt. Verumenimverò neque *Emanueli Malaxo*, neque ipſi *Patriarchæ Pachomio* ulla hâc in re habenda eſt fides, neque criminationes & convitia eorum contra *Arſenium* majoris momenti ac validitatis ſunt, quàm reliquæ omnes *Schiſmaticorum Græcorum* contra univerſam *Eccleſiam Catholicam Occidentalem* virulentæ calumniæ, quæ pro ratione ac fundamento nihil aliud habent, quàm ignorantiam recti, & invidiam, & odium. Cum igitur *Emanuel Malaxus* & *Patriarcha Pachomius* iniquiſſimè ac injuſtiſſimè *Arſenium* accuſent & condemnent tanquam impium, improbum, inobedientem ac contumacem Eccleſiæ Orientalis turbatorem, ſingulari, ut opinor, Providentiâ Divinâ evênit, honorificentiſſimum ac veriſſimum teſtimonium de ejuſdem Arſenij vitâ, moribus, & obitu etiamnunc in ſuprà memorato *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* antiquo Codice manuſcripto adſervari atque exſtare his verbis: Ἐκ τοῦδε τοῦ βίου, καὶ περὶ ἄλλον κρείττονα ὁ σοφώτατος καὶ ἁγιώτατος καὶ πάντ' ἄριστος ΑΡΣΕΝΙΟΣ, ὁ τῆς Μονεμβασίας Πρόεδρος, ἀπεδήμησεν, Ἐνστήσιν διάγων ἀναγκαίων ὑποθέσεων τῆς μητροπόλεως αὐτοῦ χάριν καὶ τῶν πολιτῶν· καὶ τὸ μὲν πνεῦμα παρέδωκεν ἐν τῇ νυκτὶ τῆς παρασκευῆς τῇ ὑστέρᾳ τοῦ Ἀπριλλίου μηνός, καὶ ἐν τῇ κυριακῇ τῇ νεωστὶ ἐρχομένῃ, ἤγουν εἰς τὰς δύο τοῦ Μαΐου τοῦ μηνὸς ἔτυχεν ταφῆς ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Γεωργίου τοῦ μεγαλομάρτυρος, ἔτους τρέχοντος ἀπὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως ,αφλέ. Τὸ μὲν γένος ἐκ μὲν πατρὸς ἦν Βυζάντιος, ἐκ δὲ μητρὸς Πελοποννήσιος· ἐγεννήθη δὲ ἐν Κρήτῃ. γένους δὲ ἔτυχεν ἐξ εὐγενῶν, καὶ σοφῶν. ὁ γὰρ πατὴρ αὐτοῦ ἦν Μιχαῆλος Ἀποστόλης, τὸ γένος Βυζάντιος· ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ κατῆγεν τὸ γένος ἐκ τῆς Μονεμβασίας ἐκ τῆς οἰκίας Κομήτων τῶν Κορινθίων. ἦν γὰρ θυγάτηρ τοῦ εὐγενοῦς ἀνδρὸς Θεοδοσίου Κόμητος τοῦ Κορινθίου. ἐλείφθη δὲ ὀρφανὸς πάνυ ἐκ πατρός· φιλόπονος δὲ ὢν καὶ φύσεως δεξιᾶς δη-

ἐπιτυχὼν, ἐπέδωκεν ἐς λόγους, ὥστε δοκεῖν ἕνα εἶναι τῶν πάνυ διαπρεψάντων ἐπὶ λόγοις. ἐβίω δὲ περὶ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη· καὶ κατὰ μὲν τὸ σῶμα ἦν ἄντικρυς ἥρως· κατὰ δὲ τὴν ψυχὴν, σώφρων, ἐπιεικὴς, θεοσεβὴς, πρᾶος, γενναῖος, μεγαλόψυχος, ἀνδρεῖος, ἀγχίνοος πάνυ. Hoc est: *Ex hâc vitâ, & quidem ad aliam meliorem, emigravit sapientissimus, sanctissimus & optimus ARSENIVS, Monembasiæ Archiepiscopus, Venetijs degens ob necessarias quasdam Metropolis suæ ac Civium causas, & spiritum quidem reddidit nocte diei Veneris, qui ultimus fuit mensis Aprilis, & proximè sequenti die Dominico, secundo videlicet die mensis Maij, sepultus est in Templo Sancti Magni Martyris Georgij, currente anno à Nativitate Christi millesimo quingentesimo trigesimo quinto. Erat is genere quidem paterno Byzantius, materno autem Peloponnesius; natus verò est in Insulâ Cretâ ex nobili simul & sapienti prosapiâ. Pater enim ipsius fuit (1) MICHAEL APOSTOLES seu APOSTOLIVS, oriundus Byzantio; mater autem originem duxit ex Vrbis Monembasiæ Familiâ (2) Comitum Corinthiorum, fuitque filia generosi Viri THEODOSII Comitis Corinthij. Relictus verò est à patre valde orphanus; cùmque naturâ laboriosus & dexter esset, literarum studijs ita dedit operam, ut videretur unus esse ex ijs, qui eruditionis gloriâ fuerunt clarissimi. Vixit annos circiter septuaginta; & corpore quidem planè fuit heros, animâ verò continens, modestus, pius, mansuetus, generosus, magnanimus, fortis, & valdè prudens atque ingeniosus.* Hucusque anonymi istius synchroni Autoris de *Arsenio* testimonium, quo suprà memorata *Emanuelis Malaxi* & *Patriarchæ Pachomij* malignitas abundè refellitur. Huc quoque pertinet aliud de eodem *Arsenio* insigne testimonium, quod exstat in *Martini Crusij* Annotationibus in suprà citatam *Emanuelis Malaxi* Historiam Ecclesiasticam Constantinopolitanam pag. 199 his verbis: *Hic Arsenius, Monembasiæ Archiepiscopus, collegit ex antiquis libris in Cretâ, & Venetijs, & (4) Florentiæ, Scholia in septem Tragœdias Euripidis Græca; nempe in Hecubam, Orestem, Phœnissas, Medeam, Hippolytum, Alcestin, & Andromachen. Excudit ea Venetijs Lucas Antonius Juncta A. 1534. Arsenius autem, eleganti Epistolâ præfixâ, dedicat illa Paulo Tertio Pontifici; cujus Epistolæ hoc argumentum est: Primò gratulatur ei de Pontificatu adepto, quem gerere cœpit (5) A. 1534, multa in eo laudans, vocansque* κλεινόν τε καὶ ἀξιάγα-

(1) *Plura de eo vide Lib. V horum Commentariorum pag. 175, & suprà pag. 113, 114, 115, 116, in recensione Codicis Philosophici Græci LXIXni.*

(2) *Vide suprà pag. 20 & 93.*

(3) *Vide suprà pag. 57, ubi agitur de Codice manuscripto Philosophico Græco XXIVto, qui ad hunc Theodosium Comitem Corinthium olim pertinuit.*

(4) *Ibidem quoque, nempe* Florentiæ, *emit* Joannes Sambucus *Codicem manuscriptum Philosophicum Græcum, de quo in præsens agitur, ut ipse folij primi paginâ primâ propriâ manu indicat.*

(5) *Ita ibi legendum est; nempe A. 1434, non autem, ut vulgò perperam legitur, A. 1435. Electus enim est Pontifex* Paulus III *d. 13 Octobris A. 1434, & d. 3 Novembris ejusdem anni coronatus est.*

ἀξιάγαστον, καὶ τὰ ἑλλήνων ἐκ σπαργάνων θαυμάζοντά τε καὶ ἐκθειάζοντα. *Secundò conqueritur de violentiâ & libidine Italorum, qui præficiantur illis locis, ubi ipse sit, petens à Pontifice auxilium afflictis rebus;* μάχονται, *inquit,* Ἀγαρηνοὶ Χριστιανοῖς· ἀμφότεροι δὲ τοῖς ταλαιπώροις Γραικοῖς. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τὸ ἡμέτερον βασίλειον ἀνηλεῶς ἠνδραπόδισαν, καὶ τὸ γένος ἡμῶν εἰς τὰ γῆς πέρατα περιπλανῶντας διεσκέδασαν· τῶν δὲ ἑσπερίων τινὲς, εἴ τι καὶ πόπανον ὑπὸ τῶν θεοστυγῶν ἐκείνων ἔτι που καταλελειμμένον ἐν τῇ Ἑλλάδι, κἀκεῖνο ἁρπάξοντες κατεσθίουσι. *Conqueritur quoque, non etiam unum aut alterum Græcum esse inter tot Cardinales, gestantes* σκιάδιον πορφυρόβαφον, πολυτελές τε καὶ πολυπρόσοδον. *Quanquam, inquit,* οὐ ζητοῦμεν πολυταλάντους ἀρχιεπισκοπάς, οὐδὲ ἐπισκοπὰς καὶ ἀββαδείας τῶν παχειῶν, ἀλλ᾽ ὀλίγοι τε φίλοι τε. *Tertiò, cùm propter podagram & paupertatem,* δύο ἐξολέστατα θηρία, *Romam venire gratulatum non potuerit,* καὶ ἰδεῖν μὲν τὴν αὐτοῦ ἀρχιεροπρεπεστάτην καὶ θεοείκελον πρόσοψιν, προσκύσαι δὲ καὶ περιπτύξασθαι καὶ τοὺς ἱεραγίους αὐτοῦ πόδας, *dedicat ei loco* ὀπωρείας δῶρα *hæc Scholia:* οἶδα γάρ σε, *inquit,* μακαριώτατε, Ὁμηρικώτατον ὄντα, καὶ ποιηταῖς οὐχ ἧττον, ἢ καὶ τοῖς φιλοσόφοις προσκείμενον. *Quartò indicat utilitatem lectionis Tragædiarum ex Timocle dicente:*

Ὡς ὠφελοῦσι πάντας. ὁ μὲν γὰρ πένης,
Πτωχότερον αὐτοῦ καταμαθὼν τὸν Τήλεφον
Γενόμενον, οὕτω τὴν πενίαν ῥᾷον φέρει·
Χωλός τίς ἐστι, τὸν Φιλοκτήτην ὁρᾷ.

Hæc *Martinus Crusius* de *Arsenio* Monembasiæ Archiepiscopo, & de primâ editione *Venetâ* veterum Scholiorum Græcorum in Euripidis septem Tragœdias, ab eo collectorum. Ego verò, cùm hæc scriberem, usus sum editione secundâ *Basileensi* Joannis Heruagij anni 1544 in octavo, cui itidem suprà memorata græca *Epistola dedicatoria ad Papam Paulum III* præfixa est, quæ inscribitur atque incipit his verbis: Τῷ παναγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ Πατρὶ καὶ Κυρίῳ ἡμετέρῳ, Κυρίῳ Παύλῳ τρίτῳ τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ῥωμαϊκῆς καὶ Καθολικῆς Ἐκκλησίας ἄκρῳ Ἀρχιερεῖ, Ἀρσένιος ὁ Μονεμβασίας Ἀρχιεπίσκοπος ἐν Κυρίῳ χαίρειν πάντοτε. Εἰ καὶ πρὶν περιττῶς, μακαριώτατε Πάτερ, τὸ τῶν Ἑλλήνων γένος ἐξευτελίζων καὶ ταλανίζων ἐτύγχανον, ὑποπεσὸν ἤδη μυρίοις χειμῶσιν ἀναροῖς, ἀλλά τό γε νῦν ἔχον, αὖ τὸ εὔδαιμον ἥγημαι καὶ μακαριστὸν, ἅτε δή σε Ἀρχιερέα μέγαν ἔναγχος κληρωσάμενον, &c.

CXXIX.

Centesimus vigesimus nonus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque folijs *trecentis septem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem fol. 1 pag. 2 & fol. 2 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris Σχῆμα σφαιροειδὲς τοῦ ὁρατοῦ κόσμου, sive, *Schema Sphæricum totius Mundi visibilis*, cum Explicatione Nominum duodecim Ventorum.

Secundò, & quidem fol. 3 pag. 1, anonymi cujusdam *Observatio Physica triplex de Nubibus, Aquâ & Oceano*; cujus principium: Περὶ νεφελῶν ἐπίσκεψις. Αἱ νεφέλαι &c.

Tertiò, & quidem à fol. 4 pag. 1 usque ad fol. 14 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Capita quædam Chronologica de Paschate*; quorum titulus & principium: Περὶ τοῦ ἁγίου Πάσχα. Κεφάλαιον ζ. Εἶτα τὰς μὲν ἄλλας τῶν ὑποθέσεων, ἃς τὸ προκείμενον ἀπαιτεῖ σύνταγμα, &c.

Quartò, & quidem à fol. 15 pag. 1 usque ad fol. 48 pag. 2, *Michaelis Pselli Opus Chronologicum de Motu temporis Cyclorum Solis & Lunæ, Eclipsibus, & inventione Paschatos, per Interrogationes & Responsiones*; cujus titulus & principium: Ποίημα τοῦ μακαριωτάτου Ψελλοῦ περὶ τῆς κινήσεως τοῦ χρόνου τῶν κύκλων τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης, καὶ τῆς ἐκλείψεως αὐτῶν, καὶ τοῦ Πάσχα εὑρέσεως. Ἐρώτησις. Διατί ὁ ἅπας χρόνος νυχθήμερα ἔχει τξέ &c. Ἀπόκρισις. Πρὸ τῶν ἄλλων πάντων τοῦτο χρὴ πάντας γινώσκειν περὶ τοῦ δημιουργοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ τοῦ τῆς ἀληθοῦς θεμελίου γνώσεως, ὅπερ ὁ Προφήτης προεσαφήνισεν, ὅτι πάντα αὐτὸς εἶπε καὶ ἐγενήθησαν &c.

Quintò, & quidem à fol. 49 pag. 1 usque ad fol. 58 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Tractatus Medico-Physicus de Homine & Corporis humani partibus atque accidentijs, per Interrogationes & Responsiones*; cujus principium sine ullo titulo est tale: Ἐρώτησις. Τί ἐστιν ἄνθρωπος; Ἀπόκρισις. Ζῶον λογικὸν θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν. Ἐρώτησις. Τί ἐστιν ἐγκέφαλος; Ἐγκέφαλός ἐστιν &c.

Sextò, & quidem à fol. 59 pag. 1 usque ad fol. 60 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Annotamentum de Re nummariâ & de Mensuris*; quod sine ullo titulo incipit his verbis: Τάλαντον, κατὰ μὲν τὸν λιτρισμὸν, ρκέ λιτρῶν ὑπάρχει &c.

(1) *Fuit & olim inter Codices MSS tos Philosophicos & Philologicos Græcos centesimus quinquagesimus octavus.*

Septimò,

Septimò, & quidem fol. 60 pag. 2 & fol. 61 pag. 1, *Nonni Panopolitæ Narratio historica de morte Homeri, à S. Gregorio Nazianzeno in Scriptis suis memoratâ*; cujus titulus & principium: Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου. Ἱστορία λγ', ἡ κατὰ τὸν Ἀρκαδικὸν ζήτημα· ἔστι δὲ αὕτη. Ὅμηρος ὁ ποιητὴς, περὶ τὴν Ἀρκαδίαν γεγονὼς, &c. Vide Librum *tertium* horum Commentariorum pag. 99, 182, 183, 205, 206, 207.

Octavò, & quidem à fol. 61 pag. 1 usque ad fol. 65 pag. 1, anonymi cujusdam *Collectio Physica miscella de Terræ motu, Nubibus, Grandine, Nive, Tonitru & Fulgure*; cujus principium: Περὶ σεισμοῦ. Ὁ σεισμὸς δοκεῖ γίνεσθαι, τῆς ἐκ τοῦ ἐπικρατοῦντος ὀνομαζομένης θερμῆς καὶ ξηρᾶς ἀναθυμιάσεως ἀπολαμβανομένης κάτω καὶ ὑπὸ γῆν ἀθροιζομένης τε καὶ συναγομένης εἰς ἓν, κἀντεῦθεν πνεύματος ἰσχυροῦ συνισταμένου, καὶ &c.

Nonò, & quidem à fol. 65 pag. 2 usq; ad fol. 73 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Collectio miscella Astronomica & Astrologica*; cujus principium: Περὶ τοῦ οὐρανίου σώματος. Ὁ οὐρανὸς, λέγει ὁ μέγας Βασίλειος, ὅτι ἐστὶ καπνοειδής. ἄλλοι δὲ λέγουσι, ὅτι ἐστὶν κρυσταλλοειδής· ἕτεροι δὲ &c. Exstat etiam ibidem peculiare *Caput* περὶ Ὡροσκόπου, sive, *de Horoscopo*; ut Ὡρολόγιον τῶν ιβ' μηνῶν, sive, *Horologium duodecim mensium*; cujus principium: Μέθοδος τοῦ γινώσκειν τὰς ὥρας τῆς ἡμέρας. Σταθεὶς ὀρθῶς ἐν ὁμαλῷ τόπῳ &c; item *Observatio Astrologica* περὶ φλεβοτομίας, sive, *de Sanguinis missione*; nec non *Tabula dierum fortunatorum cujusque mensis, quos Deus revelavit Esdræ Sacerdoti*; cujus Inscriptio: Ἀγαθαὶ ἡμέραι, ἃς ἔδειξεν ὁ Θεὸς τῷ Ἔσδρᾳ τῷ ἱερεῖ.

Decimò, & quidem à fol. 74 pag. 1 usque ad fol. 85 pag. 2, *Melampodis Astrologi Methodus Prædictionum Lunarium*, cujus titulus & principium: Ἑτέρα μέθοδος σεληνιακὴ περὶ τῆς σελήνης προγνώσεων, ΜΕΛΑ'ΜΠΟΔΟΣ τοῦ Ἀστρολόγου. Ἐν τῷ Μαρτίῳ ἡ σελήνη κατὰ τὴν πρώτην &c. Huc accedunt etiam aliæ quædam *Observationes Astronomicæ miscellaneæ absque nominibus Autorum*.

Vndecimò, & quidem à fol. 86 pag. 1 usque ad fol. 254 pag. 2, *Georgij Chrysococæ*, seu potiùs *Chrysococcæ, Medici, Expositio in Syntaxin Astronomicam Persarum ad fratrem suum Joannem Charsaniten, cum subjunctis Tabulis Astronomicis, Geographicis & Chronologicis.* Inscribitur ea atque incipit his verbis: Τοῦ σοφωτάτου ἰατροῦ, κυροῦ Γεωργίου τοῦ Χρυσοκόκκη ἐξήγησις εἰς τὴν σύνταξιν τῶν Περσῶν,

ἐκτε-

ἐκτεθεῖσα πρὸς τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν κυρὸν Ἰωάννην τὸν Χαρσανίτην. Πάλαι μὲν, καὶ αὐτὸς ὡς οἶδα, ὦ φίλτατε Ἰωάννη, τοῦ Περσικοῦ τοῦδε προχείρου σπουδάζοντος μάθησιν, διδασκάλου χρωμένου τινὶ ἱερεῖ, ᾧ ὄνομα Μανουὴλ, πόλεως ὄντι Τραπεζοῦντος, καὶ αὐτὸς δέ μοι πολλάκις συνὼν, &c. Quâ finita *Præfatione*, in quâ præcipuè narratur, quomodo Syntaxis illa à quodam *Chioniade* ex *Persiâ Trapezuntem* perlata, & ab eodem in linguam Græcam conversa sit, sequitur *Index Capitum quadraginta octo*, in quæ tota illa Expositio divisa est; eique porrò subjungitur aliud *Proœmium*, quod inscribitur atque incipit his verbis: Προοίμιον. Ἐπειδήπερ τὴν σύστασιν τῶν προκειμένων προχείρων κανόνων, τὴν περιέχουσαν τὰς τῶν ἀστέρων κινήσεις, ἀπὸ χρόνου τινὸς προϋφεστάναι ἐχρῆν, καὶ τοὺς κατ' αὐτὴν τόπους τῶν ἀστέρων, ἐπεὶ καὶ κινήσεως ἀρχὴ τόπος ἐστὶ καὶ χρόνος, πεποίηται αὕτη ἀπὸ πρώτου ἔτους τοῦ (1) Ἰασδαγέρδου Σαριέρ, βασιλέως Περσῶν, θαύματος ἄξια ἐργασαμένου πολλὰ, &c. Quo finito *secundo Proœmio*, inscribitur atque incipit *Caput primum* hoc modo: Κεφάλαιον α΄ περὶ τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης, καὶ τοῦ μηνὸς καὶ τοῦ χρόνου. Τοῦ ζωδιακοῦ τοίνυν κύκλου εἰς ιβ΄ ἴσα διῃρημένου, &c. Meminit hujus *Autoris* & *Operis* R.P. *Philippus Labbeus* S.I. in Novâ Bibliothecâ manuscriptorum Librorum Græcorum pag. 124, ubi refert, *Georgij Chrysococcæ Medici Tabulas Astronomicas & Geographicas exstare in Codice Regio Parisino 1404.* Multo autem prolixiùs de eodem *Autore* & *Opere* agit *Leo Allatius* in Diatribâ de Georgijs pag. 359 & 360; quem locum, quia ad rem præsentem maximè facit, & Animadversionibus quibusdam marginalibus indiget, integrum hîc exhibeo: *GEORGIVS CHRYSOCOCCA, peritiâ linguarum, & Mathematicis artibus clarus, circa Palæologorum extrema tempora innotuit. Commentationem Persicam in linguam Græcam vertisse, eámque in Vaticanâ Bibliothecâ servari tradit* (2) *Gesnerus. Legi in Indice Græco manuscriptorum:* Γεωργίου τοῦ Χρυσοκόκκη ἐξήγησις εἰς τὴν σύνταξιν τῶν Περσῶν ἐν κεφαλαίοις (3) μζ σὺν τοῖς Ἀστρονομικοῖς διαγράμμασι καὶ Γεωγραφικοῖς πίναξιν· *hoc est: Georgij Chrysococcæ Expositio in Constructionem Persarum per Capita XLVII cum*

(1) *Appellatur is vulgò* Jezdegerdes *vel* Ildegerdes, *& A.C.* 632 *à Saracenis in prælio occisus est. Plura vide in R.P.* Dionysij Petavij *Magno Opere de DoctrinâTemporum lib. 3 cap. 11 & 12, & lib. 7 cap.* 15.

(2) *Minimè verò. Nam ipsa* Conradi Gesneri *verba, quæ hîc longè aliter citantur, quàm re verâ se habent, sunt hæc*: Georgius Choniates Antidota Persica in Græcum sermonem transtulit; quem Librum Diegus Hurtadus, Cæsaris apud Venetos Legatus, habet. Cyri (*Κυροῦ græcobarbarè pro Κυρίου, hoc est, Domini*) GEORGII CHRYSOCOCCÆ Medici Expositio *εἰς τὴν Σύνταξιν τῶν Περσῶν* Romæ servatur in Vaticanâ. Vide ne idem sit antecedenti. *Hæc* Gesnerus; *à quibus quantum Allatiana illa discrepent, cuilibet videre licet.* Georgius *enim* Chrysococca *non scripsit* Commentationem Persicam, *sed* Expositionem in Syntaxin Astronomicam Persarum, *nec eam Syntaxin* ipse *vertit in linguam Græcam, sed* Chioniades, *qui illam primus ex* Persiâ Trapezuntem *attulit.* (3) *At in Codice hoc* Cæsareo *μη΄ sive* XLVIII.

Astronomicis designationibus & Geographicis tabulis. Principium.: Ἐπειδήπερ τὴν σύστασιν τῶν περιεχομένων περιχείρων &c. *Erat in Bibliothecâ Antonij Augustini, ut ipse observavi Cod.* 223. *Et nunc quoque in Bibliothecâ Ambrosianâ est; quamvis, ut mihi relatum est, in uno ex Codicibus (binos nàmque Codices Bibliotheca illa habet)* (1)*Præfatiuncula quædam ante Capitulorum Elenchorum præscribitur, cujus principium:* Πάλαι (2) μὲν, ὡς καὶ αὐτὸς οἶδα, &c. *Argumentum est:* (3) Πῶς καὶ διά τινος εἰς ἡμᾶς ἦλθε τὸ μάθημα· *hoc est: Quomodo & per quem ad nos Mathemata pervenerunt. Nec aliud Opus fuisse existimo, quàm quod in Bibliothecâ Regis Gallorum legitur, & in Bibliothecâ Regis Catholici:* Γεωργίου τοῦ Χρυσοκόκκη τοῦ Ἰατροῦ Ἀστρονομικά· *hoc est: Georgij Chrysococcæ Medici Astronomica. v.* θ'. 7. & *iv.* θ'. 16. & *ii.* κ'. 19. *In Bibliothecâ Regis Gallorum Cod.* 1219: Γεωργίου ἰατροῦ τοῦ Χρυσοκόκκη περὶ τῆς εὑρήσεως τῆς ἡμέρας τῆς ἁπλῶς συζυγίας ἡλίου καὶ σελήνης, *sive, De inveniendis Syzygijs Lunæ solaribus per singulos anni menses. Principium:* Πρῶτον μεθόδους ἐκθεῖναι δέον, ὡς οἷόν τε, δι' ὧν τὴν ἡμέραν αὐτὴν τῆς συζυγίας εὑρήσειν ἁπλῶς. *Ex his habetur, eum professione Medicum fuisse. In Bibliothecâ Madritensi conservatur ejusdem* Πῶς δεῖ κατασκευάζειν ὡροσκόπον, ἤτοι ἀστρόλαβον *hoc est: Quomodo construendum sit Horoscopium, aut Astrolabium, ii.* κ'. 19. *Homeri Odysseam cum Scholijs alijsque correctissimè exscripsit, quæ ex Palatinâ in Bibliothecam Vaticanam advecta est; quod in calce Libri ipse adnotaverat:* Γεώργιος Χρυσοκόκκης ἔγραψε τὴν Ὁμήρου Ὀδύσσειαν μετὰ σχολίων καὶ ἄλλων ἐν ἔτει ,ϛωμδ', Ἰνδικτ. δ'.

Πονῶν, μογῶν ἄμετρα ταύτην τὴν βίβλον
Τέλει δέδωκα τοῦ Θεοῦ νενευκότος.
Γεννῶσι δόξαν τοῖς φιλοῦσιν οἱ πόνοι,
Τοῖς δ' αὖ ἀέργοις μῶμον ἡ ῥᾳθυμία.

Θεοῦ διδόντος, οὐδὲν ἰσχύει φθόνος, καὶ μὴ διδόντος, οὐδὲν ἰσχύει κόπος. *Hoc est: Georgius Chrysococca scripsit Homeri Odysseam cum Scholijs & alijs anno Mundi 6844, Indictione quartâ. Laborans insudánsque præter mensuram, hunc Librum ad finem perduxi Deo annuente. Laborantibus gloriam generant sudores; non laborantibus opprobrium segni-*

(1) *Nempe similiter ut in Codice hoc Cæsareo.*

(2) *Μὲν perperàm pro μὴ ut rectè legitur in hoc Codice Cæsareo.*

(3) *Hoc reverá longè se habet aliter.* Argumentum *enim istius Præfationis non est.* quomodo & per quem Mathemata ad nos pervenerint, *sed,* quomodo & per quem Syntaxis illa Astronomica Persarum ex Persiâ deportata, & in linguam Græcam translata sit. *Ipsa* Chrysococcæ *verba sunt hæc:* Πρῶτον τοίνυν ἄξιον ἐπιμνησθῆναι τῶν ἐκείνου τινός, ὅπως ἐκ Περσίδος ἐκομίσθη αὕτη ἡ σύνταξις, καὶ παρά τινος εἰς τὴν ἑλλάδα μετηνέχθη γλῶτταν. ἔλεγε τοίνυν ἐκεῖνος ὅτι Χιονιάδης τις, ἐκ Κωνσταντινουπόλεως τραφείς, &c.

segnities. Deo dante, nihil potest invidia, & non dante, nihil potest labor. Hinc eum anno Christi 1336 vixisse comperimus. Hucusque *Leo Allatius.* Cætera enim, quæ ibidem sequuntur *de Amurati, primi ejus nominis Turcarum Imperatoris, cæde*, minùs ad rem præsentem pertinent; uti etiam illa, quæ porrò ibidem adduntur *de Chrysococcâ Juniore, Theodori Gazæ socio & amico.* Obijt enim *Theodorus Gaza* A. C. 1478, hoc est, *centum quadraginta duobus annis*, postquam *Chrysococca senior* Odysseam Homeri descripserat. Quod superest, speciatim moneo, in præstantissimo Codice manuscripto *Cæsareo*, de quo hactenùs actum est, inprimis rationem habendam esse *Tabularum Geographicarum longitudinis & latitudinis præcipuarum Vrbium Europæ, Asiæ & Africæ* fol. 146, 147 & 155, quia eorum beneficio non pauca *Thesauri Geographici Abrahami Ortelij* loca possunt emendari & illustrari.

Duodecimò, & quidem à fol. 255 pag. 1 usque ad fol. 307 pag. 2, ejusdem, ut videtur, *Georgij Chrysococcæ Editio atque Expositio Syntagmatis Canonum Astronomicorum Judaicorum*, quod Ἑξαπτέρυγον sive *Sexalare* inscribitur, quia ipsi illi *Canones* Πτερὰ sive *Alæ* appellantur. Ipsa tituli verba græca cum principio Procemij sunt hæc: Ἔκδοσις εἰς τὸ Ἰουδαϊκὸν ἑξαπτέρυγον. Τῆς τῶν πλανωμένων ἀστέρων φορᾶς ποικίλης γε οὔσης καὶ πολυειδοῦς, &c. Huc accedunt in fine etiam aliæ quædam *Observationes Astronomicæ miscellaneæ.*

CXXX.

Centesimus trigesimus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & optimæ notæ in folio, sed principio & fine mutilus, totúsque ruinosus, & aquâ marinâ valdè inquinatus, constátque nunc folijs *quadringenta septem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur olim fuit comparatus *Constantinopoli.* Continentur eo *Georgij Chrysococcæ Tabulæ Astronomicæ, Geographicæ & Chronologicæ*, de quibus jam suprà in recensione proximè præcedentis Codicis CXXIXni fusiùs & accuratiùs actum est.

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

CXXXI.

Centesimus trigesimus primus (2) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque nunc folijs *quadraginta octo*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli.* Continetur eo *Georgij Chrysococcæ Editio atque Expositio Syntagmatis*

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos ducentesimus septuagesimus tertius.*

Canonum Astronomicorum Judaicorum, quod Ἑξαπτέρυγον sive *Sexalare* inscribitur, quia ipsi *Canones* Πτέρυγα sive *Alæ* nuncupantur. Ipsa *Tituli* verba græca cum principio *Præfationis* sunt hæc: Ἔκδοσις εἰς τὸ Ἰουδαϊκὸν ἑξαπτέρυγον. Τῆς τῶν πλανομένων ἀστέρων φορᾶς ποικίλης γε οὔσης καὶ πολυειδοῦς, ποικίλας τε καὶ διαφόρους ἐφόδους, καὶ πολλοὺς ἑλληνικούς τε καὶ βαρβαρικοὺς κανόνας πρὸς κατάληψιν τοῦ τόπου τῆς αὐτῶν κινήσεως οἱ περὶ τὰ σφαιρικὰ ἐσχολακότες ἡμῖν ἤδη παραδεδώκασιν, ὅθεν &c. Idem Opusculum exstat etiam in suprà memorato Codice manuscripto Philosophico Græco CXXIXno, num. 12.

CXXXII.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducentesimus octogesimus nonus.

Centesimus trigesimus secundus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque nunc folijs *quinquaginta quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 5 pag. 1, *Miscellanea quædam Astronomica*, quæ præcipuè ad *Solennitatem Paschalem* pertinent, & anno Mundi 6781, sive, anno Christi 1273 scripta sunt, ut folij quarti paginâ primâ & secundâ videre est.

Secundò, & quidem à fol. 5 pag. 1 usque ad fol. 54 pag. 1, *Michaelis Pselli Opus Chronologicum de Motu temporis Cyclorum Solis & Lunæ, Eclipsibus, & Inventione Paschatis, per Interrogationes & Responsiones*; cujus titulus & principium: Ποίημα τοῦ μακαριωτάτου Ψελλοῦ περὶ τῆς κινήσεως τοῦ χρόνου τῶν κύκλων τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης, καὶ τῆς ἐκλείψεως αὐτῶν, καὶ τῆς τοῦ Πάσχα εὑρέσεως. Ἐρώτησις. Διατί ὁ ἅπας χρόνος νυχθήμερα ἔχει τξέ &c. Plura de eo vide suprà in recensione Codicis CXXIXni, num. 4.

CXXXIII.

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* centesimus decimus quintus.

Centesimus trigesimus tertius (2) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque folijs *trecentis quadraginta octo*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 19 pag. 1, *Miscellanea quædam Astronomica*, inter quæ præcipuum locum obtinet *Joannis Caloidæ Canon Paschalis ab anno Mundi 6938 sive anno Christi 1430 usque ad annum Mundi 7000 sive annum Christi 1492*. Quamvis autem

autem is Canon usque ad jam memoratum tempus pertingat, ipse tamen Autor in fine ejus propriâ manu testatur, se illum composuisse & absolvisse anno Mundi 6937 sive anno Christi 1429. Ipsa ejus verba sunt hæc: Τέλος σὺν Θεῷ τοῦ Πασχαλίου, ,ϛϡλζ ἔτους, ἰνδικτιῶνος ζ, μαΐῳ λά. Ἐτελειώθη παρ' ἐμοῦ ἸΩΑ'ΝΝΟΥ ΚΑΛΟΕΙΔΑ͂ ἐν ἔτει ,ϛϡλζ ἰνδικτιῶνος ζ.

Secundò, & quidem à fol. 19 pag. 2 usque ad fol. 22 pag. 2, *S. Joannis Chrysostomi Oratio in Annunciationem Beatissimæ Virginis Deiparæ*, cujus titulus & principium: Μαρτίῳ κέ. Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. Ἀδελφοὶ, βασιλικῶν μυστηρίων ἑορτὴν ἑορτάζομεν σήμερον, εἰς ἣν &c. Plura de hâc Oratione vide Libri *quarti* horum Commentariorum pag. 75 in recensione Codicis manuscripti Theologici Græci CXVIti, num. 27.

Tertiò, & quidem fol. 22 pag. 2, *Maximi Planudis, Monachi Constantinopolitani, Epistola*, cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ κυρίου Μαξίμου τοῦ Πλανούδη. Ἐρήμην ποτὲ καταδικασθεὶς &c. Plura de ipso *Maximo Planude* ejusque *Epistolis* vide Libri *quarti* horum Commentariorum pag. 56 & 57.

Quartò, & quidem fol. 23 pag. 1 & 2, *Herodiani Grammatici*, qui *Apollonij Dyscoli* fuit filius, & seculo post Christum secundo sub *Imp. Commodo* claruit, *Observatio de vetustissimis Numerorum Notis, apud Græcos usitatis*; cujus titulus & principium: Ἡρωδιανοῦ. Ἐπὶ τῶν σημείων &c. Vide *Ger. Joan. Vossium* de Scientijs Mathematicis cap. 8 § 3; atque insuper consule *Matthæi Hosti* doctissimum Libellum de Numeratione emendatâ, veteribus Latinis & Græcis usitatâ, editum Antverpiæ typis Christophori Plantini A. 1582 in octavo.

Quintò, & quidem fol. 24 pag. 1 & 2, *Nomina duodecim Mensium apud Athenienses, Ægyptios, Macedones, Cappadoces, & Asianos sive Bithynos olim usitata*; ut & *duodecim Versus Heroici de totidem Mensibus Ægyptiacis*.

Sextò, & quidem fol. 24 pag. 2 & fol. 25 pag. 1 & 2, *ex Pauli Æginetæ Opere de Re Medicâ Caput ultimum Libri ultimi de Ponderibus & Mensuris*, quod inscribitur atque incipit his verbis: Περὶ σταθμῶν καὶ μέτρων. Ὁ σταθμὸς βάρει μετρούμενος &c. Vide Libri *sexti* horum Commentariorum Partem secundam pag. 93, 104, 210 & 211.

Septimò, & quidem fol. 25 pag. 2, *ex Galeni Operibus Excerptum* περὶ οὔρων, sive, *de Vrinis*.

Octavò, & quidem à fol. 26 pag. 1 usque ad fol. 27 pag. 1, *Carmen alphabeticum de Extremo Judicio, versibus politicis*; cujus principium: Ἄνθρωπε κάμνεις καὶ θαῤῥεῖς &c.

Nonò, & quidem à fol. 27 pag. 2 usque ad fol. 29 pag. 2, anonymi cujusdam *Observationes quædam Chronologicæ*, quarum principium: Ὁ ἐνιαυτὸς ἔχει μῆνας ιβ', &c.

Decimò, & quidem à fol. 29 pag. 2 usque ad fol. 30 pag. 2, *S. Tryphonis Martyris Exorcismus Insectorum aliorumque animalium, quæ hortis, vineis & agris noxam ac perniciem inferunt*; cujus titulus & principium: Εὐχὴ τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Τρύφωνος. Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐγὼ ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ Τρύφων, βόσκοντός μου ποτὲ χῆνας, εἶδον τὰ δένδρα καὶ τοὺς κήπους τῶν ἀνθρώπων ἀδικηθέντας παρὰ τῶν φθοροποιῶν καὶ ἰοβόλων θηρίων, καὶ ἐδεήθην Κυρίου τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἀχράντου αὐτοῦ δυνάμεως, ἵνα ἀποπέμψει αὐτὰ εἰς τὰ ἄγρια ὄρη καὶ εἰς τὰ ἄκαρπα δένδρα, ἔνθα οὐκ οἰκοῦσιν ἄνθρωποι, &c. Exstat quidem hic *Exorcismus* ijsdem ferè verbis etiam in *Euchologio* sive *Rituali Græcorum*, Lutetiæ Parisiorum à R. P. *Jacobo Goar* O. P. A. 1647 græcè & latinè in folio edito, pag. 697 & 698; sed rectè ibidem jam memoratus R. P. Goar monet, illum esse suppositititium. Ipsa ejus verba pag. 699 & 700 eâ de re sunt hæc: Εὐχὴ τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Τρύφωνος] *Exorcismus est, non Oratio; eáque non TRYPHONIS Martyris, sed forsan ignoti nominis, & notissimæ rusticitatis viri, suppositititius, adulterinus, & reprobrandus omninò fœtus. Quamvis enim admissus sit in Ecclesiam noxiorum animalium Exorcismis fugandorum sacer ritus; (draconem námque, ne homines infestaret, Apostoli Simon & Judas apud D. Thomam 2. 2. quæst. 90 adjurârunt: Petrum præterea, Joannem, Andream & Thomam exorcismorum, de quibus est sermo, autores agnoscit Martinus Del-Rio lib. 3 part. 2 qu. 4 sect. 8, nec ab eis unquam sancti Viri abhorruerunt: quin & B. Guillelmus Lausanensis Episcopus anguillas omnes è suæ potestatis limitibus, noxâ ab eis receptâ, exorcismis fugavit; & ijsdem S. Pruminius Insulam S. Marci prope Constantiam vermium omnia corrodentium lue liberavit) sicut tamen vana omnis & superstitiosa observatio, quâ insecta accusationibus, litibus intentatis, judiciarijsque actibus condemnantur, & in exilium aguntur, vitanda sunt, sic & incertæ autoritatis & apocryphus hic Exorcismus autori suo remit-*

remittendus est, cùm nec TRYPHONIS (1) *Vitæ, aut Historiæ Ecclesiasticæ Autores, eum ullatenùs commendârint, & magnum illud Dei nomen petræ insculptum, cujus characteribus exaratis, ipsa confracta est & contrita, fabulam redoleat; proptereàque Exorcismum hunc Orationibus, præcipuo cultu excipiendis, temerè à simplicis ingenij autore insertum puto.* Hucusque R. P. *Goar.* Si quis porrò integram S. *Tryphonis Martyris Vitam*, à *Simeone Metaphraste* græcè conscriptam, legere desideret, is eam inveniet in R. P. *Laurentij Surij* Carthusiani Tomo primo de probatis Sanctorum Historijs die primo Februarij, à pag. 789 usque ad pag. 794, sed tantùm *latinè.* Verba autem ejus Vitæ, quæ ad rem præsentem maximè pertinent, sunt hæc: *Beatus Tryphon è Phrygiâ quidem primùm fuit editus, vico verò Campsade, qui est vicinus Civitati Apameæ. A pijs autem parentibus ortus magis pius filius, ab ineunte ætate visus est Deo adeò esse gratus, ut judicatus sit idoneus ad ministrandas operationes spiritûs. Quamobrem varij quidem morbi fugiebant à corporibus: dæmoniorum verò universa hominibus infesta natura, solo nomine Tryphonis flagellata, vel potiùs usta virtute ejus, qui in eo erat spiritûs, fugabatur quidem ab hominibus, abigebatur autem in intima deserti penetralia. Atque omnia quidem recensere miracula, quæ ab eo facta sunt, non est præsentis temporis; cùm unius autem in præsentiâ fecero mentionem, per quod gratiæ, quæ in eo erat, virtus possit esse evidens, ad Martyrium præclari Athletæ me conferam. Anno Christi 225* &c. Narratur deinde, quomodo *Imp. Gordiani filia* obsessa fuerit à dæmone, & ipse dæmon indicaverit, se ab eâ non esse recessurum, nisi advenisset *S. Tryphon*, & porrò, quomodo *S. Tryphon* jussu Imperatoris per totum ferè terrarum Orbem quæsitus sit, eáque inquisitio etiam pervenerit ad partes *Phrygiæ*, ibique innotuerit, eum, qui quæreretur, agere in vico *Campsade*, & tandem rem ipsâ inventus sit propter paludem lacûs (2) *ANSERUM curam gerens*, atque inde Romam deductus sit ad Imperatorem, ejusque filiam à dæmone liberaverit, &, hoc facto, honorificè ad suos remissus sit, ac denique A. C. 250 sub Imperatore quidem *Decio*, Præfecto autem Orientis *Aquilino*, *Niceæ* in Bithyniâ cruentum pro Christo martyrium constantissimè ac gloriosissimè consummaverit.

(1) *Videtur tamen* Simeon Metaphrastes *in ejus Vitâ* exorcissationem *illam insectorum comprehendere sub generali mentione* miraculorum, *quæ de industriâ silentio prætereit.*

Undecimò, & quidem fol. 30 pag. 2, *Precatio* quædam *superstitiosa*, seu potiùs *magica*, cujusdam *Mariæ*; cujus principium: Ὁ Θεὸς τοῦ Ἀβραάμ, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσαάκ, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰακώβ, διαφύλαξον τὴν δούλην σου Μαρίαν &c.

(2) *Huc pertinent verba illa suprà exhibita*, βόσκοντός μου τοὺς χῆνας, *vel, ut in* Euchologio Græcorum *legitur*, Ὄντος μου ἐν Καμψάδῃ κώμῃ, καὶ τὰς χῆνας ἐπιμελουμένου μου καὶ βόσκοντος. &c.

Duo-

Duodecimò, & quidem à fol. 31 pag. 2 usque ad fol. 35 pag. 1, alia quædam ejusdem suprà memoratæ *Mariæ* Precatio contra infirmitates corporis, aliáque varia mala; cujus principium: Δέσποτα Κύριε, ὁ ἰατρὸς τῶν σωμάτων, καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως, ὁ μὴ βουλόμενος εἶναι τὸν ἄνθρωπον νοσερὸν ἢ κατώδυνον, ἀλλὰ ἱλαρὸν καὶ ὑγιῆ ὁλοτελῆ, αὐτὸς καὶ τὴν δούλην σου Μαρίαν, &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 35 pag. 1 usque ad fol. 36 pag. 1, *Asclepiadis & Dioscoridis Præcepta salutaria Medica*, quorum titulus & principium: Ὑγιεινὰ παραγγέλματα σύντομα Ἀσκληπιάδους καὶ Διοσκορίδους &c. Εὐεξίας τράπεζαν εἰ θέλεις &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 36 pag. 2 & fol. 37 pag. 1, anonymi cujusdam Annotamentum *de origine Alphabeti Græcorum*; cujus principium: Πρῶτον μὲν τῶν παρ' Ἕλλησι στοιχείων τὴν ἐξαγωγὴν συστῆναι φασιν ἀπὸ τοῦ ἄλεφ ἑβραϊκοῦ στοιχείου, ὃ ἑρμηνεύεται μάθησις, &c. Exstat illud in *Varini Phavorini Camertis*, Episcopi Nucerini, Lexico Græco editionis Basileensis A. 1538 in folio, columnâ 345 in fine literæ A.

Decimo quintò, & quidem à fol. 37 pag. 2 usque ad fol. 45 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Poema parænеticum*, cujus principium: Εἰ μὲν γηπονίης ἐθέλεις &c; item *Sententiæ Septem Sapientum*, & *Pythagoræ Symbola*, & anonymi cujusdam *Epigramma in Vanitatem Vitæ humanæ*: nec non Excerpta quædam miscellanea ex *Hippocratis* & *Theophrasti Eresij* Operibus; & anonymi cujusdam Recensio præcipuorum Spectaculorum totius terrarum Orbis, inter quæ primum locum ibi obtinet *Capitolium Vrbis Romæ*, ultimum autem *Imp. Justiniani Templum Constantinopolitanum S. Sophiæ*; ac demùm breve simul atque elegans Judicium de *S. Gregorio Nazianzeno*, *S. Basilio Magno*, *S. Joanne Chrysostomo*, *S. Cyrillo Alexandrino*, *S. Athanasio*, & *S. Joanne Eleemosynario*.

Decimo sextò, & quidem à fol. 45 pag. 2 usque ad fol. 46 pag. 2, *Georgij Codini Curopalatæ Catalogus Officiorum Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ S. Sophiæ*; cujus titulus & principium: Τὰ ἐκκλησιαστικὰ ὀφφίκια ἔχουσι οὕτως. Ἡ πρώτη (1) ἑξάς. Ὁ μέγας Οἰκονόμος, κρατῶν πάντα τὰ κτήματα τῆς ἐκκλησίας, &c. Operæ pretium fuerit, Catalogum hunc manuscriptum conferri cum editione impressâ græco-latinâ Parisinâ R. P. *Jacobi Goar* in Corpore Historiæ Byzantinæ.

(1) *Ita in hoc Codice manuscripto Cæsareo rectè legitur, nempe* ἑξὰς *sive* Senarius, *non autem, ut vulgò perperàm legitur,* πεντὰς *sive* Quinarius. *Ipse enim numerus Officiorum, quæ primâ hâc Classe continentur, manifestè reclamat.*

Decimo

Decimo ſeptimò, & quidem fol. 46 pag. 2, *Septem Græciæ Sapientum Præcepta*, quorum titulus & principium: Τὰ τῶν ἑπτὰ Φιλοσόφων παραγγέλματα. Θεὸν σέβου· γονεῖς αἰδοῦ· φίλοις βοήθει· &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 47 pag. 1 uſque ad fol. 254 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Lexicon Græcum:* cujus prima litera, nempe τὸ Ἄλφα, deeſt, ſecunda autem, nempe τὸ Βῆτα, incipit hoc modo: Ἀρχὴ τοῦ Βῆτα μετὰ τοῦ Ἄλφα. Βαβύλας, ὁ πηλὸς, καὶ ὄνομα κύριον. Βάθρον, βῆμα, καὶ ὄνομα κύριον. Βάβαξ, λάλος, φλύαρος, παρὰ τὸ βάζω, βάξω. Βαβάκτης, ὀρχιστὴς, &c. Haud inutilis profectò fuerit labor, ſi *Heſychij, Suidæ*, & *Phavorini* Lexica Græca, ut & *Magnum Etymologicum Græcum*, cum hoc Lexico manuſcripto diligenter conferantur.

Decimo nonò, & quidem à fol. 255 pag. 1 uſque ad fol. 269 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Lexicon Biblicum Græcum*, continens Ἑρμηνείαν σύντομον τῶν δυσνοήτων λέξεων τῆς παλαιᾶς καὶ τῆς καινῆς Διαθήκης, ſive, *Interpretationem ſuccinctam obſcurorum Vocabulorum, quæ exſtant in Verſione Græcâ Sacrorum Bibliorum Veteris Teſtamenti, ſimul etiam in Teſtamento Novo.*

Vigeſimò, & quidem à fol. 269 pag. 2 uſque ad fol. 278 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Interpretatio Hebraicorum Nominum & vocabulorum, in Sacris Scripturis occurrentium, ordine alphabetico.* Inſcribitur ea atque incipit hoc modo: Ἑρμηνεία ὀνομάτων καὶ λέξεων Ἑβραϊκῶν, τῶν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ἐμφερομένων, κατὰ στοιχεῖον. Ἀββᾶ, ὁ πατήρ· &c.

Vigeſimo primò, & quidem fol. 278 pag. 2, *Alphabetum Hebræorum cum Explicatione Græca:* Ἀλφάβητον Ἑβραίων. Ἄλεφ, ματαίωσις, τελείωσις· Βὴθ, &c.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 278 pag. 2 uſque ad fol. 280 pag. 1, *S. Epiphanij, Conſtantiæ ſive Salaminis in Cypro Inſulâ Archiepiſcopi*, qui A. C. 403 valdè ſenex obijt, *Libellus de Menſuris & Ponderibus Sacræ Scripturæ;* cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου περὶ τῶν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ μέτρων καὶ σταθμῶν. Ἀλάβαστρον &c. Vide Operum *S. Epiphanij* editionem græco-latinam Pariſinam Tom. II pag. 177, & Librum quintum horum Commentariorum pag. 229 & 232.

Vigeſimo tertiò, & quidem fol. 280 pag. 1, *Nomina duodecim Apoſtolorum & quatuor Archangelorum cum Explicatione.*

Vigesimo quartò, & quidem fol. 280 pag. 2, Inscriptio græca, quâ *Joannes* ille, cognomine ὁ Καλοειδὴς, cujus suprà quoque jam est facta mentio, indicat, se hunc Codicem scripsisse anno Mundi 6939 sive anno Christi 1431, Indictione nonâ.

Vigesimo quintò, & quidem à fol. 281 pag. 1 usque ad fol. 293 pag. 1, *S. Joannis Chrysostomi Epistolæ quatuordecim ad diversos*, & ejusdem *Oratio in proditionem Christi & lotionem pedum*; cujus principium: Ἐβουλόμην μὲν εἰς τέλος διανύσαι &c. Plura de hâc Oratione vide Libri *quarti* horum Commentariorum paginâ 129.

Vigesimo sextò, & quidem à fol. 293 pag. 1 usq; ad fol. 294 pag. 2, Annotamenta quædam miscellanea: inter quæ sunt *Prædictio Jatromathematica de vitâ & morte ægroti*, & aliæ nonnullæ *Prædictiones Astrologicæ*; item *Divisio Vitæ humanæ in septem* ἡλικίας sive *Ætates*, & *Ænigma aliquod Manuelis Moschopuli*.

Vigesimo septimò, & quidem fol. 295 pag. 1 & 2, & fol. 305 pag. 1 & 2, *Catonis Disticha parænetica, à Maximo Planude, Monacho Constantinopolitano in græcam linguam translata, ab anonymo quodam Scholiaste Annotationibus græcis marginalibus & interlinearibus illustrata*; quorum titulus & principium: Κάτωνος Ῥωμαίου γνῶμαι παραινετικαὶ δίστιχοι, ἃς μετήνεγκεν ἐκ τῆς Λατίνων φωνῆς εἰς τὴν Ἑλλάδα διάλεκτον κῦρις Μάξιμος ὁ Πλανούδης καὶ μοναχός. Προοίμιον. Ἀναπολήσας ἐγὼ κατὰ νοῦν, &c. Plura de his Distichis, eorumque Autore vide Libri *quinti* horum Commentariorum pag. 215, 293 & 373.

Vigesimo octavò, & quidem à fol. 296 pag. 1 usque ad fol. 304 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Collectio Proverbiorum ordine alphabetico*, cujus principium: Ἀγαθάνιος αὔλησις, ἀγαθὴ καὶ μέση καὶ καλή. Ἀγάθων γὰρ &c. Ex quo principio satis apparet Collectionem hanc Proverbiorum à *Zenobij, Diogeniani, Suidæ*, & *Michaelis Apostolij* Proverbijs aliquantùm differre, ideóque eorum collationem fore haud inutilem.

Vigesimo nonò, & quidem fol. 304 pag. 1, anonymi cujusdam *Annotamentum de viginti duobus Veteris Testamenti Libris*; cujus principium: Δεῖ εἰδέναι, ὅτι τῆς παλαιᾶς διαθήκης βιβλία εἰσὶν κβ'. ὧν τὸ α &c.

Trigesimò, & quidem fol. 304 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Observationes quædam Prognosticæ*, quarum *prima*, quæ est *Methodus sciendi, uter duorum Conjugum prior moriturus sit*, constat his verbis: Εἰ θέλεις μαθεῖν ποῖος ἀπὸ τῶν δύο πρῶτον τελευτήσει, μάνθανε τῶν δύο

δύο τὰ ὀνόματα, καὶ ἀναβίβαζε τῶν ἀμφοτέρων τὰς συλλαβὰς οὕτως. ἔστω ὁ ἀνὴρ Γεώργιος, καὶ εἰσὶν συλλαβαὶ δ', καὶ ἡ γυνὴ Μαρία· ἰδοὺ καὶ αὗται γ'· ὅιον ζ'· καὶ ἀνάλυε οὕτως· Ἀδάμ, Εὔα, μέχρις ἂν πληρωθῶσιν αἱ συλλαβαί. καὶ εἰ μὲν τῷ Ἀδὰμ πληρωθεῖ, θνήσκει ὁ ἀνήρ, εἰ δὲ ἐν τῇ Εὔα, ἡ γυνή. Hinc igitur ſequeretur, ſi ex duobus Conjugum prænominibus, per additionem conjunctis, impar oriatur ſyllabarum numerus, Maritum priùs eſſe moriturum; ſi autem par, Vxorem: ſed frivolum hoc eſt atque ludicrum.

Trigeſimo primò, & quidem à fol. 305 pag. 2 uſque ad fol. 310 pag. 2, *Antiſthenis Athenienſis*, qui diſcipulus fuit *Socratis*, & Autor *Sectæ Cynicæ, Dialogus, in quo ipſe cum Polycrate differit de varijs ſelectis Quæſtionibus Phyſicis*; quarum prima, *Cur Ruta ſerpentibus infeſta ſit eóſque fuget*, inſcribitur atque incipit his verbis: Ποίῳ λόγῳ πήγανον ὄφεσιν ἐστὶ πολέμιον. Πολυκράτης. Ὡς ἀγαθὸς κυνηγέτης ὦ φίλος, μεγίστην θηράσας τινὰ τοῦ περιπάτου κατάληψιν. νῦν ἡμᾶς μουσικαὶ περιπνέουσιν αὖραι καλῇ ὑπὸ πλατανίστῳ, ὅθεν ἀγλαὸν ἐστιν ἀρρύσασθαι λόγιον. δεῦρο δὴ ἐπὶ τὰ τῆς Λιβύης ξεναγώγει με θαύματα. ἐκεῖ γάρ τι παράδοξον ὁ Κορίνθιος ἔφη θεάσασθαι, ἀποφεύγειν τοὺς ὄφεις τὸ πήγανον, ὥσπερ τινὸς αὐτοὺς ἀποσοβούσης δυνάμεως. τίς ὁ νοῦς ἀπόκρινε τῷ σῷ Πολυκράτει, ὥσπερ ἐκ τινὸς τρίποδος τὰς ἀποκρίσεις ποιούμενος. Ἀντισθένης. Φιλοπευθὴς ἄγαν τις ἦν ὁ Πολυκράτης. ἐμὲ δὲ νὴ τὴν φρόνησιν διελανθάνη· ἀλλ' ἐπεί σοι καὶ τοῦτο πρὸς θεωρίαν ἐπέρχσον, &c. Finis autem ejuſdem *Dialogi* eſt talis: Πολυκράτης. Ἐγώ σοι τῆς ἐπιστήμης ὀναίμην Ἀντίσθενες· ἄπειμι χαίρων. ἕρμαιον γὰρ τί μοι εὐάντητον τῶν δυσπορίστων λόγων τὴν ἐπιστήμην ἀπείληφα. Τέλος τοῦ διαλόγου. Videtur itaque hic *Dialogus Phyſicus* illud ipſum *Antiſthenis Syngramma* eſſe, quod *Diogenes Laertius* in illius Vitâ appellat Ἐρώτημα περὶ φύσεως. Quod autem ad *Polycratem* attinet, qui introducitur *Antiſthenem* interrogans, videtur is eſſe *Sophiſta* ille *Athenienſis*, qui ſexto poſt mortem *Socratis* anno ſcripſit τὴν κατηγορίαν τὴν κατὰ Σωκράτους, ſive, *Accuſationem Socratis*; in quâ omnia *Socratis* vitia, ea tamen præcipuè, quorum juſtiſſimè damnatus eſſe videri poterat, diligenter expoſuit; oſtentandæ videlicet eloquentiæ causâ in vituperando Viro optimo, quemadmodum contrà quoq; ſcripſit Ἀπολογίαν Βουσίριδος, ſive, *Defenſionem Buriſidis*, ut oſtentaret eloquentiam laudatione Viri peſſimi. Quâ de re vide plura apud *Iſocratem*, ipſius

Polycratis æqualem & amicum, in Oratione de laude Busiridis, ubi *Polycratem* alloquitur his verbis: Αἰσθανόμενος οὖν οὐχ ἥκιστά σε μεγαλαυχούμενον ἐπί τε τῇ Βουσίριδος ἀπολογίᾳ καὶ τῇ καὶ Σωκράτους κατηγορίᾳ, πειράσομαί σοι ποιῆσαι καταφανὲς, ὅτι τοῦ δέοντος πολὺ ἐν ἀμφοτέροις τοῖς λόγοις διήμαρτες· hoc est: *Cùm igitur animadvertam, defensione Busiridis & Socratis accusatione te vel inprimis gloriari, ostendere tibi conabor, te in utrâque Oratione longè ab Oratoris officio aberrâsse.* Vide etiam *Æliani* Variam Historiam lib. 11 cap. 10. Minimè igitur audiendi sunt, qui *Polycratem* existimant fuisse unum ex ijs, qui *Socratem* coram Judicibus accusârunt; nec satis certò constat, sed Suidæ probandum relinquitur, an, ut ipse refert, *Anytus* & *Melitus* in Orationibus contra Socratem scribendis *Polycratis* operâ usi sint. Ipsa ejus verba sunt hæc: Πολυκράτης, Ἀθηναῖος ῥήτωρ, δεινός τε, καὶ τὸν κατὰ Σωκράτους λόγους δεύτερος Ἀνύτῳ καὶ Μελίτῳ γράψας. Majorem enim hîc meretur fidem *Diogenes Laertius*, qui in Vitâ *Socratis* eâ de re sic scribit: Ταῦτα δὴ καὶ τοιαῦτα λέγων καὶ πράττων, πρὸς τῆς Πυθίας ἐμαρτυρήθη, Χαιρεφῶντι ἀνελούσης ἐκεῖνο δὴ τὸ περιφερόμενον·

Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος.

Ἀφ᾽ οὗ δὴ καὶ ἐφθονήθη μάλιστα, καὶ δὴ καὶ ὅτι διήλεγχε τοὺς μεγαλοφρονοῦντας ἐφ᾽ ἑαυτοῖς, ὡς ἀνοήτους, καθάπερ ἀμέλει καὶ τὸν Ἄνυτον, ὡς καὶ ἐν τῷ Πλάτωνός ἐστι Μένωνι. οὗτος γὰρ οὐ φέρων τὸν ὑπὸ Σωκράτους χλευασμὸν, πρῶτον μὲν ἐπήλειψεν αὐτῷ τοὺς περὶ Ἀριστοφάνην, ἔπειτα καὶ Μέλιτον συνέπεισεν ἀπενέγκασθαι κατ᾽ αὐτοῦ γραφὴν ἀσεβείας καὶ τῶν νέων διαφθορᾶς. ἀπηνέγκατο μὲν οὖν τὴν γραφὴν ὁ Μέλιτος· εἶπε δὲ τὴν δίκην Πολύευκτος, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ. συνέγραψε δὲ τὸν λόγον ΠΟΛΥΚΡΑΤΗΣ ὁ Σοφιστὴς, ὥς φησιν Ἕρμιππος, ἢ Ἄνυτος, ὥς τινες. προητοίμασε δὲ πάντα Λύκων ὁ δημαγωγός. Ἀντισθένης δ᾽ ἐν ταῖς τῶν Φιλοσόφων διαδοχαῖς, καὶ Πλάτων ἐν ἀπολογίᾳ, τρεῖς αὐτοῦ κατηγορῆσαι φασὶν, Ἄνυτον καὶ Λύκωνα καὶ Μέλιτον· τὸν μὲν Ἄνυτον περὶ τῶν δημιουργῶν καὶ τῶν πολιτικῶν ὀργιζόμενον· τὸν δὲ Λύκωνα, ὑπὲρ τῶν ῥητόρων καὶ τὸν Μέλιτον, ὑπὲρ τῶν ποιητῶν· οὓς ἅπαντας ὁ Σωκράτης διέσυρε. Φαβωρῖνος δέ φησιν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων, μὴ εἶναι ἀληθῆ τὸν λόγον τοῦ ΠΟΛΥΚΡΑΤΟΥΣ κατὰ Σωκράτους· ἐν αὐτῷ γὰρ, φησὶ, μνημονεύει τῶν ὑπὸ Κόνωνος τειχῶν ἀνασταθέντων, ἃ γέγονεν ἐν ἔτεσιν ἓξ τῆς Σωκράτους τελευτῆς ὕστερον·

ὕστερον· καὶ ἔστιν οὕτως ἔχον. Hoc eſt: *Hæc igitur & ſimilia cùm Socrates & diceret & faceret, teſtimonium ei à Pythiâ datum eſt, cùm Chærephonti illud omnium ſermone celebratum oraculum edidiſſet:*

Hominum omnium Socrates ſapientiſſimus.

Ex quo magna eſt ei invidia conflata; ſed & ex eo quoque, quod ſeipſos magnificè efferentes tanquam inſipientes redarguebat; veluti certè Anytum, ut eſt apud Platonem in Menone. Is enim cùm ſe à Socrate irrideri non ferret, primùm quidem Ariſtophanem in eum incitavit; deinde Melito quoque perſuaſit, ut ejus nomen de impietate & adoleſcentium corruptelâ deferret. Ac nomen quidem illius Melitus detulit; dixit verò in eum Polyeuctus, quemadmodum Phavorinus ait in Variâ Hiſtoriâ; Orationem autem, ut eſt apud Hermippum, POLYCRATES Sophiſta conſcripſit, vel, ut alij malunt, Anytus. Sed omnia Lycon, Populi aſſentator, prius adornavit. Antiſthenes in Philoſophorum Succeſſionibus, & Plato in Apologia, tres ipſius accuſatores fuiſſe ajunt, Anytum, Lyconem & Melitum: Anytum quidem, quod illi iratus eſſet nomine Rempublicam adminiſtrantium & Politicorum; Lyconem autem nomine Oratorum, & Melitum nomine Poetarum; quos omnes Socrates deriſit. Verùm Phavorinus in primo Commentariorum Orationem POLYCRATIS in Socratem veram eſſe negat: in eâ enim, inquit, mentionem facit de mœnibus à Conone ædificatis; quæ annis ſex poſt Socratis mortem exſtructa ſunt; quod & re verâ ita eſt. Hucuſque *Laertius. Polycrates* igitur, ut ſuprà jam indicavi, non ſcripſit *Accuſationem Socratis*, vivente adhuc *Socrate*, tanquam accuſator ipſius coram Judicibus, vel accuſatorum ejuſdem inſtinctu, ſed *ſexto poſt Socratis mortem anno*; nec ſeriò, ſed eâdem intentione, quâ laudavit *Buſiridem*, nempe ut eloquentiam ſuam oſtentaret in tractando argumento maximè paradoxo. Quàm ineptè autem & inconvenienter utrumque ab illo præſtitum fuerit, ſatis apparet ex ſuprà citatâ *Iſocratis* Oratione de laude *Buſiridis*. Huc quoque pertinent verba *Quintiliani* Inſtitut. Orator. lib. 2 cap. 17: *Equidem illos qui contrà diſputarunt, non tàm id ſenſiſſe quod dicerent, quàm exercere ingenia materiæ difficultate credo voluiſſe; ſicut POLYCRATEM, cùm Buſirim laudaret & Clitemneſtram; quanquam is, quod his diſſimile non eſſet, compoſuiſſe Orationem, quæ eſt habita contra Socratem, dicitur.*

Trigeſimo ſecundò, & quidem fol. 310 pag. 2, *Diogeniani Heracleotæ Pòntici, qui ſub Imp. Hadriano floruit, Proverbia aliquot*, quorum titulus & principium: Παροιμίαι δημώδεις ἀπὸ τῆς Διογενιανοῦ

συναγω-

συναγωγῆς· εἰσὶ δὲ κατὰ στοιχεῖον. ἀρχὴ τοῦ α. Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα. Ἐπὶ τῶν ἀηδῶν τάττεται ἡ παροιμία· τινὲς δὲ φασὶ ἀπὸ τοῦ ἐξ αὐτῶν συκοφαντεῖσθαι τοὺς ξένους. ἐντεῦθεν Ἀριστοφάνης τὸν συκοφάντην Ἀβυδηνοκώμην ἐκάλεσεν. Ἀβρῶν βίος. Ἐπὶ τῶν πολυτελῶν &c. Vide R.P. *Andreæ Schotti* S.I. Syntagma Proverbiorum Græcorum, Antverpiæ typis Plantinianis A. 1612 græcè & latinè in quarto editum, pag. 169 & deinceps.

Trigesimo tertiò, & quidem à fol. 311 pag. 1 usque ad fol. 341 pag. 2, *Æsopi Fabulæ ordine alphabetico, cum præfixâ ejusdem Vitâ*, cujus titulus & principium: Αἰσώπου τοῦ λογοποιοῦ μῦθοι κατὰ στοιχεῖον. (1) Αἴσωπος ὁ λογοποιὸς, Λυδὸς μὲν ἦν τῷ γένει, ἐδούλευε δὲ ἐν Ἀθήναις &c. Prima autem Fabula literæ A incipit his verbis: Ἀετὸς καὶ ἀλώπηξ, (2) φιλίαν πρὸς ἀλλήλους ποιησάμενοι, πλησίον (3) ἑαυτῶν οἰκεῖν διέγνωσαν, βεβαίωσιν φιλίας τὴν συνήθειαν (4) ἡγούμενοι, &c. Ex solo igitur hoc principio satis superque apparet, manuscriptum hoc Fabularum Æsopicarum exemplar *Cæsareum* ab *Isaaci Nicolai Neveleti* editione græco-latinâ impressâ, quæ omnium editionum impressarum optima est, valdè discrepare, ideóque ejus collationem ob multas notabiles variantes lectiones fore necessariam. Vltima Fabularum in hoc Codice manuscripto *Cæsareo* est ea, quæ literam habens initialem Ω, his incipit verbis: Ὥρα θέρους μύρμηξ περιϊὼν κατά τινα ἄρουραν, &c; & in fine ejusdem hæc exstat subscriptio: Τέλος τῶν κατ' ἐκλογὴν Αἰσωπικῶν μύθων.

Trigesimo quartò, & quidem à fol. 341 pag. 2 usque ad fol. 345 pag. 1, *Ignatij* (5) *Magistri Tetrasticha Jambica ex Fabulis Æsopicis Babriæ*; quorum titulus & principium: Βαβρίου ἐν ἐπιτομῇ, μεταγραφὲν ὑπὸ Ἰγνατίου Μαγίστορος. Ἀνδρὸς ποσὶ πατεῖτο πέτρινος λέων, &c. Plura de ijsdem *Tetrastichis* vide suprà pag. 137 in recensione Codicis LXXVIII, num. 4.

Trigesimo quintò, & quidem à fol. 345 pag. 1 usque ad fol. 346 pag. 1, *Hippocratis Coi Epistola ad Ptolemæum Regem de sanitate tuendâ*; cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ Ἱπποκράτους πρὸς Πτολεμαῖον βασιλέα. Ἐπιμελούμενοι τῆς ὑγείας ὦ Βασιλεῦ, &c. Vide etiam Libri *sexti* horum Commentariorum Partem secundam pag. 96 & 124.

Trigesimo sextò, & quidem à fol. 346 pag. 2 usque ad fol. 348 pag. 2, *Noæ Patriarchæ Methodus Geomantica prædicendi futura*, ab

(1) *Vita hæc* Æsopi *prorsùs diversa est ab eâ, quam scripsit* Maximus Planudes.

(2) *In editione Neveleti pro* φιλίαν πρὸς ἀλλήλους ποιησάμενοι *legitur unicâ voce.* φιλιωθέντες.

(3) *In editione Neveleti pro* ἑαυτῶν *legitur* ἀλλήλων, *&* *pro* διέγνωσαν *legitur* ἔγνωσαν.

(4) *In editione Neveleti pro* ἡγούμενοι *legitur* ποιούμενοι.

(5) *Suprà pag.* 137 *cognominatur* Diaconus.

ab Angelo ipsi revelata; cujus principium: Ἡ μέθοδος αὕτη τῷ Προφήτῃ Νῶε ἀπεκαλύφθη διὰ Ἀγγέλου Κυρίου τῶν ις' τούτων σχημάτων ἐν προφητεύειν τῷ λαῷ τὰ μέλλοντα. γίνεται δὲ οὕτως. λαβὼν &c. Est autem Opusculum hoc suppositititium & superstitiosum.

Quod de cætero ad eos attinet, qui ante *Augerium Busbeckium* Codicem hunc manuscriptum olim possederunt, exstat ibi fol. 345 pag. 2 hæc inscriptio: Τὸ παρὸν βιβλίον ἠγοράσθη παρ' ἐμοῦ Φωκᾶ τοῦ ἐκ Πελοποννήσου ἐν ἔτει ,ϛϡϟγ', μηνὶ μαΐῳ, Ἰνδικτιῶνος γ' hoc est: *Præsens Liber emptus est à me Phocâ Peloponnesio anno Mundi 6993, sive, anno Christi 1485, mense Majo, Indictione tertiâ.* Exstat quoq; prorsùs in fine ejusdem Codicis, & quidem in ipso operculo, altera hæc Inscriptio: Τοῦ ἁμαρτωλοῦ ἐστὶ Παχωμίου τοῦ Ἀλβανίτου τὸ παρὸν βιβλάριον hoc est: *Præsens Liber est peccatoris Pachomij Albanitæ.*

CXXXIV.

Centesimus trigesimus quartus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* pervetustus, principio & fine mutilus, constátque nunc folijs *ducentis viginti sex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 160 pag. 2, *anonymi cujusdam Autoris Syntagma Astrologicum, divisum in Capita centum triginta septem*, quorum *sextum*, quod nunc primum est, incipit folij decimi paginâ primâ his verbis: Περὶ χρωμάτων ἐκλείψεων καὶ κομητῶν καὶ τῶν τοιούτων. Τηρητέον δὲ πρὸς τὰς καθόλου προσδάσεις καὶ τὰ περὶ τὰς ἐκλείψεις χρώματα ἤτοι τῶν φώτων &c. Inserta etiam huic Syntagmati sunt *Fragmenta quædam Astrologica* (2) *Hephæstionis Thebani*, (3) *Juliani Laodicensis*, & *Pseudo-Hermetis Trismegisti*, ut capite 27, 58 & 71 videre est.

Secundò, & quidem à fol. 161 pag. 1 usque ad fol. 226 pag. 2, *Heliodori Commentarius in Pauli Alexandrini Doctrinam Astrologicam, divisus in Capita quinquaginta tria*, quorum *primum* inscribitur: Ἡλιοδώρου εἰς τὴν Παύλου διδασκαλίαν. Κεφάλαιον α' περὶ ποιότητος τῶν σχημάτων καὶ εἰς τί συμβάλλονται. Plura de *Heliodoro* & *Paulo Alexandrino* vide suprà pag. 90 & 91 in recensione Codicis XLVIIImi, num. 6 & 7.

CXXXV.

(1) *Fuit è olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos centesimus quinquagesimus quartus.*

(2) *Hujus Apotelesmatica quædam edidit Joachimus Camerarius Norimbergæ apud Joannem Petresum A. 1532 græcè & latinè in quarto. Vide etiam* Ger. Joan. Vossium *de Scientijs Mathematicis cap. 37 § 11.* (3) *Vide suprà pag. 91 in recensione Codicis XLVII, num. 7 & 8.*

CXXXV.

(1) Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos ducentesimus quinquagesimus secundus.

Centesimus trigesimus quintus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus, principio mutilus, constátque nunc folijs *ducentis sedecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 82 pag. 2, *Miscellanea quædam Astrologica* absque nominibus Autorum & sine nomine Collectoris.

Secundò, & quidem à fol. 83 pag. 1 usque ad fol. 173 pag. 2, *Heliodori Commentarius in Pauli Alexandrini Doctrinam Apotelesmaticam;* cujus principium: Τὸ ἑξάγωνον σχῆμα ἀγαθόν ἐστι, καὶ μάλιστα &c. Vide etiam proximè præcedentem Codicem CXXXIVtum, num. 2.

Tertiò, & quidem à fol. 173 pag. 2 usque ad fol. 216 pag. 1, *Theophili Philosophi Opus Astrologicum de eventibus bellicis, Deucalioni cuidam Inscriptum;* cujus titulus & principium: Θεοφίλου Φιλοσόφου πόνοι περὶ καταρχῶν πολεμικῶν. Ἡ φυσικὴ τῶν ἀστέρων ἰδιοτροπὴ, ὦ κοσμιώτατε Δευκαλίων, οὐχ ἑνιαίαν καὶ μόνην ἔχει τὴν ἐνέργειαν, ἀλλὰ ποικίλην τε καὶ διάφορον πρὸς πᾶσαν ἀποτελεσματικὴν ἐπιτηδειότητα· εἰ καὶ μάλιστα &c. Accedunt quoque alia quædam *Miscellanea Astrologica*, inter quæ etiam est (2) *Serapionis Alexandrini Opusculum Astrologicum*, quod inscribitur atque incipit his verbis: Σαραπίωνος Ἀλεξανδρέως εἰσαγωγὴ ἐπισκοπῆς περὶ οἰκοδεσπότου καὶ περὶ ὑψωμάτων. Ὑψώματι δέ ἐστι τῷ ἀστέρι, καθ' ἣν μοῖραν τίς ὑφᾶται καὶ μᾶλλον λάμπει, &c.

(2) Videtur hic esse Serapion ille, cujus meminit Suidas.

CXXXVI.

(3) Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos centesimus vigesimus nonus.

Centesimus trigesimus sextus (3) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque folijs *trecentis sexaginta octo*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 12 pag. 1, *ex Imp. Constantini Porphyrogeniti Geoponicorum, sive, Commentariorum de Agriculturâ Libro primo & secundo Excerpta quædam Astrologica seu Apotelesmatica*, quorum principium: - - - - δυόμενος δὲ δίχα νεφῶν καθαρὸς &c. Vide horum *Geoponicorum* editionem græcam Basileensem *Symonis Grynæi* A. 1539 in octavo pag. 5; atque insuper consule suprà paginam 183 in recensione Codicis CImi, num. 1.

Secundò, & quidem à fol. 12 pag. 1 usque ad fol. 368 pag. 1, *Neophyti Epitome in Porphyrij quinque Voces, & in Aristotelis Organon, sive,*

ſive, Libros pertinentes ad Logicam. Inſcribitur illa atque incipit his verbis: Ἐπιτομὴ Νεοφύτου εἰς τὰς πέντε φωνὰς τοῦ Πορφυρίου. Τὶς μὲν τοι ὁ τῆς παρούσης πραγματείας σκοπὸς, καὶ διατὶ φωναὶ λέγονται, εἴρηται τῷ ταύτας γεννήσαντι Πορφυρίῳ, καὶ τοῖς τούτων ἐξηγηταῖς πλατυκώτερον· εἰρήσεται δὲ καὶ ἡμῖν παχυμερῶς καὶ ἐπιδρομάδην, &c.

CXXXVII.

Centeſimus trigeſimus ſeptimus (1) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, conſtátque folijs *ducentis duodecim*, atque unus eſt ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continentur eo hæc:

(1) Fuit is olim extra numerum.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 8 pag. 2, *Rhetorij Excerpta ex Antiochi Theſauris Apoteleſmatum*; quorum titulus & principium: ῬΗΤΟΡΙΟΥ ἔκθεσις καὶ ἐπίλυσις περί τε τῶν προειρημένων δώδεκα ζωδίων, καὶ περὶ ἑτέρων διαφόρων, ἐκ τῶν ἈΝΤΙΟΧΟΥ Θησαυρῶν. Τίνος ἕνεκα, τῶν ιβʹ ζωδίων κυκλοειδῶς τετυχηκότων, (2) ἀπὸ κριοῦ τὴν ἀρχὴν ἐποιησάμεθα, καὶ μὴ μᾶλλον &c. Plura de ijſdem *Excerptis* vide ſuprà pag. 89 in recenſione Codicis XLVIImi, num. 5; ſed ibi *Rhetorij* nomen deeſt. Vide etiam R. P. *Philippi Labbei* S. I. Novam Bibliothecam Manuſcriptorum Librorum pag. 121, ubi hæc leguntur: *RHETORII Expoſitio de duodecim Signis Zodiaci ex ANASCHOLII Theſauro; in Codice Naudæano 24.* Verùm minimè dubium eſt, quin ibi pro *Anaſcholij* legendum ſit *Antiochi*. Conſule etiam ibidem pag. 278, ubi itidem *Rhetorij* fit mentio.

(2) Suprà pag. 89 in recenſione Codicis XLVIImi, num. 5, pro ἀπὸ legitur ὑπὸ; & paulo poſt pro ἐποιησάμεθα legitur ποιησόμεθα.

Secundò, & quidem à fol. 9 pag. 1 uſque ad fol. 48 pag. 2, *Joannis Itali Expoſitio Libri ſecundi, tertij & quarti Topicorum Ariſtotelis*; cujus titulus & principium: ἸΩΆΝΝΟΥ, Ὑπάτου καὶ Διδασκάλου τῶν Φιλοσόφων, τοῦ ἸΤΑΛΟΥ, ἔκδοσις εἰς τὸ βʹ τῶν Τοπικῶν. Εἰς μὲν δὴ τόπος τὸ ἐπιβλέπειν &c. Plura de hâc *Expoſitione*, ut & de ipſo *Joanne Italo*, vide in Appendice Libri *quarti* horum Commentariorum pag. 322, 323, 324, 325, & ſuprà pag. 148 & 149 in recenſione Codicis LXXXVIti, num. 1 & 2.

Tertiò, & quidem à fol. 49 pag. 1 uſque ad fol. 173 pag. 2, *Syntagma Expoſitionum variorum Autorum in Hermogenis Artem oratoriam: nempe Longini, Jamblichi, Syriani & Simplicij, qui fuerunt gentiles; & Joannis Siculi, Joannis Geometræ, Gregorij Metropolitæ*

 Corinthi,

Corinthi, Joannis Doxopatræ, & Georgij Diaretæ, qui fuerunt Christiani. Principium iſtius Syntagmatis in Codice hoc manuſcripto Cæſareo eſt tale: Περιλεγόμενα εἰς τὸ περὶ εὑρέσεως Ἑρμογένους τοῦ Διαιρέτου Γεωργίου. Τὰς στάσεις ὁ τεχνικὸς ποιησάμενος, μεταβῆναι ἤδη καὶ εἰς τὴν περὶ εὑρέσεως τέχνην· καὶ γὰρ τὰ μὲν κεφάλαια τῶν στάσεων παρέδωκεν ἐν αὐταῖς· τὴν δὲ εἰσαγωγὴν καὶ τὴν κατασκευὴν αὐτοῦ. &c. Præcipuum igitur in hoc Syntagmate locum obtinent ea, quæ ſunt Georgij *Diaretæ*, & ubique peculiari Inſcriptione & expreſſo Autoris ſui nomine inſignita ſunt; reliquis autem diverſorum Autorum Interpretamentis miſcellaneis præfixa ſunt hæc verba: Συριανοῦ καὶ τῶν λοιπῶν, hoc eſt, *Syriani & cæterorum.* Luculentum de eodem Opere exſtat teſtimonium apud *Leonem Allatium* in Diatribâ de Georgijs pag. 321, ubi de *Georgio Diaretâ* agens, ſic ſcribit: *GEORGIVS DIÆRETA, ex quo, ſicut & alijs non contemnendi nominis Scriptoribus, Expoſitiones nonnullæ in Hermogenis Rhetoricam collectæ ſunt ſub hoc titulo:* Συναγωγὴ ἀναγκαιοτάτων ἐξηγήσεων εἰς τὴν ῥητορικὴν, τῶν ἀποδοθεισῶν ὑπό τε Χριστιανῶν ἐξηγητῶν, καὶ ἑλλήνων· ὧν εἰσὶ Χριστιανοὶ μὲν, Ἰωάννης φιλόσοφος μέγας καὶ ὀρθοδοξότατος ὁ Σικελιώτης, καὶ ἕτερος Ἰωάννης διδάσκαλος ὁ Γεωμέτρης, Γρηγόριος Μητροπολίτης Κορίνθου, ἕτερος Μητροπολίτης Σάρδεων ὁ Δοξοπατρῆς κῦρις Ἰωάννης, Γεώργιος ὁ Διαιρέτης λεγόμενος· ἕλληνες Σιμπλίκιος, Λογγῖνος, Συριανὸς, Ἰάμβλιχος. *Hoc eſt: Collectio Interpretationum maximè neceſſariarum in Rhetoricam, quæ à Chriſtianis, itémque Gentilibus Expoſitionibus traditæ ſunt. Ex his Chriſtiani fuere Joannes Philoſophus magnus & apprimè orthodoxus Siculus, alius* (1) *Joannes Magiſter Geometra,* (2) *Gregorius Metropolita Corinthi, alius Metropolita Sardenſis Doxopatra Dominus Joannes, Georgius Diæreta dictus; gentiles verò Simplicius, Longinus, Syrianus, Jamblichus. Fuit Georgius ille Diareta patriâ Alexandrinus, cognomento Monus, profeſſione Sophiſta. Diæretam autem dictum exiſtimo ob Scholia quæ in* Διαίρεσιν *ſive Diviſionem ſcripſerat. Habeo ex Indice manuſcriptorum Librorum, in quo legitur:* Γεωργίου τοῦ Μόνου, Σοφιστοῦ Ἀλεξανδρέως, Σχόλια εἰς τὴν διαίρεσιν· ἔστι δὲ ῥητορικὸν τὸ βιβλίον. *Hoc eſt: Georgij Moni, Sophiſtæ Alexandrini, Scholia in Diviſionem. Eſt autem Liber ad Rhetoricam pertinens. Fuit igitur Georgius ille cognominatus Monus, ſi non fallit titulus, &* μόνου *pro* μοναχοῦ *irrepſerit. Nec aliud videtur Opus, quod in Bibliothecâ Regis Gallorum aſſer-*

(1) Vide Lib. V horum Commentar. pag. 337.
(2) Vide Lib. V horum Commentar. pag. 329.

asservatur, & inscribitur: Georgij Monachi Scholia in Librum de divisione Rhetor. cap. 53. Hucusque *Allatius* de *Georgio Diæretâ.* Quod porrò autem ad *Joannem Siculum* attinet, notabile est, ultimam Partem suprà memorati Syntagmatis variarum Expositionum in *Hermogenem* fol. 155 pag. 2 inscribi atque incipere hoc modo: Περὶ τοῦ πολιτικοῦ λόγου ἐκ τῶν τοῦ Σικελιώτου Ἰωάννου. Τὰ μέρη καὶ μόρια τοῦ ἐν λόγῳ ζώου φιλοτεχνησάμενος Ἑρμογένης, τὴν κρᾶσιν αὐτῶν καὶ ἕνωσιν νῦν παραδίδωσιν εἰς ὁλότητος σύμπηξιν· καθ' ἣν &c.

Quartò, & quidem à fol. 174 pag. 1 usque ad fol. 201 pag. 2, ex Scriptis *Herodiani Grammatici*, qui seculo post Christum secundo sub *Imp. Commodo* claruit, *Excerpta de Verbo*, quorum titulus & principium: Παρεκβολαὶ τοῦ μεγάλου Ῥητορος. Τί ἐστι ῥῆμα; μέρος λόγου ἄπτωτον, ἐν ἰδίοις μετασχηματισμοῖς διαφόρους χρόνους δηλοῦν &c. Primus hæc Excerpta in lucem edidit *Aldus Manutius* in Syntagmate græco veterum Grammaticorum Græcorum, Venetijs A. 1496 in folio edito, fol. 189 & deinceps; sed ibi legitur Παρεκβολαὶ τοῦ μεγάλου ῥήματος ἐκ τῶν τοῦ Ἡρωδιανοῦ.

Quintò, & quidem à fol. 202 pag. 1 usque ad fol. 212 pag. 2, *anonymi cujusdam Autoris Dissertatio contra Plotinum de Præexistentiâ & Transmigratione animarum;* cujus titulus & principium: Ἀντιθετικὸς πρὸς Πλωτῖνον, ὅτι μήτε τῶν σωμάτων προϋπάρχουσιν αἱ ψυχαὶ, μήτε ἐξ ἑτέρων μεταχωροῦσιν εἰς ἕτερα, ἀλλ' οὐδὲν &c. Ἐμοὶ τὸ παρὸν σπούδασμα πρὸς Πλωτῖνον καὶ τοὺς ἐκείνου περὶ ἀφθάρτου ψυχῆς λόγους· καὶ γὰρ ὅτι μὲν ὁ ἐν ἡμῖν νοῦς ἁπλοῦς καὶ ἀσύνθετος, καὶ &c.

CXXXVIII.

Centesimus trigesimus octavus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque folijs *viginti quatuor.* Continentur eo *Canones Astronomici Judaici*, Ἑξαπτέρυγοι dicti, de quibus suprà in recensione Codicis CXXIXni, num. 12, & Codicis CXXXImi, num. 1, jam fusius actum est. (1) *Fuit is olim extra numerum.*

CXXXIX.

Centesimus trigesimus nonus, (2) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, sed principio & fine mutilus, constátque nunc folijs *quadraginta uno.* Continetur eo *Procli Lycij, Diadochi Platonici, Hypotyposis Astronomicarum Hypothesium*, de quâ suprà in recensione Codicis CXXVIti, (2) *Fuit is olim extra numerum.*

 num. 2,

num. 2, jam prolixius actum est. Est autem ea in præsenti Codice CXXXIX no principio & fine mutila.

CXL.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos centesimus sexagesimus primus.*

Centesimus quadragesimus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque folijs *ducentis quindecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 211 pag. 2, *Zanate, Philosophi Persæ, Geomantia, ex Persicâ linguâ in Græcam versibus politicis translata ab Arsenio Monacho anno Mundi 6774, sive, anno Christi 1266*; cujus *Prolegomena* incipiunt his verbis: Ποίημα Πέρσου Φιλοσόφου τοὔνομα ΖΑΝΑΘΗ˜. αὐτὸς ἐτευχ·εύσατο καὶ ἐκατεσοφίσατο τὴν δὲ τὴν βίβλον διὰ ψάμμου πρὸς μεταβολὰς καὶ ποιότητας τῶν ἀστέρων, τοῖς βουλομένοις λέγων τὰ συμβησόμενα, ἀγαθά τε καὶ φαῦλα, καθὼς μετὰ μικρὸν δηλωθήσεται. ὑπομνήσω δὲ ἀκριβῶς τὸ πῶς καὶ πότε ἐμετεστοιχειώθη ἀπὸ στοιχείων καὶ γλώσσης Περσίδος εἰς τὴν τῶν Ῥωμαίων γραφὴν καὶ διάλεκτον παρὰ ἈΡΣΕΝΊΟΥ Μοναχοῦ. ἐν γὰρ τῷ ,ςψοδ´ ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἐξ ἐπιτροπῆς τοῦ διαφήμου καὶ πανευτυχεστάτης κυρίας (2) - - - ἡ βίβλος αὕτη τοῖς Ῥωμαίοις ἐγένετο. Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι οἱ δ´ περισάλληλοι τῶν ἀστέρων σχηματισμοὶ &c. Quibus finitis, incipit ipsa *Geomantia* hoc modo:

(2) *Videtur hic deesse nomen Uxoris Imp. Michaelis Palæologi primi sive Senioris.*

Εἴπερ ὦ ποθούμενε ποθῶν τὸ προγινώσκειν,
Καὶ τῶν μελλόντων ἀκριβῶς εἰδέναι τὰς ἐκβάσεις,
Εἰ βούλει σημειώσασθαι τὰς μοίρας τῶν ἀστέρων,
Καὶ τῶν λεπτῶν τὸν ἀριθμὸν καὶ τῶν λεπτεπλέπτων,
Ὡς μόχθον προξενοῦντα σοι καὶ σύγχυσιν παμπόλλην,
Κἀντεῦθεν ἁμαρτήματα τῶν ἀποτελεσμάτων,
Ἐγὼ τὸ λαξευτήριον τὸ κλέος Πυθαγόρα,
Καὶ τῶν Περσῶν τὴν ἡδονήν, καὶ τὴν τρυφὴν Χαλδαίων,
Πολιτικῇ διδάξω σε συντόμως στιχουργίᾳ,
Καὶ χοΐς τὸ ζητούμενον ὑπὲρ τὸν Ἀστρονόμους.
Ἴσθι λοιπὸν ἐν δεκαὲξ οἴκοις πληροῦσθαι τοῦτο·
Ἀλλ' οἱ μὲν δεκατέσσαρες &c.

Secundò, & quidem à fol. 212 pag. 1 usque ad fol. 215 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Hieracosophium*, sive, *Liber de Accipitrum curatione*,

ratione, in Capita quindecim divisus; cujus titulus & principium: Ἱερακοσόφιον εἰς ἰατρείαν ὀρνέων, καὶ εἰς κοπὰς καὶ χρῶμα, διον ζαγάνων, φαλκονίων, πετριτῶν, ἱερακίων, τζουρακίων, καὶ ὀξυπτερύγων. Εἰς βλάβην ὀρνέων, κεφάλαιον ά. Ἡ βλάβη τοῦ ὀρνέου γίνεται ἀπὸ τριῶν αἰτιῶν· ἀπό τε πολυφαγίας, &c.

CXLI.

Centesimus quadragesimus primus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *folio*, constátque folijs *trecentis septuaginta uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 23 pag. 2, *Zanatæ, Philosophi Persæ, Geomantia, ab Arsenio Monacho ex Persicâ in Græcam linguam versibus politicis translata;* de quâ in recensione proximè præcedentis Codicis CXLmi, num. 1, jam accuratiùs actum est. Est autem ea in præsenti hoc Codice mutila.

Secundò, & quidem à fol. 24 pag. 1 usque ad fol. 356 pag. 2, *anonymi cujusdam Autoris Syntagma Astrologicum, in Capita ducenta divisum*, cui, præter varias diversorum anonymorum Autorum Institutiones & Observationes Astrologicas, insertæ etiam sunt (2) *Georgij Chrysococcæ Tabulæ Astronomicæ, Geographicæ & Chronologicæ;* item (3) *Sethi Patriarchæ Astronomia, ab Angelo ipsi tradita;* (4) *Petosiris Organum Astrologicum ad Nechepsum Regem Ægypti; Ammonij, filij Hermiæ, Joannis Camateri, & Joannis Philoponi Libelli tres de usu Astrolabij;* & *Claudij Ptolemæi, Theophili, Dorothei Sidonij, Petosiris Ægyptij, Antigoni Nicæni,* (5) *Joannis Camateri, Valentis Antiocheni, Hephæstionis Thebani, Stephani Alexandrini, Porphyrij, Antiochi, Apollinarij, atque Critodemi Apotelesmatica.*

Tertiò, & quidem fol. 29 pag. 1 & 2, & à fol. 357 pag. 1 usque ad fol. 371 pag. 2, *Miscellanea quædam Cabalistica & Magica cum eò pertinentibus characteribus & figuris.*

CXLII.

Centesimus quadragesimus secundus (6) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque folijs *octoginta quinque*. Continentur eo hæc:

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos centesimus quinquagesimus quintus.*

(2) *Vide suprà pag.* 240, 241, 242, 243, 244.

(3) *De Sethi Scriptis supposititijs vide Prodromum meum Historiæ Literariæ lib. 1 cap. 3 § 3.*

(4) *Vide Libri secundi horum Commentar. Partem secundam pag.* 111.

(5) *Inscribitur illud* Joannis Camateri *Opus*, Ἰωάννου φιλοσόφου τοῦ Καματηροῦ Εἰσαγωγὴ εἰς τὴν Ἀστρονομίαν ἀποτελεσματικὴν πρὸς Βασιλέα Ἐμανουὴλ τὸν Κομνηνόν· *hoc est*, Introductio in Astronomiam Apotelesmaticam ad Imperatorem Emanuelem Comnenum; *atq; incipit his verbis:* Πρὸς ὕψος τέχνης ὥρμησα *&c.*

(6) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* sexagesimo.

Primò,

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 54 pag. 2, *Synesij, Philosophi & Sophistæ Alexandrini*, qui A. C. 410 sub *Imp. Theodosio Juniore* à *Theophilo Patriarchâ Alexandrino Episcopus Cyrenæus* ordinatus est, *Liber* περὶ ἐνυπνίων, sive, *de Insomnijs cum Nicephori Gregoræ Præfatione ad* (1) *Magnum Logothetam, Theodorum Metochitam, & Expositione partim marginali, partim interlineari. Nicephori Gregoræ Præfatio* inscribitur atque incipit his verbis: Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυρίου Νικηφόρου τοῦ Γρηγορᾶ ἑρμηνεία εἰς Συνεσίου περὶ ἐνυπνίων λόγον πρὸς τὸν μέγαν Λογοθέτην τὸν Μετοχίτην. Οὐδὲν καινὸν, εἰ πολλὰ τῶν πάλαι καλῶς εὑρημένων καινοτομοῦσιν ἐπὶ τὸ βέλτιον, &c. Quâ finitâ, sequitur ipse *Synesij Liber*: Εἰ δέ εἰσιν ὕπνοι προφῆται, &c; & simul etiam *Expositio Nicephori Gregoræ*: Εἰ δέ εἰσιν ὕπνοι] Ὥσπερ τὰ τῶν βασιλέων κειμήλια, καὶ ὁπόσα ἀνθρώποις ἱερά τε καὶ τίμια, &c. Edidit quidem hæc omnia R. P. *Dionysius Petavius* S. I. inter Opera *Synesij*, Lutetiæ Parisiorum græcè & latinè impressa, sed ex alijs antiquis Codicibus; ideóque operæ pretium fuerit, eam editionem cum Codice hoc *Cæsareo* accuratè conferri.

(1) *Plura de eodem* Theodoro Metochitâ *vide suprà pag.* 149 *&* 150 *in recensione Codicis* LXXXVII*mi*.

Secundò, & quidem à fol. 55 pag. 1 usque ad fol. 56 pag. 1, *Logaræ*, qui in Aulâ Constantinopolitanâ (2) ἐπὶ ἀναμνήσεων sive (3) *Magister Memoriæ* fuit, *Oratio deprecatoria ad Imperatorem pro quibusdam sontibus*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐπὶ τῶν ἀναμνήσεων τοῦ Λογαρᾶ πρὸς τὸν Αὐτοκράτορα. Ἔδει μὲν σε, ἔδει θεῖε Βασιλεῦ, ἀκούοντα τὸ δίκαιος πατουμένον ὑπὸ τῶν πάλαι τούτῳ βοηθεῖν κελευθέντων, μηδὲν μετρίως χαλεπῆναι, ἀλλὰ πολλὴν ἀφέντα τὴν ὀργὴν εἰς τούτους, διδάξαι καὶ τοὺς ἔπειτα δικάζειν μέλλοντας, &c.

(2) *Vide* Georgij Codini *Librum de Officijs Magnæ Ecclesiæ & Aulæ Constantinopolitanæ cap.* 2, 4 *&* 5.
(3) *Vide* Jacobum Gutherium *de Officijs Domûs Augustæ lib.* 3 *cap.* 3.

Tertiò, & quidem à fol. 57 pag. 1 usque ad fol. 72 pag. 2, *ex Nicetæ Paphlagonis*, qui aliàs etiam *David Philosophus* appellatur, *Orationibus septem*: nempe εἰς τὴν νέαν κυριακὴν, sive, *in Novam Dominicam*; εἰς τὴν μεσοπεντηκοστὴν, sive, *in Mediam Pentecosten*; εἰς τὴν ν′, sive, *in Pentecosten*; εἰς τοὺς Προφήτας, sive, *in Prophetas*; περὶ νηστείας, sive, *de Jejunio*; εἰς τὴν β′ παρουσίαν, sive, *in secundum Christi adventum*; & εἰς τὴν ἁγίαν κυριακὴν ἡμέραν, sive, *in sanctam Dominicam diem*, *Excerpta*, quorum titulus & principium: Νικήτα, τοῦ καὶ Δαβὶδ, δούλου Χριστοῦ, τοῦ Φιλοσόφου. Ἀπὸ τοῦ εἰς τὴν νέαν κυριακὴν λόγου. Χριστοῦ ἔγερσις, ἡ μὲν, ἰδία τε καὶ οἰκεία τοῦ αὐτοῦ καθέστηκεν ἀνθρωπότητος, ἡ προσλήψεως, ἡ δὲ, παντὸς τοῦ ἁγίου σώματος καὶ τῶν τιμίων αὐτοῦ μελῶν ἐστὶν ἐξανάστασις,

ἀλλὰ

ἀλλὰ τὸ μὲν &c. Plura de eodem *Nicetâ*, sive, *Dâvide Philosopho*, vide Libri *quarti* horum Commentariorum pag. 249 & Libri quinti pag. 347.

Quartò, & quidem à fol. 73 pag. 1 usque ad fol. 85 pag. 2, *Dissertatio de Numero Senario & Septenario*, cujus titulus & principium: Τοῦ Σκηπίωνος τοῦτο. Ὁ ἑκταδικὸς ἀριθμὸς στερεὸν σῶμα ἀποτελεῖται· οὐκοῦν καὶ ἴδια τέλειος εὐλόγως ῥηθήσεται διὰ τὸ στερεὸν σῶμα ἀποτελεῖσθαι· καὶ οἱ Πυθαγόρειοι τοῦτον τὸν ἀριθμὸν Δικαιοσύνην ὠνόμαζον, ὅτι πρῶτος ἁπάντων οὗτος ἀναλίσκεται εἰς ἀριθμοὺς ἀρτιάκις ἀρτίους, τουτέστι, δὶς, τέτταρα· ὡς μηδὲν &c. In fine autem legitur hæc subscriptio: Ἐκ τῶν τοῦ (1) Μαζαράκτου ἀπομνημονευμάτων. Plura de hâc *Dissertatione* alij deinceps tempori ac loco reservanda sunt, quia in præsens nondum mihi satis liquet. Interim vide *Photij Patriarchæ Constantinopolitani* Excerpta ex *Nicomachi Geraseni* Arithmeticis Theologicis Cod. CLXXXVII, ut & *Petri Bongi*, Canonici Bergomatis, doctissimum Opus de Mysticâ Numerorum Significatione pag. 184 & 198, atque *Joannis Meursij* Denarium Pythagoricum, sive, Librum singularem de Numerorum, usq; ad Denarium, qualitate ac nominibus secundùm Pythagoricos, cap. 8 & 9.

CXLIII.

Centesimus quadragesimus tertius (2) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *membranaceus* pervetustus in *folio*, constátque folijs *quadraginta duobus*. Continetur eo *Achmetis*, filij (3) *Sereim*, qui (4) *Mamunis*, vel Mammunis, (5) *Caliphæ Babylonij*, *Oneirocrites*, sive *Somniorum Interpres* füit, *Oneirocriticon*, sive, *Opus de Interpretatione Somniorum secundùm Indorum, Persarum & Ægyptiorum doctrinam, in Capita trecenta quatuor divisum*, cujus *Inscriptio generalis* est hæc: Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, Βιβλίον ὀνειροκριτικὸν, ὅπερ συνῆξε καὶ συνέταξεν ἈΧΜΕΤ υἱὸς ΣΗΡΕΪΜ, ὁ ὀνειροκρίτης τοῦ (6) Πρώτου Συμβούλου ΜΑΜΟΥΝ. Primum autem Caput, quod Præfationem continet, est tale: Πρόλογος τῶν ὀνειροκρίτων· κεφάλαιον α΄. Πολλὰ κοπιάσας εἰς τὸ ἀνευρεῖν τῷ (7) Δεσπότῃ μου τὴν ἀκριβῆ ἑρμηνείαν τῶν ὀνειροκρίτων, καθὼς αὐτὸς

δι'

(1) *Nomen hoc valdè obscurè ibi scriptum est, & videtur etiam legi posse* Ματαράγγου.

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* nonagesimus sextus.

(3) *Ita in hoc Codice MSto legitur, nempe* Σηρεὶμ *sive* Sereim, *non autem* Σερὴμ *sive* Serem, *vel* Σερεὶμ *sive* Sereim, *ut in aliis nonnullis antiquis* Codicibus *promiscuè scriptum reperitur.* (4) *Nomen hoc variè scriptum occurrit, nempe* Mamun, Mammun, Mamon & Maimon. (5) Calipha, *seu potius* Chalifa, *appellatur successor Pseudo-Prophetæ Muhammedis in Religione & Imperio Muhammedanorum; quâ de re vide plura apud* Valentinum Schindlerum *in Lexico Pentaglotto.* (6) *Notabile est,* Mamunem *non solùm in hâc Inscriptione, verùm etiam in ipso Oneirocritico cap. 18, 19, 36, 45, 95, 143, 154 & 193, honoris causâ appellari* Πρῶτον Σύμβουλον, *vel unicâ voce* Πρωτοσύμβουλον, *hoc est,* Primum Consiliarium, *nempe* Pseudo-Prophetæ Muhammedis; *eumque titulum Græcum usurpari pro Arabico titulo* Calipha, *quòd* Mamun, *tanquam unus ex Successoribus Muhammedis, de Religione Muhammedanâ præcipuè consulendus fuerit.* (7) *Per Despotam sive Dominum intelligitur hîc ipse* Mamun.

δι' ἐπιθυμίας εἶχε πολλῆς, εὗρον ἐκ τῶν ποιησάντων τὴν τοιαύτην ἀκρίβειαν κατὰ ἀλήθειαν, ἤτοι Ἰνδῶν, Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, οἳ τὴν ἀκριβῆ ἀλήθειαν ἀκριβολογησάμενοι καὶ λεπτολογήσαντες, ἐξέθεντο καὶ ἐλογογράφησαν τὴν παροῦσαν ἑρμηνείαν, καὶ ἐξ ἑκάστου τούτων ἐκλεξάμενος κεφαλαιωδῶς, ἐξεθέμην τῶν τριῶν τὰς κρίσεις καὶ λύσεις ἐν ἑκάστῳ κεφαλαίῳ, ὡσὰν καὶ ὁ ἐμὸς Δεσπότης γνοὺς τὴν περὶ αὐτὸ κεφαλαίου ἑκάστου κρίσιν καὶ λύσιν, συλλογίσηται καὶ μάθῃ τὸ ἀληθές, καὶ πειραθῇ τοῦ γλύκεως καὶ βάθεως, καὶ πεποθημένου καὶ δυνατοῦ τῆς παρούσης σοφίας, δι' ἧς τοῦ μέλλοντος ἔκβασις προγινώσκεται. Ἐκ τοῦ λόγου τῶν Ἰνδῶν· κεφάλαιον β'. Συρβαχὰμ ὁ ὀνειροκρίτης &c. Primus hoc *Oneirocriticon* ex *Joannis Sambuci* antiquo Codice manuſcripto Græco, de quo non multo pòſt ſeparatim agetur, *latinè* vertit, & tantùm *latinè* edidit *Joannes Leunclavius* Francofurti typis Andreæ Wecheli A. 1577 in octavo: ſed adeò imperfectè ac mutilè, ut ſtatim in principio integra ferè *quatuor*, & ibidem alibi plura etiam deſint *Capita*; nec ſub vero *Achmetis* nomine, ſed ſub falſo *Apomaſaris*. Ipſa *Leunclavij* verba, quæ in jam memorati Oneirocritici Præfatione dedicatoriâ ad rem præſentem maximè pertinent, ſunt hæc: *Quis ipſe Apomaſar fuerit, certò non conſtat. Exiſtimabat ornamentum illud Germaniæ, Joachimus Camerarius, Apomaſarem eundem eſſe, qui Albumaſar nuncupatur, ſed pace tanti Viri dixerim, nullo id pacto veriſimile videri. Nam Albumaſar cognomentum erat ejus, qui vero nomine Japhar appellabatur, ut in ejus Vitâ perſcriptum legimus. Deinde conſtat, Albumaſarem fuiſſe Arabem, & religionem Saracenicam ſecutum. At noſter hic Apomaſar, ſi Græcus non fuit, Arabs tamen, & Saracenus haberi nullo modo poteſt, cùm apertiſſima Chriſtianæ religionis indicia Liber ipſe contineat. Vtinam quidem illum* (1) *INTEGRVM exhibere potuiſſemus! Nam in* (2) *Libri veteris principio, quem SAMBVCVS habet, folium unum deeſt, & prætereà duo periere folia; quæ pro ſingulari ſtudio ſuo, quo Vir præſtantiſſimus in omni literarum genere prodeſſe rei literariæ nititur, jamdudum ut ſuppleret, operam dedit, ſed irrito conatu: nec eſt, quod dubitem, horum publicationem Viris bonis & eruditis gratam fore, cùm Apomaſaris Commentatio longo poſt ſe intervallo Libros Artemidori, qui ejuſdem ſunt argumenti, relinquat.* Hucuſque *Leunclavius*. Edidit deinde idem *Oneirocriticon* ſub *Achmetis filij Seirim* nomine *græcè* & *latinè* V. CL. *Nicolaus Rigaltius*, cum *Artemidori Onei-*

(1) *At fieri hoc poteſt beneficio* trium *veterum Codicum manuſcriptorum* Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ, *qui* Joanni Leunclavio *&* Nicolao Rigaltio *fuerunt prorsùs incogniti. Inter hos autem & ille eſt, de quo in præſens agitur.*

(2) *Vide infrà recenſionem Codicis CXLVII.*

Oneirocritico, Lutetiæ Parisiorum typis Claudij Morelli A. 1603 in quarto, & quidem *ex duobus antiquis Bibliothecæ Regiæ Parisinæ Codicibus manuscriptis*, sed principio mutilis; ideóq; etiam in eâ editione, non solùm *Inscriptio Operis*, sed & suprà exhibitum totum *Caput primum*, sive, *Proœmium* deest, exceptis paucis hisce ultimis verbis: - - - τοῦ τῆς παρούσης σοφίας, δι' ἧς ἡ τοῦ μέλλοντος ἔκβασις προγινώσκεται. Ipsa *Rigaltij* verba, tùm de *Achmete* ipso, tùm de *Oneirocritici* ejus translationibus & editionibus latinis, in Præfatione ad Lectorem sunt hæc: *Paucula quædam hîc de Achmete dicere habemus: nempe Achmetem sive Achamatem* (1) *Medicum Arabem fuisse, nec* (2) *alium ab eo, cujus Libros septem de Medicinâ recenset Gesnerus, quos penes se esse testatur Vir benè literatus Janus Antonius Saracenus in Notis ad Dioscoridem. Hæc autem Oneirocritica Artemidori Libris adtexere visum, tùm quia ob argumenti similitudinem ex utriusque comparatione utilitas aliqua percipi potest, tùm quòd satis antiquum Interpretem Græcum cœlo literario redonari intererat. Nam latinũ quidem ante viginti sex aut septem annos edidit Joannes Leunclajus, sed plerisque partibus imminutum & mutilum, ac perperàm Apomasaris nomine nuncupatum, ut ipse posteà in Annalibus Turcicis admonuit. Et, ne quid dissimulem, in duobus, quos è Bibliothecâ Regiâ mihi deprompsi, Codicibus, non est, unde* (3) *Achmetis nomen constanter asserere possim: sunt enim ambo ἀκέφαλοι; nisi quod eorum alteri Achmetis titulus recentiore manu præfixus est. Sed & in exemplari Græco, quod latinè versum circa annum Christi* CIↃ CLX *Hugoni* (4) *Echeriano dedicavit Leo Tuscus, Autoris deerat nomen, ut ex* (5) *Italicâ Tricassi Mantuani interpretatione conijcere est, ex quâ Prologum quem hîc subjectum vides, latinè transcripsi; non quòd* (6) *Achmetis esse existimem, (nam Leonis illius esse magis puto,) sed ne quid huic nostræ editioni deesse videatur.* Hæc *Rigaltius*. Vbi præter alia, quæ suprà jam indicata sunt, inprimis notandum est, *Achmetem*, *filium Sereim*, professione Ὀνειροκρίτην sive *Somniorum Interpretem*, perperàm confundi cum *Achmete Syro*,

(1) *Immò* Oneirocritam *sive* Somniorum Interpretem, *ut ex ipso apparet Oneirocritico, ubi semper* Ὀνειροκρίτης *appellatur, non autem* Medicus.

(2) *Immò planè alium ac prorsùs diversum, ut paulo pòst accuratiùs indicabitur.*

(3) *At extat illud nomen expressè & perspicuè in* duobus *pervetustis Codicibus manuscriptis* Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ; *quorum unus est, de quo in præsens agitur. Vide etiam proximè sequentem Codicem* CXLIV*tum*. (4) *Immò* Etheriano, *natione* Tusco. *Vide Autores, qui scripserunt de Scriptoribus Ecclesiasticis, & quidem in primis consule R. P.* Philippi Labbei *S. I. Bibliothecam Chronologicam Scriptorum Ecclesiasticorum A. C. 1177, ubi etiam de* Leone Tusco *fit mentio, quod fuerit Imperialium Epistolarum Interpres sub Imperatore Constantinopolitano* Manuele Comneno. (5) *Prodijt ea in lucem in octavo A. C. 1525 sub hoc titulo:* Expositione de gli Insomnij secondo la Interpretatione de Indi, Persi, & Egyptij, tradutta de Greco in Latino per Leone Toschano, & al presente data in luce pet il Tricasso Mantuano ad Alexandro Bicharia Patricio Pavese. *Vnde satis clarè apparet,* Rigaltium *pro*, Italica Tricassi Mantuani Interpretatione, *debuisse scribere*, Italicâ Tricassi Mantuani Editione. (6) *Immò verò est ille reverà* Achmetis Prologus, *sed à* Leone Tusco *valdè interpolatus, & auctus; ut cuilibet videre licet, si interpolatum hunc* Latinum *Prologum conferat cum* Græco *illo, quem eam ob causam suprà integrum exhibui.*

filio Abramij, nepote Chaletis, professione *Medico*, de cujus Scriptis Pars secunda Libri sexti horum Commentariorum pag. 126 & 127 consulenda est; atque pariter errare *Conradum Gesnerum*, cujus autoritate *Rigaltius* frustrà se tuetur. Quod porrò ad *Achmetis, filij Sereim ætatem* attinet, eam ipse apertissimè indicat, dum Oneirocritici sui capite decimo octavo, alijsque suprà citatis pluribus locis, se appellat *Oneirocritam* sive *Somniorum Interpretem Mamunis*. Ipsa ejus verba sunt hæc: Ἐλθών τις ἄνθρωπος, ἠρώτησέ (1) με τὸν Ἄχμετ τὸν υἱὸν Σηρεὶμ, τὸν ὀνειροκρίτην τοῦ Πρώτου Συμβούλου Μαμοῦν λέγων; εἶδον ἐν ὁράματι, ὅτι &c. Intelligitur enim hîc *Mamun*, seu *Mamon* vel *Maimon, Calypha Babylonius*, qui A. C. 813 cœpit imperare, & A. 833 obijt. Fuit is Princeps eruditissimus, literásque & literatos summo amore prosecutus est, ac plurimos libros è *Græcâ* linguâ, quàm benè calluit, in *Arabicam* transferri curavit. Præcipuè verò deditissimus fuit tùm alijs disciplinis Mathematicis, tùm potissimùm *Geometriæ* & *Astronomiæ*, ut præ cæteris elucet ex *Claudij Ptolemæi Almagesto*, quod ipsius jussu A. C. 827 ex *Græcâ* in *Arabicam* linguam translatum est. Huc quoque pertinet memorabilis illa de eodem *Mamune* Historia, quæ exstat apud *Georgium Cedrenum* pag. 548 & 549 editionis græco-latinæ Parisinæ, ubi refert, Juvenem quendam Græcum, Geometriæ peritissimum, à Saracenis in bello fuisse captum, &, cùm is ad (2) *Mamunem* perductus, varia doctrinæ suæ eximia specimina edidisset, *Mamunem* interrogâsse, an Constantinopolis alios tales haberet, cúmque Juvenis respondisset, plurimos; simul & Magistri sui *Leonis*, tanquam eâ scientiâ excellentissimi, præ cæteris mentionem fecisset, *Mamunem* ad eum per ipsum illum Juvenem has misisse literas: Ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον, καὶ ἐκ τοῦ μαθητοῦ ἔγνωμεν τὸν διδάσκαλον. ἐπεὶ γοῦν τηλικοῦτος ὢν περὶ τὴν τῶν ὄντων ἐπιστήμην, ἄγνωστος εἶ τοῖς συμπολίταις, τῆς γνώσεως καὶ σοφίας καρπὸν μὴ δρεπόμενος, μὴ ἀπαξιώσῃς ἐλθεῖν πρὸς ἡμᾶς, καὶ τῆς σῆς μεταδοῦναι σοφίας. ἐρχομένῳ γάρ σοι αὐχένα ὑποκλινεῖ γένος ἅπαν τὸ τῶν Σαρακηνῶν, καὶ πλούτου καὶ δωρεῶν ἀξιωθήσῃ, ὧν οὐδ' εἷς πώποτε τῶν ἀνθρώπων ἠξίωται. Hoc est: *Ex fructu arborem, & ex discipulo Magistrum agnovimus. Ergò tu, qui tantâ rerum instructus scientiâ, ignotus tuis civibus, sapientiæ fru-*

ctum

(1) *Ita in antiquo hoc Codice MSto membranaceo legitur; nempe* ἠρώτησέ με τὸν *&c, non autem, ut in* Rigaltianâ *editione impressâ,* ἠρώτησέ μοι τῷ *&c. Vide* Henrici Stephani *Thesaurum Linguæ Græcæ Tom. I colum.* 1901 *& deinceps, ubi de multiplici significatione & usu verbi* Ἐρωτάω *fusè & accuratè agitur.*

(2) Mamun *enim, ut ipsis* Cedreni *verbis utar,* ἄλλοις τε μαθήμασιν ἑλληνικοῖς σχολάζων, καὶ δὴ καὶ γεωμετρίας διαφερόντως ἐξεχόμενος ἦν, *hoc est*, cùm alijs disciplinis Græcis vacans, tùm præcipuè Geometriæ erat deditus; *vel, ut apud* Zonaram *legitur:* ἦν γὰρ ὁ Μαμοῦν φιλολογῶν καὶ φιλοσόφων θεωρημάτων ἐπιμελῶς ἀκροώμενος, πλέον δὲ τῶν ἄλλων ταῖς γεωμετρικαῖς μεθόδοις προσκείμενος· *hoc est*: Mamun enim Theoremata Philologica & Philosophica studiosè audiebat; præ cæteris tamen Geometricis methodis erat deditus.

ctum non fers, ne dedigneris ad nos venire, tuâque nos doctrinâ impertire. Venienti enim tibi tota Saracenica Natio cervicem submittet, iisque divitiis & donis cumulaberis, quibus nemo unquam hominum. Quas literas cùm *Leo* Imperatori Constantinopolitano *Theophilo* ostendisset, ditatum ab eo, & publicè docere jussum esse; *Mamunem* autem, *Leonis* ad se adventu desperato, (1) Geometricas aliquot & Astronomicas, aliarumque scientiarum quæstiones ad eum misisse, solutionem earum poscentem; quas omnes cùm *Leo* rectè discussisset, &, majoris admirationis excitandæ gratiâ, simul quædam (2) *futura prædicendi signa* addidisset, *Mamunem* ad ipsum *Imp. Theophilum* Legatos misisse cum his literis: Ἐβουλόμην μὲν αὐτὸς ἀφικέσθαι σοι, ἔργον γνησίου φίλου ἀποπληρῶν. ἐπεὶ δὲ ἡ ἀνακειμένη μοι ἀρχὴ ἐκ Θεοῦ, καὶ ὁ ὑπὸ τὴν χεῖρά μου τελῶν πλεῖστος κατεξουσίας λαὸς τοῦτο οὐ συγχωρεῖ, ὃν ἔχεις ἐπὶ φιλοσοφίᾳ καὶ ταῖς λοιπαῖς ἐπιστήμαις διαβόητον ἄνδρα, βραχύν τινα χρόνον αὐτῷ ἐξαποστεῖλαί μοι, τῆς αὐτοῦ ἐπιστήμης μεταδώσοντά μοι ἐκκαιομένῳ, καὶ ταύτης ἐρωτικῶς ἔχοντι. μὴ ἀναβολὴ δὲ διὰ τὸ σέβας, καὶ τὴν τοῦ γένους ἀλλοτριότητα ἔσοιτο, ἀλλὰ μᾶλλον ὅτι τοιούτοις ἀξιοῖ φίλοις ἐπιεικέσι τε καὶ χρηστοῖς, πέρας τὸ τάχος λαβέτω ἡ αἴτησις. χάρις δέ σοι ὑπὲρ τούτου καταβληθήσεται χρυσίου μὲν ἑκατὸν κεντηνάρια, εἰρήνη δὲ καὶ σπονδαὶ ἀτελεύτητοι καὶ ἀΐδιοι. Hoc est: *Statueram, quod est genuini amici officium, ipse ad te venire; sed cùm à Deo mihi commissum Imperium, populúsque mihi subditus, cujus summa est potestas, id non concedant, peto, ut Virum, quem Philosophiâ aliisque scientiis celebrem habes, ad me mittas, ut exiguum tempus mecum degens, suâ me doctrinâ, cujus amore flagro, impertiat; neque ob* (3) *religionis & gentis diversitatem hoc differas, sed quod bonis amicis debetur, quamprimùm præstes. Pro quo officio tibi auri centenaria centum reddemus, pacémque & fœdus perenne componemus.* Subjungit deinde *Cedrenus*, *Imp. Theophilum*, cùm eas literas accepisset, absurdum existimantem, Barbaris prodere scientias, ob quas Romana Gens in admiratione esset, petitioni isti non annuisse; *Leonem* autem majori deinceps in honore habuisse, eumque creâsse *Thessalonicensem Episcopum.* Eadem Historia exstat etiam apud *Joannem Zonaram* Annalium Tomo tertio pag. 129 & 130; sed tàm ibi, quàm apud *Cedrenum*, pro Μαμοῦν perperàm legitur (4) Μαμοὺμ, & Ἀμερ-Μουμνῆς pro Ἀμερ-Μαμοῦν. Plura de ejusdem *Mamunis* seu *Mamonis*, vel, præposito

(1) *Græcè:* ἀπορίας γεωμετρικῶν καὶ ἀστρονομικῶν ζητημάτων, καί τινων ἄλλων μαθημάτων.

(2) *Græcè:* καί τινα τῶν μελλόντων σημεῖα προγνωστικά· *quæ quidem ego* Schemata Geomantica *fuisse existimo.*

(3) *Hinc satis clarè liquet,* Mamunem, *licet ipse* Muhammedanus *&* Arabs *esset,* Christianorum *tamen &* Græcorum *ministrorum operam in Aulâ suâ non esse aversatum.*

(4) *Similiter quoque apud* Petrum Bizarum *Historiæ Rerum Persicarum Libro septimo perperàm legitur* Mamumus *pro* Mamunus.

præpoſito articulo, *Almamonis*, Vitâ & rebus geſtis vide in *Georgij Elmacini Hiſtoriâ Saracenicâ*, à *Thomâ Erpenio* in Latinam linguam translatâ, & à *Jacobo Golio* A. C. 1625 Lugduni Batavorum typis Erpenianis *Arabicè* ac *Latinè* in folio editâ; & quidem Libri ſecundi Capite octavo, quod inſcribitur atque incipit his verbis: *Septimus Abbaſidarum, & Chalifa vigeſimus octavus, Abulabbas ALMAMON, qui & Abugiafar Abdalla dictus fuit, filius Haronis Raſjidi, filij Mahadis, filij Almanſoris. Mater ejus genitrix nomen habuit Maragielis. Inauguratus eſt inauguratione ſecundâ tempore matutino ejus diei, quo frater ejus ALAMINUS occiſus fuit, & bello finis impoſitus, & omnes ei ſe adjunxerunt, vigeſimo quinto ſcilicet Muharrami anni Hegiræ 198. Atque hoc eodem anno* &c. Circa finem ejuſdem Capitis exſtat hoc *Almamonis* inſigne elogium: *Quod ad naturam ejus attinet, fuit omnimodè excellens, liberalis, magnæ clementiæ, & boni regiminis; neque inter Abbaſidas quiſquam fuit eo eruditior, nec præſtantior. Didicerat egregiè Aſtronomiam, & ventorum ſtationes; unde & inter peritos hujus ſcientiæ, etiam nunc notus eſt Ventus Almamonis. Solebat etiam dicere: Si ſcirent homines, quanta ſit dulcedo clementiæ apud me, venirent utique ad me cum peccatis ſuis, ut veniam daremus ipſis.* Obitus autem ejuſdem *Almamonis* narratur ibidem his verbis: *Eodem quoque anno Hegiræ 218 Tarſo egreſſus, Regionem Romanorum ingreſſus eſt Almamon die Mercurij, 16 Giumadæ poſterioris, & ſubſtitit Badanduni, ubi & æger factus obijt, die Jovis, 19 menſis Regiebi, circa veſperam, aut, ut alij volunt, poſt meridiem. Cùm autem mortuus eſſet, portarunt eum filius ejus Abbas & frater Mutaſimus Tarſum, ubi & ſepultus eſt.* Hæc *Georgius* ille *Elmacinus*. Vnde patet, *Mamunem* ſeu *Almamonem* non perijſſe violentâ morte, ſed morbo exſtinctum eſſe. Hoc enim ſingulariter & expreſsè moneo propter *Oneirocritici Achmetis caput centeſimum nonageſimum tertium*, quod conſtat his verbis: Ἐλθὼν Ἀμὰμ, ὁ δεύτερος πολεμιστὴς τοῦ Πρωτοσυμβούλου, ἠρώτησε τὸν Σηρεὶμ, λέγων· εἶδον κατ' ὄναρ, ὅτι πάντες κέραμοι τῆς πόλεως ἄνευ ὑετοῦ ἔρρεον ἔνθολον, καὶ πάντες ἐδέχοντο τὸ ὕδωρ ἄνευ ἐμοῦ καὶ τῶν ἐμῶν ἀνθρώπων. ὁ δὲ εἶπεν· ἐπίβουλοι καὶ ἅρπαγες ἔσονται τοῦ Πρωτοσυμβούλου πολλοὶ, σὺ δὲ ἐκεῖσε οὐ μὴ (1) ἐγχειρηθῇς· καὶ μεθ' ἡμέρας δέκα ἐγένετο σφαγὴ αὐτοῦ καὶ ἁρπαγὴ τῶν αὐτοῦ, καὶ ὁ αὐτὸς Ἀμὰμ οὐκ ἐκοινώνησεν ἐν αὐτοῖς, καθὼς εἶπεν ὁ Σηρείμ. Hoc eſt: *Veniens Amamus, ſecundus ille Protoſymbuli ſeu Caliphæ Dux bellicus, Sereimum conſuluit, dicens: In ſomno videre viſus ſum,* de-

(1) *Ita bis in antiquo illo Codice MSto membranaceo rectè ſcriptum eſt; nempe* ἐγχειρηθῇς, *non autem, ut in Rigaltianâ editione impreſsâ perperàm legitur,* ἐγχειθῇς.

de omnibus totius Vrbis tegulis absq; pluviâ destilâsse turbidam aquam, eámque ab universis exceptam fuisse, me duntaxat & meis hominibus exceptis. Cui respondit Sereimus, multos perduelles & prædones adversus Protosymbulum se commoturos, sed ipsum nihil ibi moliturum. Post dies itaque decem Protosymbuli cædes & direptio facultatum ipsius accidit, Amamo nullam cum insidiatoribus habente societatem, sicuti Sereimus futurum prædixerat. Hæc quippe non sunt intelligenda de *Mamune* seu *Almamone*, sed de fratre ipsius *Alamino*, qui ante eum obtinuit Caliphatum, & A.C. 813 *occisus est*. De quâ *cæde & direptione facultatum Alamini* fusè agit suprà citatus *Georgius Elmacinus* Libri secundi Historiæ Saracenicæ capite septimo. Quod superest, ex ipso *Achmetis* Oneirocritico luculentissimè apparet, eum, licet *Caliphæ Mamunis* fuerit *Oneirocrites* sive *Somniorum Interpres*, religione tamen fuisse *Christianum*; atque insuper verisimilimum videtur, quòd origine fuerit *Græcus*, & Oneirocriticon suum *græcè* scripserit, quia ipse *Mamun*, cui illud dedicavit, linguæ *Græcè* fuit peritissimus.

CXLIV.

Centesimus quadragesimus quartus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* pervetustus, constátq; nunc folijs *centum octoginta septem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo hæc:

(1) *Fuit is olim inter Codices MSStos Philosophicos & Philologicos Græcos* centesimus quadragesimus primus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 160 pag. 1, *Achmetis, filij Sereim*, qui seculo post Christum *nono* sub *Mamune Caliphâ Babylonio* floruit, *Oneirocriticon*, sive, *Opus de Interpretatione Somniorum secundùm Indorum, Persarum & Ægyptiorum doctrinam, in Capita trecenta quatuor divisum*, cujus *Proœmium* inscribitur atque incipit his verbis: Βιβλίον ὀνειροκριτικὸν, ὅπερ συνῆξε καὶ συνέταξεν Ἄχμετ, ὁ υἱὸς (2) Σειρὴμ, ὀνειροκρίτης τοῦ Πρώτου Συμβούλου Μαμοῦν. Πρόλογος τῶν ὀνείρων σὺν Θεῷ ἁγίῳ. Πολλὰ κοπιάσας εἰς τὸ ἀνευρεῖν τῷ Δεσπότῃ μου τὴν ἀκριβῆ ἑρμηνείαν τῶν ὀνειράτων, &c. Plura de hoc *Oneirocritico*, ut & de ipso *Achmete* & *Mamune*, vide in recensione proximè præcedentis Codicis CXLIIItij.

(2) *Malim hic pro* Σειρὴμ *scribi* Σηρείμ, *ut in proximè præcedenti Codice membranaceo.*

Secundò, & quidem à fol. 160 pag. 1 usq; ad fol. 167 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Prophetia*, principio mutila, cujus residua pars posterior incipit his verbis: - - - τοῦ σιδήρου ποταμοῦ καὶ ἐκ τῶν ὀρέων ταρσίου, καὶ τοῦ ἀκεντίνου &c; definit autem hoc modo: τότε οἱ οὐρανοὶ ὡς χαρτίον ἐνειληθήσονται, καὶ οἱ Ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ τὰς σάλπιγγας δώσουσι,

κ὆ οἱ ἀπ' αἰῶνος νεκροὶ ἀναστήσονται, κ὆ οἱ μὲν δίκαιοι κληρονομήσουσι τὸν παράδεισον, οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ τὴν αἰώνιον κόλασιν, ἧς γένοιτο ῥυσθῆναι ἡμᾶς, προσκυνεῖν δὲ Πατέρα, κ὆ Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, Τριάδα, ὁμοούσιον κ὆ ἀχώριστον, εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας, ἀμήν. Est autem *Prophetia* hæc diversa à supposititijs illis *S. Methodij Martyris Revelationibus*, quarum Libro *quarto* horum Commentariorum pag. 201 & 202 mentio facta est.

Tertiò, & quidem à fol. 167 pag. 2 usque ad fol. 179 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Expositio verborum S. Pauli Apostoli Epistolæ primæ ad Timotheum cap. 2 vers. 12:* Γυναικὶ δὲ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω, hoc est, *Docere autem mulieri non permitto.* Incipit ea hoc modo: Διατί λέγει ὁ Ἀπόστολος Παῦλος, ὅτι γυναικί οὐκ ἐπιτρέπω διδάσκειν; Διότι ἐδίδαξεν ἀπ' ἀρχῆς κακῶς τὸν Ἀδάμ. περὶ γὰρ τῆς παρακοῆς ὁμότιμος ἦν τῷ ἀνδρὶ ἡ γυνή· καὶ γὰρ οἷς ἐχρήσατο ῥήμασιν ὁ Θεὸς ἐπὶ τῆς διαπλάσεως τοῦ Ἀδὰμ, τούτοις κ὆ ἐπὶ τῆς δημιουργίας τῆς γυναικός. ὥσπερ γὰρ εἶπεν &c. Sequuntur deinde ibidem varia *Testimonia sacra & profana de malis Mulieribus;* inter quæ etiam est *Secundi Atheniensis Philosophi* illud: Σεκοῦνδος ὁ σοφὸς ἐρωτηθεὶς τί ἐστι γυνὴ, εἶπεν· (1) ἀνδρὸς ναυάγιον, οἴκου ζάλη, ἀμεριμνίας ἐμπόδιον, βίου ἅλωσις, καθημερινὴ ζημία, αὐθαίρετος μάχη, πολυτελὴς πόλεμος, συνεστιώμενον θηρίον, συγκαθημένη μέριμνα, συμπλεκομένη λέαινα, κεκοσμημένη σκύλλα, ζῶον πονηρὸν, ἀναγκαῖον κακόν. Item *Joannis Pediasimi, Chartophylacis Bulgariæ, Poematia duo de Muliere malâ & de Muliere bonâ*, quorum primum incipit: Γυνὴ πονηρὰ ναυάγιον ἀῤῥένων, &c; alterum autem: Ἀνδρεία γυνὴ πλοῦς ἀκύμω συζύγῳ, &c. Edidit ea Avunculus meus *Lucas Holstenius* cum *Secundi Philosophi Sententijs*, græcè & latinè apud Mascardum Romæ impressis A. 1638 in duodecimo. Vide etiam Libri *sexti* horum Commentariorum Partem secundam pag. 120; sed ibi pro A. 1638 mendosè legitur A. 1618.

(1) *Locus hic ab editione impressa Holsteniana aliquantùm discrepat.*

Quartò, & quidem à fol. 180 pag. 1 usq; ad fol. 187 pag. 2, *Thomæ Israelitæ Liber de Infantiâ Christi*, mutilus ac lacerus, cujus titulus & principium: Παιδικὰ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἅπασιν τοῖς ἐξ ἐθνῶν γνωρίσαι ἀδελφοῖς τὰ παιδικὰ, ὅσα ἐποίησεν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἀναγκαῖον ἡγησάμην ἐγὼ Θωμᾶς ὁ Ἰσραηλίτης &c. Τὸ παιδίον Ἰησοῦς, πενταετὴς γενόμενος, κ὆ βροχῆς γενομένης, ἔπαιζεν ἐπὶ διάβασιν ῥύακος, κ὆ τὰ ῥέοντα ὕδατα ῥυπαρὰ ὄντα συνήγαγεν εἰς λάκκους, κ὆ ἐποίει αὐτὰ καθαρὰ εὐθέως κ὆ ἐνάρετα εἶναι, λόγῳ δὲ μόνῳ

καὶ

καὶ οὐκ ἔργῳ ἐπιτάξας αὐτοῖς. εἶτα ἄρας ἐκ τοῦ ὕλεως πηλὸν τρυφερὸν, ἔπλασεν ἐξ αὐτοῦ στρουθία δώδεκα· ἦν δὲ σάββατον, ὅτε ταῦτα ἐποίησεν παίζων, καὶ πολλὰ παιδία &c. Meminit ejuſdem Libri etiam R.P. *Philippus Labbeus* S.I. in Novâ Bibliothecâ Manuſcriptorum Librorum, pag. 306, ubi refert, eum exſtare *in Bibliotheca Regia Pariſina Codice MM CC LXXIX^mo^*. Atenimverò ſive ſub *Thomæ Iſraelitæ* nomine, ſive ſub nomine *S.* (1) *Matthæi Apoſtoli*, ſive ſub quocunque alio ſpecioſo titulo *Liber de Infantiâ Chriſti* ſe venditet, certò tamen conſtat, eum, tanquam fabuloſum & ſuppoſititium, omnique autoritate & fide carentem, à Sanctâ Eccleſiâ Catholicâ jam olim meritò improbatum & rejectum eſſe, ut teſtatur *S. Gelaſius I Papa* in Decreto Gratiani diſtinct. xv c. Sancta Romana. Quòd enim *Chriſtus* ante Baptiſmum & ante nuptias in *Canâ Galilææ* nullum fecerit miraculum, communis veterum Sanctorum Patrum ſententia eſt in expoſitione verborum *S. Joannis Evangeliſtæ* cap. 2 verſ. 11: Ταύτην ἐποίησε τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων ὁ Ἰησοῦς ἐν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας· hoc eſt: *Hoc fecit initium ſignorum Jeſus in Canâ Galilææ.* Inſignis eâ de re exſtat locus apud *S. Epiphanium* in Panario, ſive, Opere adverſus Hæreſes, pag. 442 editionis græco-latinæ Pariſinæ R.P. *Dionyſij Petavij* S.I., his verbis: Τελειωθέντων γὰρ τῶν πάντων τῶν κατὰ τὸ βάπτισμα, καὶ κατὰ τὸν πειρασμὸν αὐτοῦ, εὐθὺς ἐλθόντος καὶ συμπαρειληφότος τοὺς μαθητὰς, τοῦτο πρῶτον σημεῖον πεποίηκε τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τοῦ κηρύγματος ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας. οὔτε γὰρ πρὸ τοῦ πειρασμοῦ ἐν γάμῳ φάσκει τὸν Χριστὸν ἡκέναι· οὐ γὰρ ὅλως τι τῶν θεοσημείων καὶ τοῦ κηρύγματος πρὸ τοῦ πειρασμοῦ ὁ Χριστὸς εἰργάσατο, εἰ μή τι ἃ ᾄδεται περὶ αὐτοῦ ἐν παιδὶ πεποιηκέναι ὡς ἐν παιγνίῳ, ὥς τινες φάσκουσι. Hoc eſt: *Etenim toto illo Baptiſmi tentationiſque negotio perfunctus venit, ac diſcipulis adjunctis, primum illud in Canâ Galilææ miraculum fecit, tertiâ quàm prædicare cœperat die. Non enim ante tentationem Chriſtus nuptijs interfuiſſe dicitur, nec ullum omninò prodigium ante illud tempus edidit;* (2) *niſi ſi qua forſan ludicra feciſſe in pueritiâ dicitur, ut quidam aſſerunt.* Hæc *S. Epiphanius.* Cui adſtipulatur *S. Joannes Chryſoſtomus*, Homiliâ vigeſimâ primâ in Evangelium S. Joannis de eodem argumento ſcribens hoc modo: (3) Καὶ ὑστερήσαντος οἴνου, λέγει ἡ μήτηρ αὐτοῦ, οἶνον οὐκ ἔχουσιν.] Ἄξιον ἐνταῦθα ζητῆσαι, πόθεν ἐπῆλθε τῇ μητρὶ μέγα τι φαντασθῆναι περὶ τοῦ παιδός. οὐδὲ γὰρ σημεῖον ἦν τι πεποιηκώς. ταύτην γάρ, φησιν, ἀρχὴν ἐποίησε τῶν σημείων ὁ Ἰησοῦς ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας. εἰ δὲ λέγοι τις, μὴ εἶναι τοῦτο τεκμήριον ἱκανὸν τοῦ

ταύτην

(1) *Vide* Sixti Senenſis *Bibliothecam Sanctam Libri ſecundi literâ M, ubi agitur de* S. Matthæo Evangeliſtâ.

(2) *Alluditur his verbis haud obſcurè ad illum ipſum* Librum de Infantiâ Chriſti, *de quo in præſens agitur.*

(3) *Vide* Operum S. Joannis Chryſoſtomi *editionem græcam Savilianam Tom. II pag. 638 & 639.*

ταύτην ἀρχὴν εἶναι τῶν σημείων, διὰ τὸ προσκεῖσθαι ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, ὡς ἐγχωρεῖν πρῶτον ἐκεῖ γεγενῆσθαι, μὴ μέν τοι πάντως πρῶτον· εἰκὸς γὰρ αὐτὸν ἀλλαχοῦ πεποιηκέναι ἕτερα· ἐκεῖνο πρὸς αὐτὸν ἐροῦμεν, ὃ καὶ ἔμπροσθεν εἴπομεν. ποῖον δὴ τοῦτο; ὅτι Ἰωάννης φησὶν, ἐγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτὸν, ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τῷ Ἰσραὴλ, διὰ τοῦτο ἦλθον βαπτίζων. εἰ δὲ κατὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν ἐθαυματούργει, οὐκ ἂν ἐδεήθησαν Ἰσραηλῖται ἑτέρου τοῦ φανερώσαντος αὐτόν. ὁ γὰρ εἰς ἄνδρας ἐλθὼν, καὶ οὕτως ἀπὸ τῶν θαυμάτων οὐ τοῖς ἐν Ἰουδαίᾳ γνωρισθεὶς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν Συρίᾳ καὶ περαιτέρω, καὶ ταῦτα ἐν τρισὶν ἔτεσι μόνον ταῦτα πεποιηκὼς, μᾶλλον δὲ οὐδὲ τῶν τριῶν τούτων δεηθεὶς εἰς τὸ δεῖξαι ἑαυτὸν· εὐθέως γὰρ καὶ ἐκ τῆς πρώτης πανταχοῦ ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ ἀπῆλθεν· ὁ τοίνυν ἐν βραχεῖ καιρῷ οὕτω διὰ τὸ πλῆθος τῶν θαυμάτων ἐκλάμψας, ὡς αὐτοῦ τὸ ὄνομα κατάδηλον γενέσθαι πᾶσι, πολλῷ μᾶλλον, εἰ παῖς ὢν ἐκ πρώτης ἡλικίας ἐθαυματούργει, ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον οὐκ ἔμελλε λήσεσθαι· τά τε γὰρ γινόμενα, παραδοξότερα ἂν ἔδοξεν εἶναι, ἅτε παρὰ μειρακίου γινόμενα, ὅ τε χρόνος διπλασίων καὶ τριπλασίων καὶ πολλῷ πλείων ἦν. ἀλλὰ γὰρ οὐδὲν ἐποίησε παῖς ὢν· ἀλλ' ἓν τοῦτο μόνον ἐμαρτύρησεν ὁ Λουκᾶς, ὅτι ἐκαθέζετο δωδεκαετὴς ὢν τῶν διδασκάλων ἀκροώμενος, καὶ διὰ τῆς ἐρωτήσεως ἐδόκει θαυμαστὸς εἶναι. καὶ ἄλλως δὲ, εἰκότως καὶ κατὰ λόγον οὐκ ἤρξατο τῶν σημείων ἐκ πρώτης ἡλικίας εὐθέως· ἐνόμισαν γὰρ ἂν φαντασίαν εἶναι τὸ πρᾶγμα. εἰ γὰρ ἐν ἡλικίᾳ γενομένου πολλοὶ τοῦτο ὑπώπτευσαν, πολλῷ μᾶλλον, ἐὰν μειράκιον ὢν κομιδῇ ἐθαυματούργει, καὶ θᾶττον δὲ, καὶ πρὸ τοῦ προσήκοντος καιροῦ ἐπὶ τὸν σταυρὸν ὥρμησαν ἂν, τῇ βασκανίᾳ τηκόμενοι, καὶ αὐτὰ τὰ τῆς οἰκονομίας ἂν ἠπιστήθη πράγματα. Hoc est, *Francisco Aretino* interprete: *Et deficiente vino, dicit Mater Jesu ad eum: Vinum non habent.] Dignum hoc in loco quæsitu est, unde in mentem Matri venerit, magnum aliquid de filio conjectari; nullum enim adhuc signum fecerat. Hoc enim fecit, inquit Evangelista, initium signorum Jesus in Canâ Galilææ. Quod si quis diceret, non idoneum hoc argumentum, quod primum signum fuerit, quoniam additum sit in Canâ Galilææ; ac si diceret, non omnium primum, sed eorum, quæ illic fecerat: ad hoc respondebimus, quod superiùs inquit S. Joannes: Ego nesciebam eum, sed ut manifestetur Israeli, propterea veni ego in aquâ baptizans. Nam si anteà miracula fecisset, non indiguisset Israel, qui ipsum manifestaret. Vir enim factus, miraculorum multitudine, non Judæis modò, sed & Syris, & longinquiora incolentibus, cognitus est tribus annis duntaxat; imò ne tribus quidem,*

quidem, ſed quamprimùm nomen ejus in omnes diffuſum eſt. Qui igitur tàm brevi miraculis claruit, longè magis à primâ infantiâ claruiſſet, ſi ea feciſſet. Fuiſſet enim majori admirationi, utpote puer, quàm vir, neque tàm diu in obſcuro latuiſſet; ſed nihil tale à pueris operatus eſt. Vnum autem duntaxat S. Lucas teſtatur, quòd annorum duodecim ſederit in Templo medius Doctorum & audiens & interrogans, fuerit omnibus ſummæ admirationi. Nec immeritò à teneris annis Jeſus à miraculis abſtinuit; arbitrati enim eſſent, ſe præſtigia videre. Nam ſi annorum acceſſu, & ætate maturo, multi id ſuſpicati ſunt, quid de puero credidiſſent? Præterea maturiùs eum propter invidiam crucifixiſſent, & generatio ejus non fuiſſet credita. Hucuſque *S. Joannes Chryſoſtomus.* Vide etiam Eminentiſſimum Cardinalem *Baronium* Annalium Eccleſiaſticorum Tomo primo, A. C. 12 § 6, & locum illum conſule, quem is ibi citat ex *S. Irenæi* capite decimo ſeptimo Libri primi adverſus *Valentini* & ſimilium Gnoſticorum Hæreſes.

CXLV.

Centeſimus quadrageſimus quintus (1) Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, mutilus & lacerus, conſtátq; nunc folijs *centum nonaginta uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continentur eo hæc:

(1) *Fuit is olim inter Codices MSτos Philoſophicos & Philologicos Græcos* centeſimus quadrageſimus quartus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 137 pag. 2, *Achmetis, filij Sereim Oneirocriticon*, ſive, *Opus de Interpretatione Somniorum*, de quo in recenſione proximè præcedentium Codicum CXLIIItij & CXLIVti jam fuſiùs actum eſt. Eſt autem illud in hoc Codice principio & fine mutilum, &, quantum ad ordinem Capitum, à *Rigaltianâ* editione valdè diſcrepat. Prima verba ſunt ibi hæc: - - σιλεὺς, μήνυμα μέγα χαροποιὸν δέξεται ἀπροσδοκήτως &c. Vide jam memoratæ editionis *Rigaltianæ* Caput 142, pag. 110 verſ. 5.

Secundò, & quidem à fol. 138 pag. 1 uſque ad fol. 181 pag. 1, anonymi cujuſdam Autoris *Syntagma Aſtrologicum*, principio mutilum; in quo pag. 71 *Pancharius Aſtrologus* citatur his verbis: Πάλιν ὁ Παγχάριος ἐξηγούμενος τὸν τόπον τοῦτον, ὥσπερ εἴπομεν, φησὶν ἐπὶ τῆς λοξώσεως τοῦ ζωδιακοῦ πρὸς τὸν ἰσημερινὸν, ὅτι &c.

Tertiò, & quidem à fol. 182 pag. 1 uſque ad fol. 191 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Liber de differentiâ & virtutibus Lapidum*, fine mutilus; cujus titulus & principium: Περὶ διαφορᾶς λίθων ἐν συντόμῳ. Λημνία σφραγὶς ἐπὶ τῶν κακῶν καὶ σηπεδόνων &c.

CXLVI.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* nonagesimus septimus.

Centesimus quadragesimus sextus (1) Codex manuscriptus *Philosophicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque nunc folijs *septuaginta octo*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continetur eo *Achmetis*, *filij Sereim*, *Oneirocriticon*, sive, *Opus de Interpretatione Somniorum*, sed principio & pluribus alijs locis mutilum, & sub falso nomine Ἀπομάσαρ@ sive *Apomasaris*; estque hoc illud ipsum *Joannis Sambuci* exemplar manuscriptum, ex quo *Joannes Leunclavius* hoc *Oneirocriticon* primus *latinè* in lucem edidit, ut suprà pag. 264 in recensione Codicis CXLIIItij jam fusiùs indicatum est. Illud tantùm nunc addo, *Apomasari* hoc *Oneirocriticon* ibi propterea attribui, quia *Capiti septimo de Resurrectione mortuorum ex disciplinâ Persarum* nomen (2) *Apomasaris* expressè additum est hoc modo: Ἐκ τῶν Περσῶν περὶ ἀναστάσεως, Ἀπομάσαρ@. Hinc igitur aliquis perperàm collegit, *Apomasarem* totius *Oneirocritici* autorem esse, ideóque in capite primæ paginæ instar tituli generalis rubricatè scripsit ἈΠΟΜΆΣΑΡΟΣ, cùm re verâ hoc nomen non nisi ad solum *Caput septimum* pertineat.

(2) *Deest tamen illud ibi tàm in* Leunclavianâ *editione latinâ, quàm in* Rigaltianâ *editione græco-latinâ; ut & in suprà memoratis Codicibus manuscriptis CXLIIItio & CXLIVto.*

Hucusque igitur quàm fidelissimè recensui, quid illis contineatur *Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ centum quadraginta sex Codicibus manuscriptis Græcis*, quos respectu principij appellavi *PHILOSOPHICOS propriè dictos*. Reliqua autem ejusdem *Augustissimæ Bibliothecæ* Opera manuscripta *Philosophica Græca* quærenda sunt in alijs (3) *aliarum Classium* Codicibus manuscriptis, quibus ea nonnusquam minùs convenienter inserta sunt.

(3) *Exempli gratiâ vide Lib. III horum Commentariorum pag. 276, Lib. IV pag. 262, Lib. V pag. 379 & 380, Lib. VI Part. I pag 79, & Part. II pag. 222.*

LIBRI SEPTIMI COMMENTARIORVM
DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA
VINDOBONENSI

FINIS.



LIBRI

LIBRI SEPTIMI COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI

INDEX PRIMVS,

EXHIBENS ALPHABETICAM SERIEM ILLORVM AVTORVM, QVORVM OPERA, AD PHILOSOPHIAM PROPRIÈ DICTAM PERTINENTIA, SVPRÀ ENVMERATIS CENTVM QVADRAGINTA SEX CODICIBVS MANVSCRIPTIS PHILOSOPHICIS GRÆCIS CONTINENTVR.

A.

ABAMMON; vide JAMBLICHVS.

ACHMETIS, *filij Sereim*, qui *Mamunis, Caliphæ Babylonij*, qui A. C. 813 cœpit imperare, & A. 833 obijt, *Oneirocrites* ſive *Somniorum Interpres* fuit, *Oneirocriticon*, ſive, *Opus de Interpretatione Somniorum ſecundùm Indorum, Perſarum & Ægyptiorum doctrinam, in Capita trecenta quatuor diviſum*, quod aliàs perperàm *Apomaſari* attribuitur, exſtat in Codice CXLIIItio; item in Codice CXLIVto, num. 1, CXLVto, num. 1, & CXLVIto.

ÆSCHINIS, diſcipuli *Socratis*, Dialogi aliquot, *Platoni* vulgò attributi, exſtant in Codice Imo.

ÆSCVLAPIVS; vide ASCLEPIVS.

AFRICANVS; vide SEXTVS *Julius*.

AGAPETI, Diaconi Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, Liber ad *Imp. Juſtinianum Magnum* de Imperio benè adminiſtrando exſtat in Codice XCVIImo, num. 2.

ALCINOI, Philoſophi Platonici celeberrimi incertæ ætatis, *Epitome Philoſophiæ Platonicæ* exſtat in Codice Xmo, num. 1; ut

& in Codice LXXVIImo, num. 1, ſed *cum antiquis græcis Scholijs & Schematibus ſeu Diagrammatibus Mathematicis* cujuſdam *Joannis*, qui *Nicolai*, cognomine *Myſtici*, Patriarchæ Conſtantinopolitani, fuit *Grammaticus* ſive *Notarius*, & totum hunc poſteriorem Codicem A. C. 925 ſuâ manu exaravit.

ALEXANDRI *Aphrodiſienſis*, qui ſeculo poſt Chriſtum *tertio* ſub Impp. *L. Septimio Severo* & *Antonino Caracallâ* floruit, *Commentarius in Ariſtotelis Analyticorum priorum Librum primum* exſtat in Codice XXVto, num. 4. Ejuſdem *Commentaria in Ariſtotelis Librum de Sophiſticis Elenchis* exſtant in Codice XXVIIIvo, num. 3, & in Codice XXXIIdo, num. 1. *Ex* ejuſdem *Libro ſecundo de Animâ Excerpta quædam de Fato* exſtant in Codice XLIIdo, num. 6. *Ex* ejuſdem *Libris duobus de Animâ* exſtant Excerpta quædam in eodem Codice XLIIdo, num. 7. Ejuſdem *Difficilium Quæſtionum & Solutionum Phyſicarum Libri tres* exſtant in Codice XLVto, num. 1. Ejuſdem *Difficilium Quæſtionum & Solutionum Ethicarum Liber* exſtat in eodem Codice XLVto, num. 2. Ejuſdem *Commentaria in Ariſtotelis Libros quatuor Meteorologicorum* exſtant in Codice XLVIto. Ejuſdem *Liber de Virtutibus* exſtat in Codice LXVIto, num. 5.

Ex AMELII, *Philoſophi Alexandrini*, qui *Plotini* fuit diſcipulus, *Operibus fragmentum de S. Joannis Evangeliſtæ Theologiâ* exſtat in Codice XImo, num. 6.

AMMONII, *filij Hermiæ*, & *diſcipuli Procli* Diadochi Platonici, *Commentarius in Ariſtotelis Categorias* exſtat in Codice XXVIImo, num. 6. Ejuſdem *Ammonij Expoſitio Iſagoges Porphyrij de quinque Vocibus* exſtat in Codice XXVIIIvo, num. 2. Ejuſdem *Ammonij Expoſitio in Ariſtotelis Categorias* exſtat in Codice XXIXno, num. 1. Ejuſdem *Commentarius in Ariſtotelis Librum de Interpretatione* exſtat in eodem Codice XXIXno, num. 2. Ejuſdem *Libellus de uſu Aſtrolabij* exſtat in Codice CXLImo, num. 2.

ANCANTHERVS; vide CLAVDIVS.

ANICII *Manlij Severini Boetij*, qui A. C. 510 ſub *Theodorico* Oſtro-Gotthorum in Italiâ Rege ſolus Conſulatum geſſit, ejuſdemque juſſu A. 524, vel ſecundùm alios 526, Ticini in carcere occiſus eſt, *Libri quinque de Conſolatione Philoſophiæ*, à *Maximo Planude*, Monacho Conſtantinopolitano, ex *latinâ* in *græcam* linguam tranſlati, & ab eodem non ſolùm *Prolegomenis græcis*, verùm etiam *Annotationibus græcis marginalibus* illuſtrati, exſtant in Codice LXXXIVto. Adjuncti inſuper iſti *Verſioni græcæ* ibidem è regione ſunt *ijdem quinque Libri*

etiam

etiam *Latinè, cum Annotationibus latinis partim interlinearibus partim marginalibus.*

1. ANONYMI cujusdam Autoris *Collectio Definitionum Philosophicarum* exstat in Codice Cmo.

2. ANONYMI cujusdam Autoris *Fragmenta quædam Philosophica, ad Logicam præcipuè pertinentia*, exstant in Codice XXVIto, num. 9.

3. ANONYMI cujusdam Autoris *Dialectica* exstat in Codice LImo, num. 5.

4. ANONYMI cujusdam Autoris *Tractatus Dialecticus* exstat in Codice XCIXno, num. 1.

5. ANONYMI cujusdam Autoris *Collectio miscella variarũ Sententiarum Ethico-Politicarum* exstat in Codice CXXVIIImo, num. 2.

6. ANONYMI cujusdam *Collectio miscella variorum Apophthegmatum tùm sacrorum tùm profanorum* exstat in Codice LXXXIIdo.

7. ANONYMI cujusdam Autoris *Poema paræneticum* exstat in Codice CXXXIIItio, num. 15.

8. ANONYMI cujusdam *Collectio Physica miscella de Terræ motu, Nubibus, Grandine, Nive, Tonitru & Fulgure*, exstat in Codice CXXIXno, num. 8.

9. ANONYMI cujusdam *Observatio Physica triplex de Nubibus, Aquâ & Oceano* exstat in Codice CXXIXno, num. 2.

10. ANONYMI cujusdam Autoris *Ecloga sive Excerpta de Animâ* exstant in Codice XXVIto, num. 5.

11. ANONYMI cujusdam *Divisio Vitæ humanæ in septem Ætates* exstat in Codice CXXXIIItio, num. 26.

12. ANONYMI cujusdam Autoris *Liber de differentiâ & virtutibus Lapidum* exstat in Codice CXLVto, num. 3.

13. ANONYMI cujusdam Autoris *Sermo de Providentiâ* exstat in Codice LXVIIIvo, num. 2.

14. ANONYMI cujusdam *Miscellanea quædam Physica, Arithmetica & Geometrica* exstant in Codice LXXXmo, num. 3.

15. ANONYMI cujusdam Autoris *Diagramma synopticum de quatuor Scientijs Mathematicis, Arithmeticâ, Musicâ, Geometriâ & Astronomiâ*, exstat in Codice XLVIImo, num. 3.

16. ANONYMI cujusdam Autoris *Arithmetica, divisa in Capita ducenta quadraginta duo, cum alijs aliquot Observationibus Arithmeticis miscellaneis*, exstat in Codice CVIIIvo.

17. ANONYMI cujusdam Autoris *Excerpta Arithmetica* exstant in Codice XXVIto, num. 8.

18. ANONYMI cujuſdam *Excerpta quædam Geometrica & Arithmetica* exſtant in Codice LXXVIIIvo, num. 14.

19. ANONYMI cujuſdam Autoris *Diſſertatio de Numero Senario & Septenario* exſtat in Codice CXLIIdo, num. 4.

20. ANONYMI alicujus *Miſcellanea quædam Aſtronomica, quæ præcipuè ad Solennitatem Paſchalem pertinent, & A.C. 1273 ſcripta ſunt,* exſtant in Codice CXXXIIdo, num. 1.

21. ANONYMI cujuſdam *Capita quædam Chronologica de Paſchate* exſtant in Codice CXXIXno, num. 3.

22. ANONYMI cujuſdam *Obſervationes quædam Chronologicæ* exſtant in Codice CXXXIIItio, num. 9.

23. ANONYMI cujuſdam *Annotamentum de Nominibus duodecim Menſium apud Athenienſes, Ægyptios, Macedones, Cappadoces & Aſianos ſive Bithynos; ut & duodecim Verſus Heroici de totidem Menſibus Ægyptiacis* exſtant in Codice CXXXIIItio, num. 5.

24. ANONYMI cujuſdam Autoris *Calendarium Græcum* exſtat in Codice XCIIdo, num. 6.

25. ANONYMI cujuſdam Autoris *Annotatio hiſtorica de Nonis, Idibus, Calendis & Indictione* exſtat in Codice LXXXImo, num. 3.

26. ANONYMI cujuſdam Autoris *Schema Sphæricum totius Mundi viſibilis* exſtat in Codice CXXIXno, num. 1.

27. ANONYMORVM quorundam Autorum *Obſervationes Aſtronomicæ miſcellaneæ* exſtant in Codice CXXIXno, num. 10.

28. ANONYMI cujuſdam *Collectio miſcella Aſtronomica & Aſtrologica* exſtat in Codice CXXIXno, num. 9.

29. ANONYMI cujuſdam Collectoris *Capita Aſtrologiæ Judiciariæ centum triginta quinque* exſtant in Codice LXXmo, num. 4.

30. ANONYMI cujuſdam *Syntagma Aſtrologicum, in Capita centum triginta ſeptem diviſum,* exſtat in Codice CXXXIVto, num. 1.

31. ANONYMI cujuſdam *Syntagma Aſtrologicum, in Capita ducenta diviſum,* exſtat in Codice CXLImo, num. 2.

32. ANONYMI cujuſdam *Syntagma Aſtrologicum* exſtat in Codice CXLVto, num. 2.

33. ANONYMI cujuſdam Autoris *Excerpta quædam Aſtrologica miſcellanea* exſtant in Codice XLVIImo, num. 12.

34. ANONYMI cujuſdam *Prædictiones Aſtrologicæ* exſtant in Codice CXXXIIItio, num. 26.

35. ANONYMORVM quorundam Autorum *Miſcellanea quædam Aſtrologica* exſtant in Codice CXXXVto, num. 1.

36.

36. ANONYMI cujuſdam Autoris *Divinationes quædam ſuperſtitioſæ de vitâ & morte ægroti* exſtant in Codice XLVIImo, num. 13.

37. ANONYMI cujuſdam Autoris *Annotationes miſcellaneæ, ad Aſtrologiam, Magiam naturalem, aliâque nonnulla curioſa Artificia pertinentes*, exſtant in Codice LImo, num. 6.

38. ANONYMI cujuſdam *Obſervationes quædam Prognoſticæ, quarum prima eſt Methodus ſciendi, uter duorum Conjugum prior moriturus ſit*, exſtant in Codice CXXXIIItio, num. 30.

39. ANONYMI cujuſdam *Miſcellanea quædam Cabaliſtica & Magica cum eò pertinentibus characteribus & figuris* exſtant in Codice CXLImo, num. 2.

40. ANONYMI cujuſdam Autoris *Prophetia* exſtat in Codice CXLIVto, num. 2.

ANTHEMII *Tralliani*, Mechanici celeberrimi, qui ſub *Imp. Juſtiniano Primo* ſive *Magno* floruit, *Liber de Admirabilibus Machinis per Specula uſtoria, cum Claudij Ancantheri verſione latinâ*, exſtat in Codice CIXno, num. 1.

ANTIGONI *Nicæni Apoteleſmatica* exſtant in Codice CXLImo, num. 2.

Ex ANTIOCHI *Theſauris Capita quadraginta quatuor de Aſtrologiâ Judiciariâ* exſtant in Codice XLVIImo, num. 5. Ejuſdem *Antiochi Prognoſticon de Calendis menſium* exſtat in eodem Codice XLVIImo, num. 14. *Ex* ejuſdem *Theſauris Apoteleſmatum Excerpta Rhetorij* exſtant in Codice CXXXVIImo, num. 1. Ejuſdem *Antiochi Apoteleſmatica* quædam exſtant etiam in Codice CXLImo, num. 2.

ANTISTHENIS *Athenienſis*, qui diſcipulus fuit *Socratis* & Autor Sectæ Cynicæ, atque ſeculo ante Chriſtum *quarto* floruit, *Dialogus, in quo ipſe cum Polycrate diſſerit de varijs ſelectis Quæſtionibus Phyſicis*, exſtat in Codice CXXXIIItio, num. 31.

APOLLINARII *Apoteleſmatica* exſtant in Codice CXLImo, num. 2.

APOLLODORI *Architecti Poliorcetica ad Imp. Hadrianum cum Figuris Machinarum obſidionalium* exſtant in Codice CXImo, num. 2, & in Codice CXIVto, num. 5.

APOMASAR; vide ſuprà eandem literam A, ubi agitur de ACHMETE, *filio Sereim*, Oneirocritâ ſive Somniorum Interprete.

APOSTOLIVS; vide MICHAEL.

ARATI *Solensis*, qui circa annum ante Æram Christianam 272 *Ptolemæo Philadelpho* Regi Ægypti & *Antigono Gonatæ* Regi Macedoniæ fuit synchronus, *Phænomena & Diosemeia, sive, Poema bipartitum de Siderum naturâ & motu, & de Tempestatum præsignificationibus, cum anonymi cujusdam antiqui Autoris Scholijs Græcis, quæ à Theonis Alexandrini Commentario diversa sunt*, exstant in Codice CXXVIImo, num. 1. Eadem *Phænomena & Diosemeia cum Theonis Alexandrini Commentario* exstant in Codice CXXVIIIvo, num. 1. Vide etiam lit. H, ubi agitur de HIPPARCHO.

ARCHIMEDIS *Syracusani Belopœetica*; vide lit. H, ubi agitur de HERONE *Alexandrino*.

ARGYRUS; vide ISAACUS.

ARISTIDIS *Quintiliani Libri tres de Musicâ ad Eusebium & Florentium, amicos suos & familiares*, exstant in Codice CXVIImo, num. 1.

ARISTOTELIS *Stagiritæ*, Præceptoris Alexandri Magni, & Principis Philosophiæ Peripateticæ, qui anno ante Æram Christianam 322 obijt, *Organum Logicum* exstat in Codice XXIVto. Ejusdem *Categoriæ cum antiquis Scholijs græcis marginalibus* exstant in Codice XXVto, num. 2. Ejusdem *Liber de Interpretatione cum Paraphrasi Michaelis Pselli* exstat in eodem Codice XXVto, num. 3, & in Codice XXVIImo, num. 5. Ejusdem *Categoriæ* & *Liber de Interpretatione* exstant in Codice XXVIto, num. 2. Ejusdem *Categoriæ cum antiquis Scholijs Græcis* exstant in Codice XXVIIImo, num. 1. Ejusdem *Liber de Interpretatione cum antiquis Scholijs Græcis*; item *Liber primus Analyticorum priorum, Libri duo Analyticorum posteriorum, Topicorum Libri sex priores*, & *Analyticorum priorum Liber secundus cum Anonymi cujusdam antiquis Scholijs Græcis*, exstant in Codice XXXmo, num. 1, 2, 3, 4, 5. Ejusdem *Libri duo Analyticorum posteriorum cum Anonymi cujusdam Annotationibus græcis marginalibus & interlinearibus* exstant in Codice XXXImo, num. 1. Ejusdem *Naturalis Auscultationis sive Physicorum Libri octo* exstant in Codice XXXIVto, num. 1. Ejusdem *Libri quatuor de Cœlo, Libri duo de Generatione & Corruptione, Libri quatuor Meteorologicorum*, & *Libri quatuordecim Metaphysicorum*, exstant in eodem Codice XXXIVto, num. 2, 3, 4, 6. Ejusdem *Physicorum Libri octo, de Generatione & Corruptione Libri duo, de Cœlo Libri tres priores*, & *de Animâ Libri tres*, exstant in Codice XXXVto, num. 1, 2, 3, 4. Ejusdem *Physicorum Libri octo* exstant in Codice XXXVIto; & in Codice XXXVIImo,

num. 1,

num. 1, ſed *cum præfixâ anonymi cujuſdam antiqui Autoris Græci Tabulâ Diviſionum Phyſicarum*, & *Præfatione de varijs Philoſophorum veterum Græcorum Opinionibus Phyſicis*; quibus inſuper accedunt *anonymi cujuſdam Scholia græca marginalia*, & *Guarini Veronenſis Annotationes marginales partim græcæ, partim latinæ.* Ejuſdem *Ariſtotelis de Animâ Libri tres, de Cœlo Libri quatuor, de Generatione & Corruptione Libri duo, Meteorologicorum Libri quatuor, de Memoriâ & Reminiſcentiâ Liber*, & *de Longitudine ac Brevitate Vitæ Liber, cum Guarini Veronenſis Annotationibus marginalibus*, exſtant in eodem Codice XXXVIImo, num. 2, 3, 4, 5, 6, 7. Ejuſdem *Phyſicorum Libri octo cum anonymi cujuſdam antiqui Autoris Scholijs græcis marginalibus*; item *Libri quatuor de Cœlo, Libri duo de Generatione & Corruptione, Liber de Senſu & ſenſibilibus, Liber de Memoriâ & Reminiſcentiâ, Liber de Inſomnijs, Liber de Divinatione per ſomnum, Liber de Animalium motione, Liber de longitudine & brevitate Vitæ, Liber de Juventute & Senectute, Vitâ & Morte, & de Reſpiratione, Liber de Coloribus, Libri quatuor Meteorologicorum cum Anonymi cujuſdam Scholijs græcis marginalibus, Libri quatuor de Partibus Animalium*, & *Libri quatuordecim Phyſicorum* exſtant in Codice XXXVIIIvo, num. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14. Ejuſdem *Phyſicorum Libri octo, de Cœlo Libri quatuor*, & *de Generatione atque Corruptione Libri quatuor* exſtant in Codice XXXIXno. Ejuſdem *Phyſicorum Liber ſeptimus & octavus, de Senſu & ſenſibilibus Liber unus, de Partibus animalium Libri quatuor*, & *de Generatione animalium Libri quatuor priores*, exſtant in Codice XLmo. Ejuſdem *Libri Phyſicorum, Libri de Partibus animalium*, & *Libri de Generatione animalium* exſtant in Codice XLImo. Ejuſdem *Liber de Mundo ad Alexandrum Magnum* exſtat in Codice XLVIImo, num. 1. Ejuſdem *de Animâ Libri tres, de Senſu & ſenſibilibus Liber unus, de Memoriâ & Reminiſcentiâ Liber unus, de Somnio & Vigiliâ Liber unus, de Inſomnijs Liber unus, de Divinatione per ſomnum Liber unus, de Animalium motione Liber unus, de Juventute & Senectute, Vitâ & Morte, & de Reſpiratione Liber unus*, & *de Coloribus Liber unus*, exſtant in Codice XLVIIIvo. Ejuſdem *de Animâ Libri tres, de Senſu & ſenſibilibus Liber unus, de Memoriâ & Reminiſcentiâ Liber unus, de Somno & Vigiliâ Liber unus, de Inſomnijs Liber unus, de Divinatione per ſomnum Liber unus, de Animalium motione Liber unus, de longitudine & brevitate Vitæ Liber unus, de Juventute & Senectute, Vitâ & Morte & de Reſpiratione Liber unus*, & *de Partibus animalium Libri*

quatuor, exstant in Codice XLIXno. Ejusdem *de Animâ Libri tres*, & *Liber de Insecabilibus lineis*, exstant in Codice Lmo, num. 1 & 2. Ejusdem *Liber primus de Animâ* exstat in Codice LImo, num. 1. Ejusdem *Libri quatuor de Partibus animalium cum Michaelis Ephesij Scholijs* exstant in Codice LIVto, num. 1. Ejusdem *Liber de Animalium incessu cum Michaelis Ephesij Scholijs* exstat in eodem Codice LIVto, num. 2. Ejusdem *Libri quinque de Generatione animalium cum Annotationibus Mathusala Monachi Montis Sinai* exstant in eodem Codice LIVto, num. 3. Ejusdem *Liber de Physiognomoniâ, Libellus de Ventis, Liber de Mirabilibus auscultationibus, Liber de Mundo, Liber de Spiritu, Liber Mechanicorum, Liber de Xenophane, Zenone & Gorgiâ*, & *Liber de Insecabilibus lineis*, exstant in Codice LVIto, num. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8. Ejusdem *Metaphysicorum Libri quatuordecim* exstant in Codice LVIImo & LVIIIvo. Ejusdem *Ethicorum ad Nicomachum Libri decem* exstant in Codice LIXno. Ejusdem *Ethicorum ad Nicomachum Libri quinque priores* exstant in Codice LXmo. Ejusdem *Ethicorum ad Nicomachum Libri decem* exstant in Codice LXImo. Ejusdem *Ethicorum ad Nicomachum Libri decem cum Anonymi cujusdam antiquis Scholijs græcis marginalibus*, ut & *Liber de Virtutibus & Vitijs*, exstant in Codice LXIIdo, num. 1 & 2. Ejusdem *Ethicorum ad Nicomachum Libri decem cum Anonymi cujusdam antiquis Scholijs græcis marginalibus*, ut & *Magnorum Moralium Libri duo*, exstant in Codice LXIIItio, num. 1 & 2. Ejusdem *Ethicorum ad Nicomachum Libri decem*, ut & *Metaphysica*, & *Liber octavus Physicorum*, exstant in Codice LXIVto, num. 1 & 2. Item *Liber de Interpretatione*, ibidem num. 6. *Anonymi cujusdam antiqui Autoris Paraphrasis in Aristotelis Ethicorum ad Nicomachum Libros decem* exstat in Codice LXVto. Ejusdem *Aristotelis Liber de Virtutibus & Vitijs*, & *Definitiones Ethicæ ac Politicæ* exstant in Codice LXVIto, num. 1, 2, 3. *Ex ejusdem Logicis & Physicis Excerpta quædam* exstant in Codice LXVIIIvo, num. 11. Ejusdem *Liber de Insecabilibus lineis* exstat in Codice CXVIImo, num. 3. Vide etiam lit. A, ubi agitur de ALEXANDRO *Aphrodisiensi* & de AMMONIO; lit. G, ubi agitur de GEORGIO *Pachymere*; lit I, ubi agitur de IOANNE *Italo*, IOANNE *Philopono* & S. IUSTINO *Martyre*; lit. L, ubi agitur de LEONE *Magenteno*; lit. N, ubi agitur de NEOPHYTO; lit. P, ubi agitur de PHOTIO & PORPHYRIO; lit. S, ubi agitur de SIMPLICIO & SOPHONIA *Monacho*; & lit. T, ubi agitur de THEMISTIO.

ARSENII *Monachi Versio græca Geomantiæ Zanatæ Philosophi Persæ, A.C. 1266 composita*, exstat in Codice CXLmo, num. 1, & in Codice CXLImo, num. 1.

ARSENII, *Monembasiæ in Peloponneso Archiepiscopi, Syntagma Logicum, Nicolao Rodulpho Florentino*, qui ab Avunculo suo Papâ *Leone Xmo* A. C. 1517, Calendis Julij, S. R. E. Cardinalis creatus est, & A. 1550 Calendis Februarij obijt, peculiari *Præfatione* dedicatum, exstat in Codice XCVto, num. 4. *De* ejusdem *Arsenij Vitâ & obitu* exstat *anonymi cujusdam Autoris Annotatio historica* in Codice CXXVIIIvo, num. 12.

ASCLEPII sive *Æsculapij, Hermetis Trismegisti discipuli, ad Ammonem Regem Sermones Philosophici tres supposititij* exstant in Codice XImo, num. 4.

ATHENÆI, Mechanici celeberrimi, qui *Archimedi Syracusano* fuit synchronus, *Liber de Machinis bellicis ad Marcum Marcellum*, Syracusarum anno ante Æram Christianam 212 expugnatorem, *cum Figuris*, exstat in Codice CXIIItio, num. 3, & in Codice CXIVto, num. 1.

AVTOLYCI, qui *Aristoteli Stagiritæ* seculo ante Christum *quarto* fuit synchronus, *Liber de Sphærâ*, quæ movetur, exstat in Codice CXXImo, num. 3.

B.

BESSARIONIS, *Archiepiscopi Nicæni, & S. R. E. Cardinalis*, patriâ *Trapezuntij*, qui A. C. 1472 obijt, *Epistola ad Georgium Gemistum Plethonem, continens Philosophiæ Platonicæ Quæstiones quatuor*, exstat in Codice XCmo, num. 2. Ejusdem *Epistola ad Theodorum Gazam de Georgij Trapezuntij Libro pro Aristotele contra Platonem* exstat in eodem Codice XCmo, num. 5.

BITONIS *Liber de Constructione Instrumentorum bellicorum & catapultariorum ad Attalum, primum ejus nominis Pergami Regem*, qui anno ante Æram Christianam 197 obijt, *cum Figuris*, exstat in Codice CXIIItio, num. 4, & in Codice CXIVto, num. 2.

BOETIVS; vide ANICIVS.

BRYENNIVS; vide MANVEL.

C.

CALOIDES; vide JOANNES.

CAMATERVS; vide JOANNES.

CHIONIADES; vide lit. G, ubi agitur de GEORGIO *Chrysococcâ.*

CHRYSOCOCCAS; vide GEORGIVS.

CLAVDIVS *Ancantherus;* vide lit. A, ubi agitur de ANTHEMIO *Tralliano.*

CLAVDII *Ptolemæi Pelusiotæ*, Philosophi Alexandrini, qui seculo post Christum *secundo* sub Imperatoribus *Hadriano*, *Antonino Pio* & *M. Antonino Philosopho* floruit, *Musica cum Expositione Manuelis Bryennij* exstat in Codice XXXVIIIvo, num. 15. Ejusdem *Opus quadripartitum de Astrorum Judicijs, cum multis Diagrammatibus Astrologicis hactenùs ineditis, & cum anonymi cujusdam antiqui Autoris Græci Præfatione historicâ de Claudij Ptolemæi ætate, & de Astrologiæ Judiciariæ antiquissimis apud Græcos Scriptoribus*, exstat in Codice XLVIImo, num. 4. *Excerpta quædam ex eodem Opere quadripartito* exstant ibidem num. 10. *Anonymi cujusdam antiqui Autoris Præparatio in Claudij Ptolemæi Magnam Constructionem* exstat in Codice LImo, num. 2. Ejusdem *Ptolemæi Harmonicorum, sive de Musicâ, Libri tres* exstant in eodem Codice LImo, num. 4. Ejusdem *Centiloquium sive Liber centum Aphorismorum* exstat in Codice LXXmo, num. 4. Ejusdem *Explanatio, Ordinatio, & Methodus usualis Canonum Astronomicorum expeditorum* exstat in Codice CXXVto, num. 10. *Ex* ejusdem *Ptolemæi Magnæ Constructionis Libro septimo & octavo Expositio canonica Asterismorum Hemisphærij Septentrionalis & Meridionalis, quæ aliàs perperàm Hipparcho Bithyno attribuitur*, exstat in Codice CXXVto, num. 12. Ejusdem *Ptolemæi Libellus de Hypothesibus errantium* exstat in Codice CXXVIto, num. 1. Ejusdem *Apotelesmatica* exstant in Codice CXLImo, num. 2. Vide etiam lit. T, ubi agitur de THEONE *Alexandrino.*

CLEOMEDIS, qui sub *Imp. Theodosio Juniore* circa annum Christi 427 claruisse creditur, *Sphæra, sive, Circularis Meteororum Inspectio, in duos Libros divisa*, exstat in Codice CXXIVto.

Imp. CONSTANTINI *Porphyrogeniti*, qui A.C. 912 cœpit imperare, & A. 959 obijt, *Geoponica*, sive, *Commentarij de Agriculturâ*, exstant in Codice CImo, num. 1. Ejusdem *Liber Tacticus, terrâ marique pugnantium ordinationem continens*, exstat in Codice CXImo, num. 5. *Ex* ejusdem *Geoponicorum Libro primo & secundo Excerpta quædam Astrologica seu Apotelesmatica* exstant in Codice CXXXVIto, num. 1.

CRITODEMI Apotelesmatica exstant in Codice CXLImo, nũ. 2.

CVCVZELES; vide JOANNES.

DA-

D.

DAMASCII Philoſophi, qui *Marini*, ſucceſſoris *Procli* in Scholâ Athenienſi, fuit diſcipulus, & ſub *Imp. Juſtiniano I* ſive *Magno* floruit, *Supplementum Libri ſeptimi ſive ultimi Commentariorum Procli in Parmenidem Platonis* exſtat in Codice XVIIIvo, num. 1. Ejuſdem *Supplementum Scholiorum Olympiodori in Platonis Alcibiadem primum* exſtat in Codice XXmo, num. 1.

DAVID *Philoſophus*; vide NICETAS.

DOROTHEI *Sidonij Apoteleſmatica* exſtant in Codice CXLImo, num. 2.

E.

EPICTETI, Philoſophi Stoici celeberrimi, qui, ut *Ælius Spartianus* teſtatur, unus fuit ex *Imp. Hadriani* familiariſſimis, *Enchiridion ſive Manuale Philoſophiæ Stoicæ, ex præcipuis ejus ſermonibus ab Arriano Nicomedienſi excerptum & concinnatum*, exſtat in Codice LXXmo, num. 2, & in Codice LXXImo. Vide etiam lit. S, ubi agitur de SIMPLICIO.

EVCLIDIS *Geometræ, Philoſophi Platonici*, qui minimùm ſeptuaginta ſex annis poſt mortem *Socratis* Alexandriæ in Ægypto ſub *Ptolemæo Lagi filio* floruit, *Elementorum Libri ſex priores ſecundùm editionem Theonis Alexandrini, cum anonymi cujuſdam antiqui Autoris Prolegomenis, ex Procli Diadochi Platonici Commentarijs compendiosè deſumptis*, exſtant in Codice XXVto, num. 7. Ejuſdem *Euclidis Elementorum Geometricorum Libri quindecim, cum elegantiſſimis Diagrammatibus, & anonymi cujuſdam antiqui Autoris Scholijs græcis marginalibus*, exſtant in Codice CIIItio, num. 1. Ejuſdem *Optica, in Theoremata ſeptuaginta unum diviſa, & neceſſarijs Diagrammatibus, atque anonymi cujuſdam antiqui Autoris Scholijs græcis marginalibus illuſtrata*, exſtant in eodem Codice CIIItio, num. 2. Ejuſdem *Phænomena cum Diagrammatibus eò pertinentibus, & anonymi cujuſdam antiqui Autoris Scholijs græcis marginalibus*, exſtant ibidem num. 3. Ejuſdem *Lemmata varia* exſtant ibidem num. 4. Ejuſdem *Elementorum Geometricorum Libri decem priores* exſtant in Codice CVIto, num. 2. Vide etiam lit. H, ubi agitur de HYPSICLE *Alexandrino*, & lit. P, ubi agitur de PROCLO.

EVDOXVS; vide lit. H, ubi agitur de HIPPARCHO.

EVNOMIVS; vide lit. M, ubi agitur de MATHVSALA *Monacho*.

F.

FICINVS; vide MARSILIVS.

G.

GAVDENTII *Philosophi Introductio Harmonica* exstat in Codice CXXImo, num. 2.

GEMINI *Rhodij*; qui seculo ante Christum *primo L. Cornelij Syllæ, Cn. Pompeij Magni* & *M. Tullij Ciceronis* temporibus claruit, *Introductio in Phænomena, sive, Elementa Astronomiæ* exstant in Codice IIItio, num. 3.

GEORGII *Chrysococcæ, Medici*, qui circa annum Christi 1336 floruit, *ad fratrem suum Joannem Charsanitem Expositio in Syntaxin Astronomicam Persarum, à quodam Chioniade ex Persiâ Trapezuntem perlatam, & ab eodem in linguam Græcam translatam, cum subjunctis Tabulis Astronomicis, Geographicis & Chronologicis*, exstat in Codice CXXIXno, num. 11, & in Codice CXXXmo. Ejusdem *Chrysococcæ Editio atque Expositio Syntagmatis Canonum Astronomicorum Judaicorum, quod Hexapterygum sive Sexalare inscribitur*, exstat in Codice CXXIXno, num. 12; ut & in Codice CXXXImo & CXXXVIIIvo. Ejusdem *Tabulæ Astronomicæ, Geographicæ & Chronologicæ* exstant in Codice CXLImo, num. 2.

GEORGIVS *Galesiota*, Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diaconus; vide lit. N, ubi agitur de NICEPHORO *Blemmyde*.

GEORGII *Gemisti Plethonis*, qui seculo post Christum *decimo quinto* cum Cardinale *Bessarione* floruit, *Fragmentum de Fato* exstat in Codice XLIIdo, num. 16. Ejusdem *Liber de Virtutibus* exstat in Codice LXVIto, num. 4, & in Codice LXXVIIIvo, num. 5. Ejusdem *Responsio ad Georgij Scholarij, qui post Patriarchatûs Constantinopolitani adeptionem Gennadius appellatus est, pro Aristotele contra Platonem objectiones*, exstat in Codice XCmo, num. 1. Ejusdem *Epistolæ duæ responsoriæ ad Cardinalis Bessarionis Epistolam, continentem Philosophiæ Platonicæ Quæstiones quatuor*, exstant in eodem Codice XCmo, num. 3. Ejusdem *Collectio summaria Zoroastreorum & Platonicorum Dogmatum* exstat in eodem Codice XCmo, num. 6. Ejusdem *Librorum trium de Legibus & Optimâ Republicâ, à Georgio Scholario, qui post adeptionem Patriarchatûs Constantinopolitani Gennadius appellatus est, publicè combustorum, Capita decem residua* exstant in Codice XCImo, num. 1. Ejusdem *Collectio summaria Zoroastreorum & Platonicorum*

tonicorum Dogmatum exstat in eodem Codice XCImo, num. 2. *Anonymi cujusdam Autoris Consolatio ad Georgium Gemistum Plethonem de suprà memoratorum trium Librorum de Legibus combustione per Georgium Scholarium, sive, Gennadium Patriarcham Constantinopolitanum*, exstat ibidem num. 3. Ejusdem *Liber de Virtutibus* exstat in Codice XCIIdo, num. 1. Ejusdem *Methodus Astronomica, cum subjunctis Canonibus eò pertinentibus, & Introductione in Genethliologiam sive Artem Astrologicam erigendi Themata genethliaca*, exstat in Codice CXmo, num. 6. Ejusdem *Canon Chronologicus à Nabonassaro usque ad suam ætatem* exstat in eodem Codice CXmo, num. 7.

GEORGIUS *Oenæota*; vide lit. N, ubi agitur de NICEPHORO *Blemmyde*.

GEORGII *Pachymeris, Protecdici Magnæ Ecclesiæ & Dicæophylacis Aulæ Constantinopolitanæ*, qui circa annum Christi 1340 obijt, *Expositio totius Organi Aristotelis* exstat in Codice XXXIIItio. Ejusdem *Prolegomena in Aristotelis Libros octo Physicorum* exstant in Codice XLIIdo, num. 1. Ejusdem *Fragmenta varia de Cœlo, Sole, Eclipsi Solari, Diebus & Noctibus, & de quatuor anni temporibus* exstant in eodem Codice XLIIdo, num. 18. Ejusdem *Expositio in Aristotelis Physicorum Libros octo* exstat in Codice XLIIItio, num. 1. Ejusdem *Prolegomena in Libros octo Physicorum* exstant in Codice XLIVto, num. 2. Ejusdem *Epitome universæ Aristotelis Philosophiæ, divisa in Libros duodecim, Titulos quadraginta septem, & Capita ducenta triginta octo*, exstat in Codice LXVIImo. Ejusdem *Fragmenta nonnulla de Cœlo* exstant in Codice LXVIIIvo, num. 1. Ejusdem *Procemium in Aristotelis Libros octo Naturalis Auscultationis sive Physicorum* exstat in Codice XCVto, num. 2. Ejusdem *Libellus de sex Philosophiæ Definitionibus, Libellus de Divisione Philosophiæ, Libellus de quinque Vocibus*, & *Libellus de decem Prædicamentis*, exstant in eodem Codice XCVto, num. 4.

GREGORAS; vide NICEPHORUS.

GREGORII *Monachi aneponymi Compendiosum Philosophiæ Syntagma*, quod aliàs perperàm *Nicephoro Blemmydæ* attribuitur, exstat in Codice XXVIto, num. 3, in Codice LXXXmo, num. 2, & in Codice XCVto, num. 5.

GUARINUS *Veronensis*; vide lit. A, ubi agitur de ARISTOTELE.

Ex

H.

Ex HELIODORI *Astrologicâ Doctrinâ Capita octo & alia quædam Excerpta* exstant in Codice XLVIImo, num. 6 & 11. Ejusdem *Commentarius in Pauli Alexandrini Doctrinam Astrologicam sive Apotelesmaticam, in Capita quinquaginta tria divisus*, exstat in Codice CXXXIVto, num. 2, & in Codice CXXXVto, num. 2.

HEPHÆSTIONIS *Thebani Fragmenta quædam Astrologica* exstant in Codice CXXXIVto, num. 1. Ejusdem *Apotelesmatica* exstant in Codice CXLImo, num. 2.

HERMETIS *Trismegisti*, sive, *Mercurij Termaximi*, qui seculo ante Christum XVIto floruit, *Sermones Philosophici quindecim supposititij* exstant in Codice XImo, num. 3. Ejusdem *Fragmenta quædam Astrologica* supposititia exstant in Codice CXXXIVto, num. 1. Vide etiam lit. M, ubi agitur de MATHVSALA *Monacho*.

HERMIÆ Philosophi, qui *Procli* sub *Syriano* fuit condiscipulus & *Ammonij* pater, *Scholiorum in Platonis Phædrum, sive, Dialogum de Pulchro Libri tres* exstant in Codice XVIIIvo, num. 2. *Ex ejusdem Hermiæ Libro primo & tertio Scholiorum in Platonis Phædrum Selecta* exstant in Codice XXIIdo.

HERMIÆ *Sozomeni, Philosophi Christiani & Historici Ecclesiastici*, qui seculo post Christum *quinto* sub *Imp. Theodosio Juniore* floruit, *Irrisio Philosophorum gentilium* exstat in Codice XXmo, num. 4.

HERONIS *Alexandrini Primi* sive *Senioris*, qui seculo ante Christum *secundo* sub *Ptolemæo Evergete IIdo* floruit, *Spiritalium Machinarum Libri duo cum elegantissimis Figuris* exstant in Codice CXmo, num. 1. Ejusdem *Dioptrica* exstant ibidem num. 2. Ejusdem *Constructio & symmetria Manuballistræ* exstat ibidem num. 3. Ejusdem *Fragmenta duo de Campestribus & Camario* exstant ibidem num. 4. Ejusdem *Belopœetica sive Telifactiva*, quæ à nonnullis etiam ARCHIMEDI *Syracusano* olim fuerunt attributa, exstant ibidem nū. 5; item in Codice CXImo, num. 1, CXIImo, num. 1, & CXIIItio, num. 1, *cum Appendice de Manuballistræ Constructione, & Fragmentis duobus de Campestribus & Camario*. Ejusdem *Pneumatica* exstant in eodem Codice CXIIItio, num. 2. Ejusdem *Constructio & Symmetria Manuballistræ, cum duplici Appendice de Campestribus & Camario*, exstat in Codice CXIVto, num. 3. Ejusdem *Belopœetica* exstant ibidem num. 4.

HERONIS *Tertij*, qui seculo post Christum *septimo* sub *Imp. Heraclio* floruit, *Introductio in Geodæsiam* exstat in Codice XLVIImo,

num. 13, & in Codice CVto, num. 2. Ejuſdem, ut videtur, *Excerpta Inſtructionum militarium* exſtant in Codice CXImo, num. 6, & in Codice CXIVto, num. 9. Ejuſdem, ut videtur, *Excerpta de tolerandâ & repellendâ obſidione* exſtant ibidem num. 7, & in Codice CXIVto, num. 8. Notandum verò eſt, *Heronem* hunc à me appellari *Tertium*, reſpectu *duorum* antiquiorum ejuſdem nominis inſignium Mathematicorum, quorum *Primus* ſive *Senior* floruit ſeculo ante Chriſtum *ſecundo* ſub *Ptolemæo Evergete IIdo*, *Secundus* autem ſive *Junior* ſeculo poſt Chriſtum *quinto* ſub *Imp. Leone Thrace*, ut ſuprà Libri *ſeptimi* horum Commentariorum pag. 47, 188 & 189 fuſiùs demonſtratum eſt.

HERODIANI *Grammatici*, qui ſeculo poſt Chriſtum *ſecundo* ſub *Imp. Commodo* claruit, *Obſervatio de vetuſtiſſimis Numerorum Notis apud Græcos uſitatis* exſtat in Codice CXXXIIItio, num. 4.

HIEROCLIS, Philoſophi Stoici Alexandrini celeberrimi, qui ſeculo poſt Chriſtum *quinto* ſub *Imp. Leone Thrace* potiſſimùm floruit, *Commentarius in Carmina aurea Pythagorica* exſtat in Codice LXXVIImo, num. 5, in Codice LXXVIIIvo, num. 1, & in Codice LXXIXno. *Ex ejuſdem Hieroclis Libris ſeptem de Providentiâ & Fato Excerpta Photij Patriarchæ Conſtantinopolitani* exſtant in Codice LXXXmo, num. 1.

HIPPARCHI *Bithyni*, patriâ *Nicæni*, qui ſeculo ante Chriſtum *ſecundo*, ab anno ante Æram Chriſtianam 162 uſque ad annum 128 floruit, *Expoſitionum in Arati & Eudoxi Phænomena Libri tres* exſtant in Codice CXXVto, num. 11. Vide etiam lit. C, ubi agitur de CLAVDIO *Ptolemæo*.

HYPSICLIS *Alexandrini*, qui ſeculo ante Chriſtum ſecundo floruit, *Libri duo de Stereometriâ, qui vulgò Euclidi attribuuntur, & inter ejus Elementorum Libros ſunt decimus quartus & decimus quintus*, exſtant in Codice CIIItio, num. 1.

I.

JAMBLICHI *Chalcidenſis ex Cœle-Syriâ*, Philoſophi Platonici celeberrimi, qui *Imp. Conſtantini Magni, filiorúmque ejus, atque etiam Imp. Juliani Apoſtatæ* temporibus floruit, *Reſponſio ſub perſonato Abammonis nomine ad Magiſtri ſui Porphyrij Epiſtolam ad Anebonem Philoſophum Ægyptium de Myſterijs Ægyptiorum* exſtat in Codice LXXVIto. Ejuſdem *Libri quatuor de Sectâ Pythagoricâ, quorum primo agitur de Pythagoricâ Vitâ; ſecundo de Philoſophiâ in genere;*

tertio de communi Mathematicâ ſcientiâ; quarto de Nicomachi Arithmeticâ Introductione, quæ & Arithmeticam, & Geometriam, & Muſicam Pythagoricam complectitur; exſtant in Codice CXVIImo, num. 2.

JOANNIS *Caloidæ Canon Paſchalis ab A.C. 1430 uſque ad A. 1492, ab ipſo compoſitus A. C. 1429,* exſtat in Codice CXXXIIItio, num. 1. Ejuſdem *Inſcriptio græca A. C. 1431* exſtat ibidem num. 24.

JOANNIS *Camateri*, qui ſeculo poſt Chriſtum *duodecimo* ſub *Imp. Manuele Comneno* floruit, *Libellus de uſu Aſtrolabij*, & ejuſdem *Apotelesſmatica*, exſtant in Codice CXLImo, num. 2.

JOANNIS *Cucuzelæ Ars pſaltica cum varijs Canticorum exemplis & adjunctis antiquis Notis Muſicis* exſtat in Codice CXXIIdo & CXXIIItio.

S. JOANNIS *Damaſceni*, qui circa annum Chriſti 750 obijt, *Logica cum Præfatione ad Coſmam Epiſcopum Majumæ* exſtat in Codice XCVto, num. 6.

JOANNIS, origine & cognomine *Itali*, qui ſeculo poſt Chriſtum *undecimo* ſub *Imp. Michaele Ducâ* ejúſque fratribus *Andronico* & *Conſtantino*, beneficio Dialecticæ & Sophiſticarum cavillationum adeò inclaruit, ut poſt *Michaelis Pſelli*, cujus diſcipulus & æmulus fuerat, adtonſionem monaſticam & ex Vrbe Conſtantinopolitanâ diſceſſum, *Philoſophiæ univerſæ Profeſſor & Princeps omnium Philoſophorum* publicè declaratus ſit, *Reſponſa ad nonaginta tres Quæſtiones Philoſophicas miſcellaneas, ſibi, cùm à diverſis alijs, tùm præcipuè ab Imp. Michaele Ducâ, ejúſque fratre natu majore Andronico propoſitas*, exſtant in Codice LXXXVIto, num. 1. Ejuſdem *Expoſitio Libri ſecundi, tertij & quarti Topicorum Ariſtotelis* exſtat ibidem num. 2. Ejuſdem *Liber de Dialecticâ ad Andronicum Ducam, Imp. Michaelis Ducæ fratrem natu majorem* exſtat ibidem num. 3. Ejuſdem *Methodus ſynoptica Rhetoricæ* exſtat ibidem num. 4. Ejuſdem *Expoſitio Libri ſecundi, tertij & quarti Topicorum Ariſtotelis* exſtat in Codice CXXXVIImo, num. 2.

Ex JOANNIS, *Metropolitæ Naupacti, Epiſtolâ Excerptum de Aere* exſtat in Codice XLIIdo, num. 14.

JOANNIS *Pediaſimi*, Primæ Juſtinianeæ ac totius Bulgariæ Chartophylacis, ſive Cuſtodis Sigilli Patriarchalis, qui ſeculo poſt Chriſtum *decimo quarto* floruit, *Synopſis Geometrica, ſeu potiùs Geodætica, de dimenſione & partitione terræ* exſtat in Codice CVto, num. 1.

JOAN-

JOANNIS Grammatici & Philoſophi Alexandrini, cognomine *Philoponi*, qui ſeculo poſt Chriſtum *ſexto* floruit, *in Porphyrij Iſagogen ſive Librum de quinque Vocibus Scholia ex ore Ammonij filij Hermiæ* exſtant in Codice XXVto, num. 1. Ejuſdem *Joannis Philoponi Scholia in Ariſtotelis Analytica priora, ex ore Ammonij*, exſtant in eodem Codice XXVto, num. 5. Ejuſdem *Scholia in Ariſtotelis Categorias, partim ex ore Ammonij, partim ſecundùm proprias ſuas Conſiderationes*, exſtant in Codice XXIXno, num. 1. Ejuſdem *Scholia in Ariſtotelis Librum primum & ſecundum Analyticorum priorum* exſtant in Codice XXXmo, num. 2 & 6. Ejuſdem *Scholia in Ariſtotelis Libros duos Analyticorum poſteriorum, ex ore Ammonij, & cum quibuſdam proprijs Conſiderationibus*, exſtant in Codice XXXImo, num. 3. *Ex* ejuſdem *Joannis Philoponi Expoſitione in Ariſtotelis Metaphyſicorum Libros quatuordecim Excerpta quædam* exſtant in Codice LVIIIvo. Ejuſdem *Scholia in Ariſtotelis Analyticorum priorum Librum primum* exſtant in Codice XCIIdo, num. 3. *Ex* ejuſdem *Commentarijs in Ariſtotelis quatuor priores Libros Phyſicorum fragmenta quædam* exſtant in Codice CIIdo. Ejuſdem *Expoſitio in Nicomachi Geraſeni Libros duos Introductionis Arithmeticæ* exſtat in Codice CVIImo. Ejuſdem *Philoponi Libellus de uſu Aſtrolabij* exſtat in Codice CXLImo, num. 2. Vide etiam lit. A, ubi agitur de AMMONIO, *Hermiæ filio*.

JOANNIS *Stobæi Florilegium Sententiarum, ex præſtantiſſimis antiquis Autoribus Græcis circiter ducentis & quinquaginta collectarum, & in locos communes digeſtarum*, exſtat in Codice LXXXImo, num. 1.

JOANNIS *Tzetzæ* Grammatici, qui ſeculo poſt Chriſtum *duodecimo* circa annum 1180 floruit, *Expoſitio Iſagoges Porphyrij, ſive, Libri de quinque Vocibus, verſibus politicis*, exſtat in Codice XXVIImo, num. 2.

JOANNIS cujuſdam aneponymi, qui A. C. 925 *Nicolai*, cognomine *Myſtici*, Patriarchæ Conſtantinopolitani, fuit *Grammaticus* ſive *Notarius*, *Scholia Græca & Schemata ſeu Diagrammata Mathematica in Alcinoi Epitomen Philoſophiæ Platonicæ* exſtant in Codice LXXVIImo, num. 1. Ejuſdem *Prænotamenta miſcellanea in Platonem* exſtant ibidem num. 2.

ISAACI *Monachi*, cognomine *Argyri*, qui ſeculo poſt Chriſtum *decimo quarto* floruit, *Tractatus Aſtronomicus* exſtat in Codice CXXVIto, num. 3.

ITALVS; vide JOANNES.

Ex JVLIANI *Laodicensis Opere de Astrologiâ Judiciariâ Capita novendecim* exstant in Codice XLVIImo, num. 8. Ejusdem *Fragmenta quædam Astrologica* exstant in Codice CXXXIVto, num. 1.

JVLIVS *Africanus*; vide SEXTVS.

S. JVSTINI, *Philosophi Christiani & Martyris*, qui A.C. 161 vel 163 passus est, *Aristotelicorum quorundam Dogmatum eversio* exstat in Codice Xmo, num. 3, & in Codice LXIVto, num. 5.

L.

LEONIS *Academici Dialogus, inscriptus Alcyon*, qui aliàs *Platoni* vel *Luciano* tribuitur, exstat in Codice Imo.

LEONIS *Magenteni* vel *Magentini, Metropolitæ Mitylenensis, Expositio in Aristotelis Librum de Interpretatione* exstat in Codice XXIXno, num. 2. Ejusdem *Expositio in Aristotelis Analyticorum priorum Librum secundum* exstat in Codice XCIIdo, num. 4.

Imp. LEONIS *Philosophi* seu *Sapientis*, qui A. C. 886 cœpit imperare, & A. 911 obijt, *Tactica sive Liber de re militari* exstat in Codice CXIIItio, num. 5, & in Codice CXIVto, num. 10. Eadem *Tactica* exstant in Codice CXVto *cum antiquis Scholijs græcis marginalibus. Ex* ijsdem *Tacticis sive Libro de Re militari Caput decimum septimum & decimum octavum* exstant in Codice CXVIto.

LOGARÆ, qui in Aulâ Imperatoriâ Constantinopolitanâ *Magister Memoriæ* fuit, *Oratio deprecatoria ad Imperatorem pro quibusdam sontibus* exstat in Codice CXLIIdo, num. 2.

LVCIANI *Samosatensis*, qui sub *Imp. M. Antonino Philosopho ejusque filio Commodo* floruit, *Dialogus, Alcyon inscriptus*, qui re verâ *Platonis* vel *Leonis Academici* est, exstat in Codice Imo.

LYSIDIS *Pythagorei*, præceptoris *Epaminondæ Thebani*, qui creditur autor *Aureorum Carminum*, quæ vulgò dicuntur *Pythagoræ*, & seculo ante Christum *quarto* floruit, *Epistola ad Hipparchum* exstat in Codice Vto, num. 8.

M.

MAGENTENVS vel MAGENTINVS; vide LEO.

MANVELIS *Bryennij Harmonica, seu, Musices Ptolemæi Libri tres cum Expositione Bryennij & elegantissimis Diagrammatibus musicis*, exstant in Codice XXXVIIIvo, num. 15. Ejusdem *Bryennij Harmonicorum Libri tres* exstant in Codice CXXmo, num. 1.

MA-

MANVELIS *Palæologi*, antepenultimi Imperatoris Constantinopolitani, qui patri suo *Joanni* in Imperio successit A.C. 1391, & A. 1425 obijt, *Capita centum Parænetica sive Commonitoria ad filium suum Joannem Palæologum, cum præfixâ Epistolâ proœmiali*, exstant in Codice LXXXVIIIvo, num. 2, & in Codice LXXXIXno, num. 2. Ejusdem *Orationes septem Ethico-politicæ ad eundem filium suum Joannem, cum subjuncto communi Epilogo Epistolari* exstant in Codice LXXXVIIIvo, num. 3, & in Codice LXXXIXno, num. 3. Ejusdem *Oratiuncula parænetica ad benevolos suos subditos* exstat in Codice LXXXVIIIvo, num. 4, & in Codice LXXXIXno, num. 4. Ejusdem *Dialogus cum Matre suâ de Nuptijs* exstat in Codice LXXXVIIIvo, num. 6.

MARSILIVS *Ficinus*, qui A.C. 1433 natus est, & A. 1499 obijt; vide lit. P, ubi agitur de PLATONE.

MATHVSALÆ, cognomine *Machiris*, *Monachi Sancti Montis Sinai*, qui circa annum Christi 1550 floruit, *Observationes duæ Physicæ de Principijs naturalibus* exstant in Codice XLIIdo, num. 3. Ejusdem *Excerpta quædam de Fato ex Alexandri Aphrodisiensis Libro secundo de Animâ;* item *de Sanctissimâ Trinitate ex Hermete Trismegisto, Platone, Aristotele & Eunomio.* Ejusdem *Annotationes in Aristotelis Libros tres de Animâ, & in alios nonnullos ejusdem Libros* exstant in eodem Codice XLIIdo, num. 7 & 9; item *Annotatio Medico-Physica de Partu septimestri, octimestri & novimestri*, ibidem num. 10. Ejusdem *Excerpta varia Philosophica, & præcipuè quidem Physica*, exstant ibidem num. 20, & in Codice XLIIItio, num. 2. Ejusdem *Annotationes in Aristotelis Libros quinque de Generatione animalium* exstant in Codice LIVto, num. 3. Ejusdem *Annotationes in Aristotelis Librum de Interpretatione* exstat in Codice LXIVto, num. 6. Ejusdem *Excerpta ex Aristotelis Logicis & Physicis* exstant in Codice LXVIIIvo, num. 11.

MAXIMI *Planudis*, Monachi Constantinopolitani, qui circa annum Christi 1353 claruit, *Versio græca quinque Librorum Boetij de Consolatione Philosophiæ cum Prolegomenis græcis & Annotationibus græcis marginalibus* exstant in Codice LXXXIVto. Ejusdem *Epistola quædam* exstat in Codice CXXXIIItio, num. 3. Vide etiam lit. A, ubi agitur de ANICIO *Manlio Severino Boetio.*

MAXIMI *Tyrij*, Philosophi Platonici celeberrimi, qui seculo post Christum *secundo* sub *Impp. M. Aurelio Antonino Philosopho & L. Aurelio Antonino Commodo* floruit, *Dissertationes Philosophicæ sex* exstant in Codice Xmo, num. 2.

MELAMPODIS *Astrologi Methodus Prædictionum Lunarium* exstat in Codice CXXIXno, num. 10.

METOCHITA; vide THEODORVS.

MICHAELIS *Apostolij Byzantini Liber de Aristotelicâ Substantiâ pro Georgio Gemisto Plethone contra Theodorum Gazam* exstat in Codice LXIXno, num. 1.

MICHAELIS *Ephesij Scholia in Aristotelis Libros quatuor de Partibus animalium, & in ejusdem Librum de Animalium incessu*, exstant in Codice LIVto, num. 1 & 2.

Ex MICHAELIS *Pselli*, qui circa annum Christi 1078 obijt, *Libro de quatuor Mathematicis Scientijs, Arithmeticâ, Musicâ, Geometriâ & Astronomiâ, Pars prima de Arithmeticâ* exstat in Codice Xmo, num. 4. Ejusdem *Paraphrasis in Aristotelis Librum de Interpretatione* exstat in Codice XXVto, num. 3. Ejusdem *Pselli Liber quadripartitus de Arithmeticâ, Musicâ, Geometriâ & Astronomiâ* exstat in Codice XXVIto, num. 4. Ejusdem *Rhetorica versibus politicis* exstat in Codice XXVIImo, num. 4. Ejusdem *Paraphrasis in Aristotelis Librum de Interpretatione* exstat in Codice XXVIImo, num. 5. Ejusdem *Argumenta & propriæ quædam Considerationes in Physicorum Aristotelis Librum sextum & septimum* exstant in Codice XLIIdo, num. 5. Ejusdem *Fragmenta quædam de Mente, de Animâ, de Platonicâ Psychogoniâ, & de Ideis*, exstant in eodem Codice XLIIdo, num. 11; item *Fragmentum de Necessitate*, ibidem num. 17. Ejusdem *Allegoriæ quarundam Fabularum Poeticarum* exstant ibidem num. 21. Ejusdem *Timotheus, sive, Dialogus de Dæmonibus* exstat in Codice LXXVIIIvo, num. 8. Ejusdem *Solutiones & Expositiones Dubitationum Physicarum centum viginti quinque ad Imp. Michaelem Ducam* exstant in eodem Codice LXXVIIIvo, num. 10. Ejusdem *Eclogæ variarum Opinionum de Animâ cum Appendice de Differentiâ specificâ* exstant in Codice LXXXVto. Ejusdem *Introductio in sex Philosophiæ modos, & Compendium quinque Vocum & decem Prædicamentorum Philosophiæ*, exstant in Codice XCVto, num. 4. Ejusdem *Liber quadripartitus de Arithmeticâ, Musicâ, Geometriâ & Astronomiâ* exstat in Codice CIIdo. Ejusdem *Libellus admirabilium Lectionum Medico-Physicarum ad Patriarcham Constantinopolitanum Michaelem Cerularium* exstat in Codice CXXVto, num. 2. Ejusdem *ad eundem Patriarcham Michaelem Cerularium Libellus de Omoplatomantiâ, sive, de Divinatione ex ossibus humerarijs mactatarum ovium vel agnorum, & de Oeonoscopiâ sive de Avispicio*, exstat in

in eodem Codice CXXVto, num. 3. Ejusdem *ad eundem Libellus de Lapidum potentiâ seu virtutibus* exstat ibidem num. 4. Ejusdem *Opus Chronologicum de Motu temporis Cyclorum Solis & Lunæ, Eclipsibus, & inventione Paschatos, per Interrogationes & Responsiones*, exstat in Codice CXXIXno, num. 4, & in Codice CXXXIIdo, num. 2.

N.

NEMESII *Episcopi Liber de Naturâ hominis, in Capita triginta octo divisus*, exstat in Codice XXXIIdo, num. 2. Ejusdem *Opuscula tria de Junctione Animæ & Corporis, de Elementis, & de quinque Sensibus*, exstant in Codice XLIIdo, num. 15.

NEOPHYTI *Epitome in Porphyrij quinque Voces, & in Aristotelis Organon Logicum* exstat in Codice CXXXVIto, num. 2.

NICEPHORI *Blemmydæ* seu *Blemmidæ, Monachi ac Philosophi doctissimi*, qui circa A. C. 1272 obijt, *Compendiosum Philosophiæ Syntagma*, quod aliàs rectiùs *Gregorio Monacho aneponymo* attribuitur, exstat in Codice XXVIto, num. 3, in Codice LXXXmo, num. 2, & in Codice XCVto, num. 5. Ejusdem *Fragmentum quoddam Geographicum* exstat in Codice XLIIdo, num. 19. Ejusdem *Logica* exstat in Codice XLIVto, num. 5. Ejusdem *Epitome Physica, divisa in Capita triginta duo*, exstat in Codice XCIIItio. Ejusdem *Logica, in Capita triginta sex divisa*, exstat in Codice XCIVto, & in Codice XCVto, num. 1. Ejusdem *Physica* exstat in Codice XCVto, num. 3. Ejusdem *Libellus de quinque Vocibus, cur sint hæ solæ, neque plures aut paucio-res*, exstat in eodem Codice XCIVto, num. 4. Ejusdem *Logica* exstat in Codice XCVIto, XCVIImo, num. 1, XCVIIIvo, & XCIXno, num. 2. Ejusdem *Oratio de Regno seu de Imperio, in clariorem stylum translata à Georgio Galesiotâ, Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diacono, & Georgio Oenæotâ*, exstat in Codice CXXVto, num. 5.

NICEPHORI *Gregoræ*, qui Historiam suam Byzantinam usque ad obitum *Imp. Andronici Junioris*, sive annum Christi 1341, perduxit, *Expositio Libri Synesij de Insomnijs, partim marginalis, partim interlinearis, cum Præfatione ad Magnum Logothetam Theodorum Metochitam*, exstat in Codice CXLIIdo, num. 1.

NICEPHORI, *Imperatoris Constantinopolitani, Liber de Re militari, in Capita quinquaginta quinque divisus*, exstat in Codice CXImo, num. 8, & in Codice CXIVto, num. 11.

Ex NICETÆ *Paphlagonis*, qui aliàs etiam *David Philosophus* appellatur, & circa annum Christi 880 claruit, *Orationibus septem*, *nempe*

nempe in Novam Dominicam, in Mediam Pentecosten, in Pentecosten, in Prophetas, de Jejunio, in secundum Christi adventum, & in sanctam Dominicam diem, Excerpta exstant in Codice CXLIIdo, num. 3.

NICOMACHI *Geraseni, Philosophi Pythagorei, Introductionis Arithmeticæ Libri duo cum Annotationibus nonnullis antiquis græcis marginalibus* exstant in Codice LImo, num. 3. Eadem *Introductio Arithmetica* exstat etiam in Codice CVIto, num. 1. *In eosdem duos Introductionis Arithmeticæ Libros Expositio Joannis Philoponi* exstat in Codice CVIImo. Ejusdem *Nicomachi Enchiridion Harmonices, in duos Libros divisum*, exstat in Codice CXXImo, num. 1.

NOÆ *Patriarchæ*, Generis humani post diluvium universale, quod seculo ante Christum XXIIItio contigit, restauratoris ac propagatoris, *supposititia Methodus Geomantica prædicendi futura, ab Angelo ipsi revelata*, exstat in Codice CXXXIIItio, num. 36. Obijt is seculo ante Christum XXmo.

Ex NUMENII *Apameensis, Philosophi Pythagorei*, qui sub *Impp. Lucio Ælio Vero* & *M. Antonino Philosopho* floruit, *Operibus fragmentum de secundo Principio* exstat in Codice XImo, num. 6; ut & *fragmentum de Ente ex ejusdem Libro secundo de Bono*, ibidem; item in Codice XIVto, num. 4.

O.

Ex OLYMPIODORI, *magni Philosophi Alexandrini, ore, sive Prælectionibus vivæ vocis, Scholia in Platonis Alcibiadem primum sive Dialogum de Naturâ humanâ, ab anonymo aliquo ejus discipulo primùm excepta, deinde autem ab alio quodam incognito autore ex Procli & Damascij scriptis locupletata, & in formam justorum Commentariorum redacta, cum insertâ Platonis Vitâ*, exstant in Codice XXmo, num. 1. *Ex* ejusdem *Olympiodori ore Scholia in Platonis Phædonem sive Dialogum de Immortalitate animæ, & in Philebum sive Dialogum de Voluptate vel de Summo bono*, exstant in eodem Codice XXmo, num. 2 & 3. *Ex* ejusdem *Olympiodori ore Scholia in Platonis Gorgiam sive Dialogum de Rhetoricâ* exstant in Codice XXImo, num. 1. *Ex ijsdem Scholijs in Gorgiam Platonis Excerpta quædam* exstant in Codice LXXVIImo, num. 2. Ejusdem, ut videtur, *Olympiodori Prolegomena generalia in universam Platonis Philosophiam, in Capita undecim divisa*, exstant in Codice LXXVIImo, num. 3.

PACHY-

P.

PACHYMERES; vide GEORGIVS.

PANCHARIVS *Astrologus citatur in Syntagmate Astrologico,* quod exstat in Codice CXLVto, num. 2.

Ex PAVLI *Alexandrini Introductione in Astrologiam Judiciariam Capita decem & alia quædam Excerpta* exstant in Codice XLVIIImo, num. 7 & 9. Vide etiam lit. H, ubi agitur de HELIODORO.

PEDIASIMVS; vide JOANNES.

PETOSIRIS, *Philosophi Ægyptij, Epistola Astrologica ad Nechepsum Regem Ægypti, cum subjunctis Diagrammatibus ad eandem pertinentibus,* exstat in Codice LXXmo, num. 4. Ejusdem *Organum Astrologicum ad Nechepsum Regem Ægypti* exstat in Codice CXLImo, num. 2. Ejusdem *Apotelesmatica* exstant ibidem.

PHILONIS *Byzantij*, qui seculo ante Christum *quarto*, cùm *Demetrius Phalereus* inter annum ante Æram Christianam 318 & 307 *Athenis* præesset, floruit, *Liber de fabricâ turrium, murorum, aliarúmque munitionum, & de obsidione tùm tolerandâ tùm faciendâ,* exstat in Codice CXImo, num. 3, & in Codice CXIVto, num. 6.

PHILONIS *Judæi*, natione *Alexandrini*, qui A. C. 40 ad *Imp. Cajum Caligulam*, & secundâ vice ad successorem ipsius & patruum *Imp. Claudium* Legatus à suis Romam missus est, *Liber suppositius de Mundo, sive, Quòd Mundus sit incorruptibilis,* exstat in Codice XImo, num. 5. *Ex* ejusdem *Philonis Operibus fragmentum de secundo Principio* exstat in eodem Codice XImo, num. 6, & in Codice XIVto, num. 4.

PHOTII, *Patriarchæ Constantinopolitani,* qui seculo post Christum *nono* floruit, *Synopsis Categoriarum Aristotelis* exstat in Codice XXIXno, num. 1. Ejusdem *Excerpta ex Hieroclis Philosophi Libris septem de Providentiâ & Fato, ut & ex Vitâ Pythagoræ ab anonymo quodam Autore conscriptâ,* exstant in Codice LXXXmo, num. 1.

PLANVDES; vide MAXIMVS.

PLATONIS *Atheniensis*, qui anno ante Æram Christianam 348 obijt, *Dialogi viginti duo, nempe Euthyphro, Apologia Socratis, Crito, Phædo, Cratylus, Theætetus, Sophista, Politicus, Parmenides, Gorgias, Menon, Hippias major, Convivium, Timæus, Alcibiades primus, Alcibiades secundus, Axiochus, De Justo, De Virtute, Demodocus, Sisyphus, & Alcyon, cum anonymi cujusdam Græci Scholiastæ Annotationibus marginalibus,* exstant in Codice Imo. Ejusdem

Dialogi decem, nempe Euthyphro, Apologia Socratis, Crito, Phædo, Cratylus, Theætetus, Sophista, Politicus, Phædrus, & Parmenides, cum anonymi cujusdam Scholiastæ Annotationibus Græcis marginalibus, exstant in Codice IIdo. Ejusdem *Dialogi octo, nempe Euthyphro, Apologia Socratis, Crito, Phædo, Cratylus, Theætetus, Phædrus & Menexenus,* exstant in Codice IIItio, num. 1. Ejusdem *de Republicâ Libri quinque priores* exstant in eodem Codice IIItio, num. 2. Ejusdem *Dialogi novem, nempe Euthyphro, Apologia Socratis, Crito, Phœdo, Cratylus, Theætetus, Parmenides, Sophista, & Gorgias, cum Annotationibus Græcis marginalibus,* exstant in Codice IVto, num. 1. Ejusdem *Dialogi octo, nempe Apologia Socratis, Crito, Phædo, Axiochus, Alcyon, Menexenus, Phædrus, & Gorgias,* exstant in Codice Vto, num. 1. Ejusdem *Libri decem de Republicâ* exstant in eodem Codice Vto, num. 2. Ejusdem *Epistolæ decem* exstant in eodem Codice Vto, num. 5. Ejusdem *Definitiones,* quæ re verâ *Speusippi* sunt, exstant in eodem Codice Vto, num. 6. Ejusdem *Dialogi tres, nempe Crito, Convivium, & Phædrus,* exstant in Codice VIto. Ejusdem *Phædo* exstat in Codice VIImo, num. 1. Ejusdem *Phædrus* exstat in Codice VIIIvo. Ejusdem *Libri decem de Republicâ cum Marsilij Ficini Florentini Versione latinâ* exstant in Codice IXno. *Ex* ejusdem *Platonis Operibus fragmentum de secundo Principio* exstat in Codice XImo, num. 6, & in Codice XIVto, num. 4. Ejusdem *Platonis Vita secundùm Olympiodorum & Proclum* exstat in Codice XXmo, num. 1. Ejusdem *Timæus, sive, Dialogus de Naturâ* exstat in Codice XXIIItio. *Ex* ejusdem *Platonis Epistolâ septimâ ad Dionis Syracusani propinquos & familiares Excerptum* exstat in Codice XLIIdo, num. 26. Vide etiam lit. A, ubi agitur de ALCINOO, & lit. M, ubi agitur de MATHUSALA *Monacho.*

PLETHO; vide GEORGIUS *Gemistus.*

PLOTINI, *Philosophi Platonici celeberrimi,* qui seculo post Christum *tertio* floruit, *Dissertationes Philosophicæ quinquaginta quatuor, in sex Enneades divisæ,* exstant in Codice XImo, num. 1. Ejusdem *Dissertationes duæ Philosophicæ extraordinariæ* exstant in eodem Codice XImo, num. 2. *Ex Libris Plotini de Animâ fragmenta duo* exstant in eodem Codice XImo, num. 6; ut & aliud ejusdem *fragmentum de secundo Principio,* ibidem. Ejusdem *Dissertationum Philosophicarum Platonicarum Enneades sex;* item *Sermo de primo Principio Universi sive de Uno,* & *Fragmentum ex Libro secundo de Immortalitate animæ,* exstant in Codice XIImo. Ejusdem *Dissertationum Philo-*

Philosophicarum Platonicarum Enneades exſtant etiam in Codice XIIItio. Ejuſdem *Diſſertationes duæ* exſtant in Codice XIVto, num. 3, & alia *duo* ejuſdem *Fragmenta* ibidem, num. 4. *Contra eundem Plotinum de Præexiſtentiâ & Tranſmigratione animarum Diſſertatio anonymi cujuſdam Autoris* exſtat in Codice CXXXVIImo, num. 5.

Ex PLVTARCHI *Chæronenſis*, Philoſophi & Hiſtorici celeberrimi, qui ſeculis poſt Chriſtum *primo* & *ſecundò* ſub *Imppp. Domitiano, Nervâ & Trajano* floruit, *Opuſculo de ſyllabâ* Ει, *Delphico Templo inſcriptâ*, *fragmentum* exſtat in Codice XImo, num. 6, & in Codice XIVto, num. 4. Ejuſdem *Convivalium Diſputationum Libri novem* exſtant in Codice LXXIIdo. Ejuſdem *Opera Philoſophica varia* exſtant in Codice LXXIIItio, LXXIVto & LXXVto. Ejuſdem *Liber de Muſicâ* exſtat in Codice CXIXno, num. 2.

Ex PORPHYRII *Tyrij*, qui ſeculo poſt Chriſtum *tertio* ſub *Imp. Aureliano* & deinceps uſque ad Imperium *Diocletiani* claruit, *Opere ad Boethum de Animâ fragmenta duo* exſtant in Codice XImo, num. 6, & in Codice XIVto, num. 4. Ejuſdem *Porphyrij Iſagoge in Ariſtotelis Organum ſive Liber de quinque Vocibus, cum Joannis Grammatici, cognomine Philoponi, Scholijs, ex ore Ammonij filij Hermiæ exceptis*, exſtat in Codice XXVto, num. 1. Ejuſdem *Porphyrij Iſagoge* exſtat in Codice XXVIto, num. 1. *Anonymi cujuſdam Autoris Expoſitio Proœmij Iſagoges Porphyrij de quinque Vocibus* exſtat in Codice XXVIIIvo, num. 1. Ejuſdem *Porphyrij Liber de Vitâ Pythagoræ* exſtat in Codice LXXVIIIvo, num. 11. Ejuſdem *Expoſitio in Ptolemæi Harmonica* exſtat in Codice CXVIIIvo, CXIXno, num. 1, & CXXmo, num. 2. Ejuſdem *Apoteleſmatica* exſtant in Codice CXLImo, num. 2. Vide etiam lit. A, ubi agitur de AMMONIO *Hermiæ filio*; lit. I, ubi agitur de IOANNE *Tzetze*; & lit. N, ubi agitur de NEOPHYTO.

PROCLI Lycij, Diadochi Platonici, qui A. C. 518 vel 519, currente jam anno ætatis ſeptuageſimo ſexto obijt, *Commentariorum in primum Elementorum Euclidis Librum Libri tres priores* exſtant in Codice VIImo, num. 2. Ejuſdem *Libri ſex de Theologiâ Platonicâ cum anonymi cujuſdam Græci Scholiaſtæ Annotationibus marginalibus* exſtant in Codice XIVto, num. 1. Ejuſdem *Inſtitutio Theologiæ Platonicæ, in Capita ducenta undecim diviſa*, exſtat in eodem Codice XIVto, num. 2. Ejuſdem *de Theologiâ Platonicâ Liber primus, ſecundus & quartus* exſtant in Codice XVto. Ejuſdem *de Theologiâ Platonicâ Liber primus, quartus & quintus* exſtant in Codice XVIto. Ejuſdem *de*

Theologiâ Platonicâ Liber primus, quartus, quintus & sextus exſtant in Codice XVIImo. Ejuſdem *Procli Commentariorum in Platonis Parmenidem ſive Dialogum de Ideis Libri ſeptem* exſtant in Codice XVIIIvo, num. 1. Ejuſdem *Procli Commentaria in Platonis Timæum, ſive, Dialogum de Naturâ* exſtant in Codice XIXno. Ejuſdem *Supplementum Scholiorum Olympiodori in Platonis Alcibiadem primum* exſtant in Codice XXmo, num. 1. Ejuſdem *Procli Inſtitutionis Phyſicæ Libri duo* exſtant in Codice XXImo, num. 5. *Ex* ejuſdem *Libro primo & ſecundo Commentariorum in Euclidis Elementorum Librum primum Excerpta quædam* exſtant in Codice XXVto, num. 7. Ejuſdem *Scholion Aſtronomicum de duodecim Signis Zodiaci* exſtat in Codice XLVIImo, num. 2. Ejuſdem *Commentariorum in primum Elementorum Euclidis Librum Liber tertius* exſtat in Codice CIVto. *Ex* ejuſdem *Procli Hypotypoſi Aſtronomicarum Hypotheſium Capita duo de Aſtrolabij conſtructione & uſu* exſtant in Codice CXXVto, num. 1. Ejuſdem *Hypotypoſis Aſtronomicarum Hypotheſium* exſtat in Codice CXXVIto, num. 2, & in Codice CXXXIXno. Vide etiam lit. E, ubi agitur de EVCLIDE, & lit. O, ubi agitur de OLYMPIODORO.

PSELLVS; vide MICHAEL.

PTOLEMÆVS; vide CLAVDIVS.

PYTHAGORÆ *Samij*, qui quidem ſeculo ante Chriſtum *ſexto* floruit, ſeculo autem *quinto*, nempe anno ante Æram Chriſtianam 497, obijt *Arithmomantia ſive Divinatio per numeros* exſtat in Codice XLVIImo, num. 12. Ejuſdem *Carmina aurea*, vulgò quidem dicta *Pythagoræ*, ſed re verâ potiùs appellanda *Pythagorica*, quorum verus Autor creditur eſſe *Lyſis Pythagoreus*, exſtant in Codice LXXVIImo, num. 4, in Codice LXXVIIIvo, num. 1, & in Codice LXXIXno. *Anonymi cujuſdam Autoris Sententiæ Pythagoricæ ordine alphabetico* exſtant in Codice LXXVIIIvo, num. 2. *Ex Vitâ Pythagoræ, ab Anonymo quodam Autore conſcriptâ, Excerpta Photij Patriarchæ Conſtantinopolitani* exſtant in Codice LXXXmo, num. 1. Ejuſdem *Pythagoræ Symbola* exſtant in Codice CXXXIIItio, num. 15. Vide etiam lit. H, ubi agitur de HIEROCLE, & lit. L, ubi agitur de LYSIDE.

Q.

QVINTILIANVS; vide ARISTIDES.

R.

RHETORII *Excerpta ex Antiochi Theſauris Apoteleſmatum* exſtant in Codice CXXXVIImo, num. 1. SA

S.

SALOMONIS, *Regis Hebræorum*, qui ſeculo ante Chriſtum *decimo* obijt, *Arcana quædam ſuperſtitioſa ſuppoſititia* exſtant in Codice XLVIImo, num. 16.

SECUNDI *Athenienſis Philoſophi*, qui ſub *Imp. Hadriano* floruit, *Reſponſio ad Quæſtionem, quid ſit mulier*, exſtat in Codice CXLIVto, num. 3.

SEPTEM *Græciæ Sapientum*, qui ſeculo ante Chriſtum *ſexto* floruerunt, *Symbola* exſtant in Codice VIto. Eorundem *Sententiæ & Præcepta* exſtant in Codice CXXXIIItio, num. 15 & 17.

SERAPIONIS *Alexandrini Opuſculum Aſtrologicum* exſtat in Codice CXXXVto, num. 3.

SETHI *Patriarchæ Aſtronomia ſuppoſititia, ab Angelo ipſi tradita*, exſtat in Codice CXLImo, num. 2.

Ex SEXTI *Julij Africani magno multiplicis argumenti & variæ eruditionis Enneabiblo, ſive Opere, in novem Libros diviſo, quod ob lectu jucundam diverſarum materiarum contexturam, metaphorâ à variegato Veneris cingulo deſumptâ, Ceſtos inſcripſerat, Liber de Re militari* exſtat in Codice CXImo, num. 4, & in Codice CXIVto, num. 7. *Ex* ejuſdem *Ceſtorum Enneabiblo varia Arcana Medica, Phyſica & Magica* exſtant in Codice CXXVto, num. 2.

SIMPLICII *Cilicis*, qui ſeculo poſt Chriſtum *ſexto* ſub *Impp. Juſtino Seniore* & *Juſtiniano I* ſive *Magno* floruit, *Prolegomena in Ariſtotelis Libros octo Phyſicorum* exſtant in Codice XLIIdo, num. 2. Ejuſdem *Scholia in Phyſicorum Librum primum, quartum, ſextum, ſeptimum & octavum* exſtant in eodem Codice XLIIdo, num. 5. Ejuſdem *Prolegomena in Phyſicorum Libros octo* exſtant in Codice XLIVto, num. 1. Ejuſdem *Commentaria in Ariſtotelis Libros tres de Animâ* exſtant in Codice LIIdo. Ejuſdem *Commentarius in Epicteti Enchiridion* exſtat in Codice LXXmo, num. 3, & in Codice LXXImo.

SOPHONIÆ *Monachi Paraphraſis in Ariſtotelis Libros tres de Animâ, in totidem Libros diviſa*, exſtat in Codice LIIItio, num. 1.

SPEUSIPPI, *Potonæ ſororis Platonis filij, ejuſdemque diſcipuli, & in Scholâ ſucceſſoris, Diviſio Platonica* exſtat in Codice LXXVIIImo, num. 6. Ejuſdem *Definitiones Platonicæ*, quæ vulgò perperàm ipſi *Platoni* attribuuntur, exſtant in Codice Vto, num. 6, & in Codice LXXVIIIvo, num. 6.

STEPHANI *Alexandrini*, qui ſeculo poſt Chriſtum *ſeptimo* ſub *Imp. Heraclio* floruit, *Apoteleſmatica* exſtant in Codice CXLImo, num. 2.

STOBÆVS; vide JOANNES.

Ex SVIDÆ *Lexico Excerpta varia Philoſophica, & quidem præcipuè Phyſica*, exſtant in Codice XLIIdo, num. 20, 22 & 27.

SYNESII *Philoſophi & Rhetoris Alexandrini*, qui A. C. 410 ſub *Imp. Theodoſio Juniore* à *Theophilo* Patriarchâ Alexandrino *Epiſcopus Cyrenæus* ordinatus eſt, *Dion, ſive, De Vitæ ipſius inſtituto Liber, Ægyptij, ſive, De Providentiâ Libri duo*, & *Liber de Regno ad Imp. Arcadium*, exſtant in Codice XIVto, num. 5. *Ex* ejuſdem *Libro de Inſomnijs Excerpta quædam* exſtant in Codice LXVIIIvo, num. 11. Ejuſdem *Liber de Inſomnijs cum Nicephori Gregoræ Præfatione ad Magnum Logothetam, Theodorum Metochitam, & Expoſitione partim marginali, partim interlineari* exſtat in Codice CXLIIdo, num. 1.

T.

THEMISTII, cognomine *Euphradæ* ſive *Eloquentis*, qui ſeculo poſt Chriſtum *quarto* ſub *Imp. Theodoſio Magno* ſive *Seniore* floruit, *Paraphraſis in Ariſtotelis de Animâ Libros tres* exſtat in Codice XXVto, num. 6. Ejuſdem *Paraphraſis duorum Librorum Analyticorum poſteriorum Ariſtotelis* exſtat in Codice XXXmo, num. 7, & in Codice XXXImo, num. 2. Ejuſdem *Paraphraſis Libri primi Analyticorum poſteriorum* exſtat in Codice XLIIdo, num. 4. Ejuſdem *Paraphraſis in Libros octo Phyſicorum* exſtat in eodem Codice XLIIdo, num. 5. Ejuſdem *Paraphraſis in Ariſtotelis Libros tres de Animâ, & in Librum de Memoriâ & Reminiſcentiâ*, exſtat in eodem Codice XLIIdo, num. 7 & 8. Ejuſdem *Paraphraſis in Libros octo Phyſicorum* exſtat in Codice XLIVto, num. 3.

THEOCTISTI *Sententiæ parænetica ordine alphabetico* exſtant in Codice LXXXImo, num. 2.

Ex THEODORETI, *Epiſcopi Cyrenſis*, qui non multo poſt A. C. 451 obijt, *Opere Curationis ethnicarum affectionum Excerpta quædam Phyſica* exſtant in Codice XLIIdo, num. 25.

THEODORI *Metochitæ*, in Aulâ Imperatoriâ Conſtantinopolitanâ ſub *Imp. Andronico Palæologo Primo ſive Seniore Magni Logothetæ ſive Cancellarij*, qui ſub *Imp. Andronico Palæologo Secundo* ſive *Juniore* magnam fortunæ mutationem perpeſſus, A. C. 1332 obijt, Capita Philoſophica & Hiſtorica centum viginti exſtant in Codice LXXXVIImo.

THEODORI *Prodromi*, qui principio ſeculi poſt Chriſtum *duodecimi* ſub *Imp. Alexio Comneno* floruit, *Poema Aſtronomicum verſibus politicis* exſtat in Codice XLIIdo, num. 24.

THEONIS *Alexandrini*, qui ſeculo poſt Chriſtum *quarto* ſub *Imp. Theodoſio Magno* ſive *Seniore* floruit, *Expoſitio in Claudij Ptolemæi Alexandrini Canones Aſtronomicos expeditos* exſtat in Codice CXXVto, num. 9, & in Codice CXXVIto, num. 4.

THEOPHILI *Philoſophi*, aliàs cognominati *Protoſpatharij*, *Opus Aſtrologicum de eventibus bellicis*, *Deucalioni cuidam dedicatum*, exſtat in Codice CXXXVto, num. 3. Ejuſdem *Apoteleſmatica* exſtant in Codice CXLImo, num. 2.

THEOPHRASTI *Ereſij*, *diſcipuli & ſucceſſoris Ariſtotelis*, *Metaphyſica* exſtant in Codice XXXIVto, num. 5. Ejuſdem *Liber de Igne* exſtat in Codice LXIVto, num. 4. *Ex* ejuſdem *Operibus Excerpta quædam miſcellanea* exſtant in Codice CXXXIIItio, num. 15.

TIMÆI *Locri*, *Philoſophi Pythagorei celeberrimi*, qui ſeculis ante Chriſtum partim *quinto*, partim *quarto* floruit, *Liber de Animâ Mundi & Naturâ* exſtat in Codice Vto, num. 3, & in Codice XXXVIIIvo, num. 16.

TZETZES; vide JOANNES.

V.

VALENTIS *Antiocheni*, qui ſeculo poſt Chriſtum *quarto* ſub *Imp. Conſtantino Magno* floruit, *Apoteleſmatica* exſtant in Codice CXLImo, num. 2.

X.


XENOCRATIS *Chalcedonij Dialogus*, *Axiochus inſcriptus*, qui aliàs *Platoni* vel *Æſchini Socratico* tribuitur, exſtat in Codice Imo.

XENOPHONTIS *Athenienſis*, *Philoſophi*, *Hiſtorici*, *Oratoris*, & *Imperatoris clariſſimi*, qui *Socratis* fuit diſcipulus, & ſeculo ante Chriſtum *quarto* præcipuè floruit, *Sympoſion ſive Convivium* exſtat in Codice Vto, num. 4. Ejuſdem *de memorabilibus dictis & factis Socratis Libri duo priores* exſtant in Codice XImo, num. 7. Ejuſdem *Opera Philoſophica varia* exſtant in Codice LXXmo, num. 1. Ejuſdem *Liber de Lacedæmoniorum Republicâ* exſtat in Codice XCIIdo, num. 2.

ZANA-

Z.

ZANATÆ, *Philosophi Persæ, Geomantia, ex Persicâ linguâ in Græcam versibus politicis translata ab Arsenio Monacho A. C. 1266,* exstat in Codice CXLmo, num. 1, & in Codice CXLImo, num. 1.



EJUSDEM INDICIS PRIMI

Repetitio succincta *respectu temporis*, quo suprà memoratorum Operum manuscriptorum Græcorum *Philosophicorum propriè dictorum* Autores vel floruerunt, vel obierunt.

Seculo ante Christũ XXXmo:

Sethus Patriarcha, qui anno Mundi & Adami 130 natus est, &, cùm vixisset annos 912, seculo ante Christum XXXmo obijt.

Seculo ante Christum XXmo:

Noa Patriarcha respectu obitûs.

Seculo ante Christum XVIto:

Hermes Trismegistus, qui seculo ante Christum XVIto, quo Moyses natus est, præcipuè floruit.

Asclepius sive *Æsculapius*, *Hermetis Trismegisti* discipulus.

Seculo ante Christum Xmo:

Salomon, Rex Hebræorum, qui seculo ante Christum undecimo cœpit imperare, & seculo decimo obijt.

Seculo ante Christum VIto:

Septem Græciæ Sapientes.

Seculo ante Christum Vto:

Pythagoras Samius, qui quidem seculo ante Christum sexto præcipuè floruit, seculo autem quinto, nempe anno ante Æram Christianam 497 obijt.

Seculo ante Christum IVto:

Timæus Locrus, Philosophus Pythagoreus respectu obitûs.

Lysis Pythagoreus, præceptor *Epaminondæ.*

Xenophon Atheniensis, Socratis discipulus, qui anno ante Æ.C. 359 obijt.

Antisthenes Atheniensis, discipulus *Socratis*, & Autor Sectæ Cynicæ.

Æschines Philosophus, Socratis discipulus.

Plato Atheniensis, qui anno ante Æram Christianam 348 obijt.

Speusippus, *Potonæ* sororis *Platonis* filius, ejusdemque discipulus & successor.

Xenocrates Chalcedonius, *Speusippi* in Academicâ sive Platonicâ Scholâ successor.

Aristoteles Stagirita, qui anno ante Æram Christianam 322 obijt.

Autolycus, *Aristoteli Stagiritæ* synchronus.

Theophrastus Eresius, Aristotelis discipulus & successor.

Euclides Geometra, Philosophus Platonicus, sub *Ptolemæo Lagi filio*, Ægypti Rege, qui cœpit regnare anno ante Æram Christianam 324.

Philo Byzantius, *Demetrio Phalereo* Athenas gubernanti synchronus inter annum ante Æram Christianam 318 & 307.

Seculo ante Christum IIItio:

Aratus Solensis, *Ptolemæo Philadelpho* Regi

Regi Ægypti & *Antigono Gonatæ* Regi Macedoniæ ſynchronus circa annum ante Æram Chriſtianam 272.

Archimedes Syracuſanus, qui anno ante Æram Chriſtianam 212 in Syracuſarum per M. Marcellum expugnatione occiſus eſt.

Athenæus Mechanicus, *Archimedi Syracuſano* & *M. Marcello* ſynchronus.

Seculo ante Chriſtum IIdo:

Bito Mechanicus ſub *Attalo*, primo ejus nominis Pergami Rege, qui anno ante Æram Chriſtianam 197 obijt.

Hipparchus Bithynus, qui ab anno ante Æram Chriſtianam 162 uſque ad annum 128 floruit.

Hero Alexandrinus, qui floruit ſub Rege Ægypti *Ptolemæo Evergete IIdo*, qui cœpit regnare anno ante Æram Chriſtianam 146, & anno 117 obijt.

Hypſicles Alexandrinus ſeculo ante Chriſtum ſecundo.

Seculo ante Chriſtum Imo:

Geminus Rhodius, Aſtronomus, *L. Cornelio Syllæ*, *Cn. Pompejo Magno*, & *M. Tullio Ciceroni* ſynchronus.

Seculo poſt Chriſtum Imo:

Philo Judæus, qui ſub *Impp. C. Caligulâ & Claudio* floruit.

Seculo poſt Chriſtum IIdo:

Plutarchus Chæronenſis, qui ſub *Imp. Trajano* potiſſimùm floruit.

Epictetus, Philoſophus Stoicus, unus ex *Imp Hadriani* familiariſſimis.

Secundus Athenienſis Philoſophus, qui ſub *Imp. Hadriano* floruit.

Apollodorus Architectus ſub *Imp. Hadriano*.

S. Juſtinus, Philoſophus Chriſtianus & Martyr, qui A. C. 161 vel 163 paſſus eſt.

Claudius Ptolemæus Peluſiota, qui ſub *Imppp. Hadriano*, *Antonino Pio*, & *M. Antonino Philoſopho* floruit.

Numenius Apamenſis, Philoſophus Pythagoreus, qui ſub *Impp. L. Ælio Vero* & *M. Antonino Philoſopho* claruit.

Maximus Tyrius, Philoſophus Platonicus, qui ſub *Impp. M. Antonino Philoſopho* ejúſque filio *Commodo* floruit.

Lucianus Samoſatenſis, qui ſub *Imp. M. Antonino Philoſopho* ejúſque filio *Commodo* floruit.

Herodianus Grammaticus, qui ſub *Imp. Commodo* claruit.

Seculo poſt Chriſtum IIIdo:

Alexander Aphrodiſienſis ſub *Impp. L. Septimio Severo* & *Antonino Caracallâ*.

Sextus Julius Africanus, qui ſub Imperatoribus *Caracalla*, *Macrino*, *Heliogabalo* & *Alexandro Severo* floruit.

Plotinus Philoſophus Platonicus.

Amelius, Philoſophus Alexandrinus, *Plotini* diſcipulus.

Porphyrius Tyrius, qui floruit ſub *Imp. Aureliano* & deinceps uſque ad Imperium *Diocletiani*.

Seculo poſt Chriſtum IVto:

Valens Antiochenus, Aſtrologus, qui ſub *Imp. Conſtantino Magno* floruit.

Jamblichus Chalcidenſis, qui ſub *Imp. Conſtantino Magno*, *ejuſque filijs*, & *Imp. Juliano Apoſtatâ* floruit.

Themiſtius Euphrades, qui ſub *Imp. Theodoſio Magno* ſive *Seniore* floruit.

Theon Alexandrinus, qui ſub *Imp. Theodoſio Magno* floruit.

Seculo poſt Chriſtum Vto:

Syneſius, qui ſub *Imp. Theodoſio Juniore* Epiſcopus Cyrenæus ordinatus eſt A. C. 410.

Cleomedes ſub *Imp. Theodoſio Juniore* circa annum Chriſti 427.

Hermias Sozomenus ſub *Imp. Theodoſio Juniore*.

Theodoretus, Epiſcopus Cyrenſis, qui non multò poſt A. C. 451 obijt.

Hierocles, Philoſophus Stoicus Alexandrinus

drinus, qui sub *Imp. Leone Thrace* potissimùm floruit.

Olympiodorus, Philosophus Alexandrinus, qui circa annum Christi 460 vel 461 sub *Imp. Leone Thrace* præceptor fuit *Procli*.

Seculo post Christum VIto:

Hermias, *Procli* condiscipulus, & *Ammonij* pater.

Proclus Lycius, Diadochus Platonicus, qui A. C. 443 vel 444 natus esse videtur, & A. 518 vel 519 obijt, cùm annum ageret ætatis septuagesimum sextum.

Ammonius, *Hermiæ filius*, discipulus *Procli* Diadochi Platonici.

Simplicius Cilix, qui sub *Impp. Justino Seniore* & *Justiniano I* sive *Magno* floruit.

Joannes Philoponus.

Damascius Philosophus, sub *Imp. Justiniano Magno*.

Anicius Manlius Severinus Boetius, qui *Theodorici* Ostro-Gotthorum in Italiâ Regis jussu occisus est A. C. 524, vel secundùm alios 526.

Agapetus, Diaconus Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ sub *Imp. Justiniano Magno*, qui A.C. 527 cœpit imperare, & A. 565 obijt.

Anthemius Trallianus, Mechanicus celeberrimus sub *Imp. Justiniano Magno*.

Seculo post Christum VIImo:

Stephanus Alexandrinus, qui sub *Imp. Heraclio* floruit.

Hero Tertius, qui sub *Imp. Heraclio* floruit A. C. 623.

Seculo post Christum VIIIvo:

S. Joannes Damascenus, qui circa annum Christi 750 obijt.

Seculo post Christum IXmo:

Achmet filius Sereim, Oneirocrites sive Somniorum Interpres *Mamunis*, Caliphæ Babylonij, qui A. C. 813 cœpit imperare, & A. 833 obijt.

Photius, Patriarcha Constantinopolitanus, qui Patriarchalem Thronum per fraudem & vim invasit A. C. 858.

Nicetas Paphlago, aliàs dictus *David Philosophus*, qui circa annum Christi 880 claruit.

Seculo post Christum Xmo:

Imp. Leo Philosophus seu *Sapiens*, qui A. C. 886 cœpit imperare, & A. 911 obijt.

Joannes, qui A. C. 925 fuit *Nicolai*, cognomine *Mystici*, Patriarchæ Constantinopolitani, *Grammaticus* sive *Notarius*.

Imp. Constantinus Porphyrogenitus, qui A. C. 912 cœpit imperare, & A. 959 obijt.

Seculo post Christum XImo:

Michael Psellus, qui circa annum Christi 1078 obijt.

Joannes Italus, qui sub *Imp. Michaele Ducâ*, ejúsque fratribus *Andronico* & *Constantino* floruit.

Seculo post Christum XIImo:

Theodorus Prodromus, qui sub *Imp. Alexio Comneno* floruit.

Joannes Camaterus sub *Imp. Manuele Comneno*.

Joannes Tzetzes, qui circa annum Christi 1180 floruit.

Seculo post Christum XIIItio:

Arsenius Monachus, A. C. 1266.

Nicephorus Blemmydes, qui circa A. C. 1272 obijt.

Anonymus Autor Miscellaneorum quorundam Astronomicorũ, quæ præcipuè ad Solennitatem Paschalem pertinent, & A. C. 1273 scripta sunt.

Seculo post Christum XIVto:

Theodorus Metochita, qui A. C. 1332 obijt.

Georgius Chrysococca, Medicus & Astronomus, circa annum Christi 1336.

Georgius

Seculo post Christum XVto:

Seculo post Christum XVIto:

AVTORES INCERTÆ ÆTATIS.

INDEX SECVNDVS EXHIBENS ALPHABETICAM SERIEM ILLORVM AVTORVM, QVORVM OPERA, AD PHILOSOPHIAM PROPRIE' DICTAM NON PERTINENTIA, SVPRA' ENVMERATIS CENTVM QVADRAGINTA SEX CODICIBVS MANVSCRIPTIS PHILOSOPHICIS GRÆCIS INCONVENIENTER INSERTA SVNT.

A.

ÆGINETA; vide PAVLVS.

ÆSOPI *Phrygis*, qui seculo ante Christum *sexto* floruit, *Fabulæ ordine alphabetico, cum præfixâ ejusdem Vitâ*, exstant in Codice CXXXIIItio, num. 33. Vide etiam lit. B, ubi agitur de BABRIA, & lit. I, ubi agitur de IGNATIO *Diacono*.

S. ANASTASII *Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni*, qui A. C. 599 obijt, *Definitiones Theologicæ centum sexaginta duæ* exstant in Codice XCmo, num. 14. Ejusdem *Orationes quinque de Orthodoxâ Fide, nempe de Sanctâ Trinitate, de Incircumscripto, de Divinâ Incarnatione, de Passione & impassibilitate Christi, & de Resurrectione Christi*, exstant in eodem Codice XCmo, num. 15. Ejusdem *Oratio Irenica sive Pacifica ad Antiochenos, cùm post triginta trium annorum exilium, in quod ab Imp. Justino Juniore injustè pulsus fuerat, ad Thronum Patriarchalem reverteretur, habita die vigesimo quinto Martij, feriâ quartâ Sanctæ Hebdomadis, Indictione undecimâ, currente anno Imperij Imp. Mauricij undecimo à die decimo quarto Augusti anni præcedentis*, exstat in eodem Codice XCmo, num. 16.

1. ANONYMI cujusdam *Annotamentum de viginti duobus Veteris Testamenti Libris* exstat in Codice CXXXIIItio, num. 29.

2. ANONYMI cujusdam Autoris *Narratio de Daniele in captivitatem Babylonicam abducto* exstat in Codice LImo, num. 8.

3. ANONYMI cujusdam Autoris *Expositio verborum S. Pauli Apostoli Epistolæ primæ ad Timotheum cap. 2 vers. 12: Docere autem mulieri non permitto;* exstat in Codice CXLIVto, num. 3.

4. ANO-

4. ANONYMI cujusdam *Lexicon Biblicum Græcum* exstat in Codice CXXXIIItio, num. 19; item *Interpretatio Hebraicorum Nominum & vocabulorum, in Sacris Scripturis occurrentium, ordine alphabetico*; ut & *Alphabetum Hebræorum cum explicatione Græcâ*, atque *Nomina duodecim Apostolorum & quatuor Archangelorum cum Explicatione*, ibidem num. 20, 21, & 23.

5. ANONYMI cujusdam *Judicium de S. Gregorio Nazianzeno, S. Basilio Magno, S. Joanne Chrysostomo, S. Cyrillo Alexandrino, S. Athanasio, & S. Joanne Eleemosynario*, exstat in Codice CXXXIIItio, num. 15.

6. ANONYMI cujusdam *Collectio miscella de Theodori Mopsuestiæ in Ciliciâ Episcopi, & Nestorij atque Eutychis hæresibus; ut & de differentiâ inter Essentiam atque Naturam, & inter Substantiam atque Personam*, exstat in Codice XCmo, num. 13.

7. ANONYMI cujusdam *Carmen alphabeticum de Extremo Judicio versibus politicis* exstat in Codice CXXXIIItio, num. 8.

8. ANONYMI cujusdam Collectoris *Excerpta varia arcana ex diversis antiquis Medicis* exstant in Codice LImo, num. 7.

9. ANONYMI cujusdam Autoris *Annotationes quædam miscellaneæ, ad Medicinam pertinentes*, exstant in Codice LImo, num. 6.

10. ANONYMI cujusdam *Tractatus Medico-Physicus de Homine & Corporis humani partibus atque accidentijs, per Interrogationes & Responsiones*, exstat in Codice CXXIXno, num. 5.

11. ANONYMI cujusdam Autoris, qui *Michael Psellus* vel *Joannes Italus* esse videtur, *Interpretatio Partium Corporis humani* exstat in Codice LXXVIIIvo, num. 7.

12. ANONYMI cujusdam *Prædictio Jatromathematica de vitâ & morte ægroti* exstat in Codice CXXXIIItio, num. 26.

13. ANONYMI cujusdam *Recensio præcipuorum Spectaculorum totius terrarum Orbis* exstat in Codice CXXXIIItio, num. 15.

14. ANONYMI cujusdam Autoris *Observatiuncula de Inventoribus diversarum Artium* exstat in Codice XLVIImo, num. 13.

15. ANONYMI cujusdam *Annotamentum de Re nummariâ & de Mensuris* exstat in Codice CXXIXno, num. 6.

16. ANONYMI cujusdam Autoris *Epistolæ duæ fictæ* exstant in Codice LXXVIIIvo, num. 12.

17. ANONYMI cujusdam *Scholia antiqua Græca in Hesiodi Theogoniam* exstant in Codice CXXVIIIvo, num. 4 & 8.

18. ANONYMI cujuſdam Autoris *Expoſitio in Heſiodi Scutum Herculis* exſtat in Codice CXXVIIIvo, num. 3.

19. ANONYMI cujuſdam *Epigramma in Vanitatem Vitæ humanæ* exſtat in Codice CXXXIIItio, num. 15.

20. ANONYMI cujuſdam *Epigrammata quædam in Hortum* exſtant in Codice XLIIdo, num. 23.

21. ANONYMORVM quorundam veterum Autorum *Epigrammata Græca varia* exſtant in Codice LXVIto, num. 12.

22. ANONYMI cujuſdam *Collectio Proverbiorum ordine alphabetico* exſtat in Codice CXXXIIItio, num. 28.

23. ANONYMI cujuſdam *Lexicon Græcum* exſtat in Codice CXXXIIItio, num. 18.

24. ANONYMI cujuſdam Autoris *Obſervatio de Doricâ Dialecto* exſtat in Codice LXVIto, num. 7.

APOSTOLIVS; vide MICHAEL.

APPIANVS *Alexandrinus*; vide lit. G, ubi agitur de GEORGIO *Gemiſto Plethone*.

ARISTIDIS *Adrianenſis*, qui ſeculo poſt Chriſtum *ſecundo* ſub *Imp. M. Antonino Philoſopho* potiſſimùm floruit, *Oratio contra Platonem pro Quatuorviris Pericle, Cimone, Miltiade & Themiſtocle* exſtat in Codice IVto, num. 2. Ejuſdem *Ariſtidis contra Platonem pro Rhetoricâ Orationes duæ* exſtant in eodem Codice IVto, num. 3. Vide etiam literam S, ubi agitur de SOPATRO.

ASCLEPIADIS, *Myrleani*, qui, ſeculo ante Chriſtum *primo*, Olympiade CLXXVIII & deinceps floruit, *Præcepta ſalutaria Medica* exſtant in Codice CXXXIIItio, num. 13.

S. ATHANASII *Magni*, *Archiepiſcopi Alexandrini*, qui A. C. 373 obijt, *Epiſtola de S. Dionyſio Epiſcopo Alexandrino, quòd idem cum Nicænâ Synodo contra Arianam hæreſin ſenſerit, quódque Ariani falsò ac fruſtrà eum calumnientur tanquam hæreſeos ſuæ adſtipulatorem*, exſtat in Codice XCmo, num. 11. Ejuſdem *S. Athanaſij Epiſtola circularis ad Epiſcopos Ægypti & Libyæ contra Arianos* exſtat ibidem num. 12. Ejuſdem *Confeſſio de Incarnatione Dei Verbi* exſtat ibidem num. 18.

B.

BABRIAS; vide lit. I, ubi agitur de IGNATIO *Diacono*.

S. BASILII *Magni*, *Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi*, qui Cal. Januar. A. C. 378 obijt. *Homilia de Fide* exſtat in Codice XCmo, num. 17.

num. 17. Ejusdem *Homilia contra Sabellianos, Arianos & Anomœos* exstat ibidem num. 19. Ejusdem *Homilia contra eos, qui nos calumniantur, quòd tres Deos colamus,* exstat ibidem num. 20.

Ex Imp. BASILII *Macedonis & filiorum ipsius Constantini atque Leonis Libro primo Prochiri Juris sive Manualis Legum Excerpta politica de Imperatore & administratione Imperij* exstant in Codice LXXXIXno, num. 11.

C.

M. Porcij CATONIS, cognomine *Majoris* vel *Censorij*, qui anno ante Æram Christianam 195 cum *L. Valerio Flacco* fuit Consul, *Disticha parænetica ad filium, à Maximo Planude, Monacho Constantinopolitano, ex latinâ in græcam linguam translata, & vel ab eodem, vel ab anonymo quodam Scholiaste, Annotationibus græcis marginalibus & interlinearibus illustrata,* exstant in Codice CXXIIItio, num. 27.

CHONIATES; vide NICETAS.

CHRYSOCEPHALVS; vide MATTHÆVS.

CHRYSOLORAS; vide DEMETRIVS.

CLAVDIVS *Galenus;* vide GALENVS.

CODINVS; vide GEORGIVS.

CONSTANTINI *Harmenopuli, Nomophylacis & Judicis Thessalonicensis,* qui circa annum Christi 1345 floruit, *Lexicon polyonymum alphabeticum* exstat in Codice XXImo, num. 3.

Ex S. CYRILLI, *Archiepiscopi Alexandrini,* qui A. C. 444 vel 445 obijt, *Opere contra Imp. Julianum Apostatam Excerpta quædam* exstant in Codice LXXVIIIvo, num. 9.

D.

DEMETRII *Chrysoloræ Epigramma funebre in Theodorum Despotam Laconiæ, fratrem Imp. Manuelis Palæologi,* exstat in Codice LXXXVIIIvo, num. 7.

DEMETRII *Triclinij Scholia in Hesiodi Theogoniam* exstant in Codice CXXVIIIvo, num. 8.

DEMOSTHENIS, *Oratoris Atheniensis,* qui anno ante Æram Christianam 322 veneno sibi necem conscivit, *Oratio Olynthiaca secunda cum Libanij Sophistæ Hypothesi sive Argumento* exstat in Codice XLIVto, num. 4. *Ex ejusdem Oratione contra Androtionem Excerpta quædam* exstant in Codice LXVIIIvo, num. 11.

DIÆ-

DIÆRETA; vide GEORGIVS.

DIODORVS *Siculus*; vide lit. G, ubi agitur de GEORGIO *Gemisto Plethone*, & lit. P, ubi agitur de PHOTIO, *Patriarchâ Constantinopolitano*.

Ex DIOGENIS *Laertij Libris decem de Vitis, Dogmatibus & Apophthegmatibus illustrium veterum Philosophorum Græcorum Excerpta quædam* exstant in Codice Vto, num. 7. Ejusdem *Fragmenta quædam de Vitâ & Scriptis Platonis* exstant in Codice LXXVIImo, num. 2. *Collectio Apophthegmatum & Sententiarum insigniorum ex ejusdem Laertij Libris decem* exstat in Codice LXXVIIIvo, num. 3.

DIOGENIANI *Heracleotæ Pontici*, qui sub *Imp. Hadriano* floruit, *Proverbia* aliquot exstant in Codice CXXXIIItio, num. 32.

DIONYSIVS *Longinus*, seculo post Christum *tertio Zenobiæ Palmyrenorum Reginæ* & *Porphyrij Philosophi* præceptor; vide lit. H, ubi agitur de HERMOGENE.

DIONIS *Prusæensis*, ob eloquentiam cognominati *Chrysostomi*, qui seculo post Christum *secundo* sub *Imp. Trajano* potissimùm floruit, *Orationes septendecim* exstant in Codice Vto, num. 9. *Excerpta ex reliquis ejusdem Dionis Chrysostomi Scriptis* exstant in eodem Codice Vto, num. 10. Ejusdem *Oratio de Regno & Tyrannide* exstat in eodem Codice Vto, num. 11. Ejusdem *Oratio, inscripta Philoctetes*, exstat in eodem Codice Vto, num. 12.

DIOSCORIDIS *Anazarbensis*, qui seculo ante Christum *primo* sub *Impp. C. Julio Cæsare* & *Augusto* floruit, *Præcepta salutaria Medica* exstant in Codice CXXXIIItio, num. 13.

DOXOPATRA; vide JOANNES.

E.

S. EPIPHANII, *Constantiæ sive Salaminis in Cypro Insulâ Episcopi*, qui A. C. 403 valdè senex obijt, *Physiologus; sive, Excerpta ex Libris Aristotelis, Physiologi sive Exploratoris Naturæ per excellentiam dicti, de Naturâ animalium, cum Expositione & Applicatione Theologicâ*, exstant in Codice LVto. Ejusdem *Libellus de Mensuris & Ponderibus* exstat in Codice CXXXIIItio, num. 22.

EVGENICVS; vide MARCVS.

Ex EVSEBII *Pamphili Opere de Præparatione Evangelicâ Excerpta varia* exstant in Codice XImo, num. 6, & in Codice XIVto, num. 4.

EVTECNII *Sophistæ in Oppiani Cynegetica, sive, Poema de Venatione, in Libros quatuor divisum, Paraphrasis prosaica* exstat in Codice CXXVto, num. 13.

F.

Ex FLAVII *Josephi*, qui seculo post Christum *primo* floruit, *Libris septem de Bello Judaico & Excidio Vrbis Hierosolymitanæ per Titum Imp. Vespasiani filium Excerpta quædam* exstant in Codice CImo, num. 2.

G.

GABRIAS; vide BABRIAS.

GALENI, qui seculo post Christum *secundo* floruit, *Liber primus Commentariorum in Hippocratis Librum de Diætâ sive Victûs ratione in morbis acutis* exstat in Codice XCIIdo, num. 7. *Ex ejusdem Operibus Excerptum de Vrinis* exstat in Codice CXXXIIItio, num. 7.

Ex GENNADII *Scholarij*, qui ante Monachatum *Georgius Scholarius* fuit appellatus, & à *Gennadio Patriarchâ Constantinopolitano*, qui ante Patriarchatum itidem fuit appellatus *Georgius Scholarius*, planè diversus est, *Opere Schismatico adversus Latinos de Processione Spiritûs Sancti ex solo Patre Eclogæ sive Excerpta Mathusalæ, Monachi Sancti Montis Sinai*, exstant in Codice LXVIIIvo, num. 7.

GEOMETRA; vide JOANNES.

GEORGII Codini Curopalatæ, qui seculo post Christum *decimo quinto* non tantùm sub ultimis Imperatoribus Constantinopolitanis floruit, verùm etiam ipsi Vrbis Constantinopolitanæ expugnationi aliquamdiu superstes fuit, *Catalogus Officiorum Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ S. Sophiæ* exstat in Codice CXXXIIItio, num. 16.

GEORGIVS *Diæreta*; vide lit. H, ubi agitur de HERMOGENE.

GEORGII *Gemisti Plethonis*, qui seculo post Christum *decimo quinto* cum Cardinale *Bessarione* floruit, *ex Diodori Siculi Bibliothecæ Historicæ Libro secundo Excerptum de Assyriorum & Medorum Regno, & ex Appiani Alexandrini Historiarum Romanarum Libro de Bellis Syriacis Excerptum de Macedonicis Syriæ Regibus*, exstat in Codice LIIItio, num. 2 & 3. Ejusdem *Protheoria in Imp. Manuelis Palæologi Orationem funebrem in fratrem suum natu minorem Theodorum Despotam Laconiæ* exstat in Codice LXXXVIIIvo, num. 7 Ejusdem *Epistola ad Imp. Manuelem Palæologum de rebus Peloponnesiacis,*

& præcipuè quidem de Isthmo, exstat in Codice XCmo, num. 4. Ejusdem *Chorographia Thessaliæ* exstat ibidem num. 7.

Ex S. GREGORII, *Episcopi Nysseni*, qui A.C. 395 vel 396 obijt, *Hexaemero Excerpta quædam* exstant in Codice XLIIdo, num 13.

GREGORIVS, *Metropolita Corinthi*, qui aliàs etiam vocatur *Georgius*; vide lit. H, ubi agitur de HERMOGENE.

H.

HARMENOPVLVS; vide CONSTANTINVS.

In HERMOGENIS *Tarsensis*, qui seculo post Christum *secundo* sub *Imp. M. Antonino Philosopho* claruit, *Artem oratoriam Syntagma Expositionum variorum Autorum, nempe Dionysij Longini, Jamblichi, Syriani & Simplicij, qui fuerunt Gentiles; & Joannis Siculi; Joannis Geometræ, Gregorij Metropolitæ Corinthi, Joannis Doxopatræ, & Georgij Diæretæ, qui fuerunt Christiani*, exstat in Codice CXXXVIImo, num 3. Vide etiam lit. I, ubi agitur de JOANNE *Tzetze*, & lit. M, ubi agitur de MATTHÆO *Camariotâ*.

HERODIANI *Grammatici*, qui seculo post Christum *secundo* sub *Imp. Commodo* claruit, *Excerpta de Verbo* exstant in Codice CXXXVIImo, num. 4.

HESIODVS; vide lit. A, ubi agitur de ANONYMIS num. 17 & 18; lit. D, ubi agitur de DEMETRIO *Triclinio*; lit. I, ubi agitur de JOANNE *Pediasimo* & JOANNE *Protospathario*; & lit. M, ubi agitur de MANVELE *Moschopulo*.

HIPPOCRATIS *Coi*, qui seculo ante Christum *quinto* floruit, *Prognosticon de valetudine humanâ secundùm temperiem quatuor anni temporum* exstat in Codice XLVIImo, num. 15. *Ex ejusdem Operibus Excerpta quædam miscellanea* exstant in Codice CXXXIIItio, num. 15. Ejusdem *Epistola supposititia ad Ptolemæum Regem de sanitate tuendâ* exstat ibidem num. 35. Vide etiam lit. T, ubi agitur de THEOPHILO *Protospathario*.

HOMERI, qui seculo ante Christum *decimo* natus est ac floruit, seculo autem *nono* obijt, *quatuor priores Versus Libri quarti Iliados cum Joannis Pediasimi Allegoriâ anagogicâ* exstant in Codice CXXVIIIvo, num. 5. Vide etiam lit. N, ubi agitur de NONNO *Panopolita*.

JAM-

I.

JAMBLICHVS *Chalcidensis ex Cœle-Syriâ*, Philosophus Platonicus celeberrimus, qui *Imp. Constantini Magni*, filiorúmque ejus, atque etiam *Imp. Juliani Apostatæ* temporibus floruit; vide lit. H, ubi agitur de HERMOGENE.

IGNATII *Diaconi*, qui aliàs etiam cognominatur *Magister*, *Tetrasticha Jambica ex Fabulis Æsopicis Babriæ*, vulgò perperàm appellati *Gabriæ*, exstant in Codice LXXVIIIvo, num. 4, & in Codice CXXXIIItio, num. 34.

S. JOANNIS *Chrysostomi, Patriarchæ Constantinopolitani*, qui A. C. 407 obijt, *Oratio in Annunciationem Beatissimæ Virginis Deiparæ* exstat in Codice CXXXIIItio, num. 2. Ejusdem *Epistolæ quatuordecim ad diversos*, & *ejusdem Oratio in proditionem Christi & lotionem pedum*, exstant in Codice CXXXIIItio, num. 25.

S. JOANNIS *Damasceni*, qui circa annum Christi 750 obijt, *Oratio de Incorruptibili Corpore Christi, quod in Sacrâ Synaxi accipimus*, exstat in Codice LXIVto, num. 3.

JOANNES *Doxopatra*; vide lit. H, ubi agitur de HERMOGENE.

JOANNES *Geometra*; vide lit. H, ubi agitur de HERMOGENE.

JOANNIS, cognomine *Jejunatoris*, *Patriarchæ Constantinopolitani*, qui A. C. 596 obijt, *Canones Pœnitentiales* exstant in Codice XCmo, num. 10.

JOANNIS *Pediasimi, Chartophylacis Primæ Justinianæ & totius Bulgariæ*, qui seculo post Christum *decimo quarto* floruit, *Expositio in Theocriti Idyllium, quod Syrinx sive Fistula inscribitur*, exstat in Codice XXImo, num. 2, Ejusdem *Scholia paraphrastica in Hesiodi Scutum Herculis* exstant in Codice CXXVIIIvo, num. 2. Ejusdem *Allegoria anagogica in quatuor priores Libri quarti Iliados Homeri versus* exstat in eodem Codice CXXVIIIvo, num. 5. Ejusdem *Triplex modus Allegoriæ fabularum Poeticarum, nempe Physicus, Ethicus & Theologicus, cum adjunctis Exemplis*, exstat ibidem num. 6. Ejusdem *Allegoria in Hesiodi Theogoniam* exstant ibidem num. 9. Ejusdem *Poemata duo de Muliere malâ & de Muliere bonâ* exstant in Codice CXLIVto, num. 3.

JOANNIS *Protospatharij Expositio Physica in Hesiodi Poema, quod inscribitur Dies*, exstat in Codice CXXVIIIvo, num. 10.

JOANNES *Siculus*; vide lit. H, ubi agitur de HERMOGENE.

Ex JOANNIS *Tzetzæ Grammatici*, qui seculo post Christum *duodecimo* circa annum 1180 floruit, *Variâ Historiâ, versibus politicis compositâ, Fragmenta quædam* exstant in Codice XXVIImo, num. 2. Ejusdem *Epitome Artis Rhetoricæ Hermogenis, versibus politicis*, exstat in eodem Codice XXVIImo, num. 3.

JOASAPHI *Hieromonachi Judicium de Charactere Orationis funebris Imp. Manuelis Palæologi in fratrem suum natu minorem Theodorum, Despotam Laconiæ*, exstat in Codice LXXXVIIIvo, num. 7.

JOSEPHUS; vide FLAVIUS.

ISOCRATIS, *Oratoris Atheniensis* celeberrimi, qui annos natus centum & sex, secundùm *Suidam* obijt anno ante Æram Christianam 330, secundùm *Dionysium* autem *Halicarnassensem* & *Plutarchum* novennio antè, *Oratio admonitoria ad Demonicum* exstat in Codice LXVIto, num. 6.

L.

LAERTIUS; vide DIOGENES.

Ex LEONTII *Byzantini*, *Lauræ S. Sabæ prope Urbem Hierosolymitanam Monachi*, qui seculo post Christum *sexto* sub Imperatoribus *Justino Juniore*, *Tiberio Thrace* & *Mauricio* floruit, *Scholijs ex ore Theodori Abbatis & Philosophi de diversis contra S. Trinitatem hæresibus Excerpta quædam* exstant in Codice XXVIto, num. 6.

LIBANII *Sophistæ*, qui seculo post Christum *quarto* floruit, *Progymnasmata sive Exercitia Oratoria* exstant in Codice VIImo, num. 3. Ejusdem *Declamatio trigesima sexta de Moroso lapso cum antiquis Scholijs Græcis* exstat in Codice XXImo, num. 4. Ejusdem *Declamatio, in quâ Parasitus, cœnâ fraudatus, seipsum defert*, exstat in Codice XCIIdo, num. 5. Vide etiam lit. D, ubi agitur de DEMOSTHENE.

LONGINUS; vide DIONYSIUS.

M.

Ex MACARII *Metropolitæ Ancyrani Opere schismatico contra Latinos Ecloga sive Excerpta Mathusalæ, Monachi Sancti Montis Sinai*, exstant in Codice LXVIIIvo, num. 10.

MACARII *Hieromonachi Epistola ad Symeonem Hieromonachum* exstat in Codice LXXVIIIvo, num. 13.

MA-

MANVELIS *Moschopuli*, qui seculo post Christum *decimo quinto* floruit, *Expositio in Hesiodi Poema, inscriptum Dies*, exstat in Codice CXXVIIIvo, num. 11. Ejusdem *Ænigma aliquod* exstat in Codice CXXXIIItio, num. 26.

MANVELIS *Palæologi, antepenultimi Imperatoris Constantinopolitani*, qui patri suo *Joanni* in Imperio successit A. C. 1391, & A. 1425 obijt, *Oratio glorificatoria ad Deum cum Confessione & Gratiarum actione* exstat in Codice LXXXVIIIvo, num. 5, & in Codice LXXXIXno, num. 5. Ejusdem *Oratio funebris, valdè prolixa & tota ferè historica, in fratrem suum natu minorem Theodorum Despotam Laconiæ, cum præfixâ Georgij Gemisti Plethonis Protheoriâ & Joasaphi Hieromonachi Judicio de Charactere ejusdem Orationis* exstat in Codice LXXXVIIIvo, num. 7. Ejusdem *Carmen catanycticum sive compunctorium in sex Præcepta Christi* exstat in Codice LXXXIXno, num. 6. Ejusdem *Canon paracleticus ad Beatissimam Virginem Deiparam de suorum temporum calamitatibus* exstat in Codice LXXXIXno, num. 7. Ejusdem *Descriptio Imaginis Veris* exstat in Codice LXXXIXno, num. 8. Ejusdem *Meditamentum Rhetoricum, quibus verbis Temires sive Tamberlanes, Persarum & Scytharum Imperator, Bajazetem Turcarum Imperatorem, à se victum & captum, alloqui potuerit*, exstat in Codice LXXXIXno, num. 9. Ejusdem *Gratiarum actio ad Deum instar Psalmi ob interitum Bajazetis* exstat ibidem num. 10.

MARCI *Eugenici, Metropolitæ Ephesini*, qui *Concilium Florentinum*, A. C. 1438 & 1439 partim *Ferrariæ* partim *Florentiæ* celebratum, acerrimè oppugnavit, *Responsiones duæ schismaticæ ad Latinorum assertiones de Igne purgatorio* exstant in Codice LXVIIIvo, num. 3 & 4. Ejusdem *aliæ quædam Quæstiones Theologicæ* exstant ibidem num. 5. Ejusdem *Capita syllogistica adversus Latinos de Processione Spiritûs Sancti* exstant in eodem Codice LXVIIIvo, num. 6.

MARIÆ cujusdam aneponymæ *Precatio superstitiosa, seu potius magica*, exstat in Codice CXXXIIItio, num. 11. *Ejusdem aliæ quædam Precatio contra infirmitates corporis, aliáque varia mala*, exstat ibidem num. 12.

MATHVSALÆ, cognomine *Machiris, Monachi Sancti Montis Sinai*, qui circa annum Christi 1550 floruit, *Excerpta varia schismatica contra Latinos* exstant in Codice LXVIIIvo, num. 7, 8, 10. Vide etiam lit. G, ubi agitur de GENNADIO *Scholario*; lit. M, ubi agitur de S. MAXIMO & de MACARIO *Metropolitâ Ancyrano*;

no; & lit. T, ubi agitur de THEOPHANE *Metropolitâ Nicæno.*

MATTHÆI *Camariotæ Epitome Rhetorices ex Scriptis Hermogenis de Arte Oratoriâ* exſtat in Codice XCVIImo, num. 3.

MATTHÆI *Chryſocephali Epigramma funebre in Theodorum Deſpotam Laconiæ, fratrem Imp. Manuelis Palæologi*, exſtat in Codice LXXXVIIIvo, num. 7.

S. MAXIMI *Confeſſoris*, qui aliàs etiam *Monachus*, *Abbas* & *Martyr* ſolet appellari, & A. C. 662 obijt, *Fragmenta quædam de Animâ* exſtant in Codice XLIIdo, num. 12, & in Codice LXVIIIvo, num. 11. Ejuſdem *Expoſitio rectorum Eccleſiæ Catholicæ dogmatum ad Joannem Cubicularium & contra Severum atque Eutychen* exſtat in eodem Codice LXVIIIvo, num. 9. Ejuſdem *Loci communes Sententiarum ex varijs ſacris & profanis Autoribus collecti, & in Capita ſeptuaginta unum diviſi*, exſtant in Codice LXXXIIItio.

MAXIMI *Planudis*, *Monachi Conſtantinopolitani*, qui circa annum Chriſti 1353 claruit, *Epiſtola quædam* exſtat in Codice CXXXIIItio, num. 3. Ejuſdem *Verſio græca Diſtichorum Catonis cum Annotationibus græcis marginalibus & interlinearibus* exſtat in eodem Codice CXXXIIItio, num. 27.

MEMNON *Hiſtoricus*; vide lit. P, ubi agitur de PHOTIO, *Patriarchâ CPno.*

MICHAELIS *Apoſtolij Byzantini Menexenus, ſive, Dialogus de Sanctiſſimâ Trinitate, nempe utrum Judæi & Turcæ rectiùs ſimpliciter unum credant Deum, an Chriſtiani Deum Triunum*, exſtat in Codice LXIXno, num. 2. Ejuſdem *Oratio conſultoria ad ſocerum ſibi iraſcentem, cùm ad ſecundas tranſiret nuptias*, exſtat ibidem num. 3. Ejuſdem *Appellatio ad ultimum Imperatorem Conſtantinopolitanum Conſtantinum Palæologum, quâ continetur ſuſpectæ Religionis ipſius Confeſſio*, exſtat ibidem num. 4. Ejuſdem *Oratio ad Magiſtrum ſuum Joannem Argyropulum, cùm ipſe Conſtantinopoli publicè docere inciperet ſuperſtite adhuc ultimo Imperatore Conſtantinopolitano Conſtantino Palæologo*, exſtat ibidem num. 5. Ejuſdem *Epiſtolæ quadraginta quinque ad diverſos* exſtant ibidem num. 6.

MICHAEL, *Eccleſiæ Hieroſolymitanæ Syncellus*; vide lit. T, ubi agitur de THEODORO *Abucârâ.*

MOSCHI *Syracuſani*, qui ſeculo ante Chriſtum *ſecundo* circa Olympiadem 155 & deinceps floruit, *Idyllium, inſcriptum Epitaphium Dionis bubulci amatoris*, quod à nonnullis perperàm *Theocrito* attribuitur,

tribuitur, exſtat in Codice LXVIto, num. 8. Ejuſdem *Idyllium, inſcriptum Amor fugitivus*, & *Idyllium, inſcriptum Megara*, exſtant ibidem num. 10 & 11. Vide etiam lit. T, ubi agitur de THEOCRITO.

MOSCHOPVLVS; vide MANVEL.

N.

NICETÆ *Acominati Choniatæ*, qui initio ſeculi poſt Chriſtum *decimi tertij* claruit, *Fragmentum hiſtoricum* exſtat in Codice CXXVto, num. 8.

S. NILI, *ex Præfecto Vrbis Conſtantinopolitanæ Monachi & Abbatis*, qui circa annum Chriſti 440 obijt, *Capita octo de octo Spiritibus malitiæ*, ut & *Liber de Chriſtianâ Philoſophiâ*, & *Capita centum quinquaginta tria de Oratione*, exſtant in Codice LIIItio, num. 4, 5, 6.

NONNI *Panopolitæ*, qui ſeculo poſt Chriſtum *quinto* ſub *Imp. Theodoſio Juniore* floruit, *Narratio hiſtorica de morte Homeri, à S. Gregorio Nazianzeno in Scriptis ſuis memoratâ*, exſtat in Codice CXXIXno, num. 7.

O.

OPPIANVS; vide lit. E, ubi agitur de EVTECNIO *Sophiſtâ*.

P.

Ex PAVLI *Æginetæ Opere de Re Medicâ Caput ultimum Libri ultimi de Ponderibus & Menſuris* exſtat in Codice CXXXIIItio, num. 6.

PEDIASIMVS; vide JOANNES.

PHOTII, *Patriarchæ Conſtantinopolitani*, qui A.C. 858 Patriarchalem Thronum per fraudem & vim invaſit, *Fragmentum ſchiſmaticum de Proceſſione Spiritûs Sancti* exſtat in Codice XLIIItio, num. 2. Ejuſdem *Excerpta ex Hiſtoriâ Memnonis de rebus Heracleæ Ponticæ* exſtant in Codice CXXVto, num. 6. Ejuſdem *Excerptum ex Diodori Siculi Hiſtoriarum Libro trigeſimo ſecundo de prodigioſâ mutatione cujuſdam fœminæ in virum, quæ mortem Alexandrini Magni præceſſit*, exſtat in Codice CXXVto, num. 7.

PLVTARCHI *Chæronenſis*, Philoſophi & Hiſtorici celeberrimi, qui ſeculis poſt Chriſtum *primo* & *ſecundo* ſub *Imppp. Domitiano, Ner-*

vâ & *Trajano* floruit, *Vitæ duorum Imperatorum Galbæ & Othonis* exſtant in Codice LXXIVto & LXXVto.

R.

RHODIORVM *Juris navalis, ex Libro decimo quarto Digeſtorum excerpti, Capita poſteriora tredecim* exſtant in Codice XCmo, num. 9.

S.

SIMPLICIVS *Cilix*, qui ſeculo poſt Chriſtum *ſexto* ſub *Impp. Juſtino Seniore* & *Juſtiniano I* ſive *Magno* floruit; vide lit. H, ubi agitur de HERMOGENE.

SOPATRI *Apamenſis*, Sophiſtæ celeberrimi, qui juſſu *Imp. Conſtantini Magni*, cui familiaris fuerat, tandem ſecuri percuſſus eſt, *Vita Ariſtidis & Prolegomena de Charactere Orationum Ariſtidis* exſtant in Codice IVto, num. 2. Ejuſdem *Sopatri Hypotheſis duarum Ariſtidis Orationum contra Platonem pro Rhetoricâ* exſtat in eodem Codice IVto, num. 3.

STEPHANI *Athenienſis Medici & Philoſophi Remedia quædam contra dolores dentium & capitis, alióſque nonnullos morbos* exſtant in Codice LImo, num. 6.

SYRIANVS *Alexandrinus*, *Philoſophus Platonicus*, qui circa annum Chriſti 470 floruit; vide lit. H, ubi agitur de HERMOGENE.

T.

In THEOCRITI *Syracuſani*, qui ſeculo ante Chriſtum *tertio* ſub *Ptolemæo Lagide* & *Ptolemæo Philadelpho* floruit, *Idyllium, quod Syrinx ſive Fiſtula inſcribitur*, *Expoſitio Joannis Pediaſimi* exſtat in Codice XXImo, num. 2. Ejuſdem *Theocriti Idyllium, inſcriptum Europa à Jove rapta*, quod aliàs perperàm *Moſcho Syracuſano* attribuitur, exſtat in Codice LXVIto, num. 9. Vide etiam lit. M, ubi agitur de MOSCHO *Syracuſano.*

THEODORI *Abucaræ*, *Epiſcopi Cariæ*, qui ſeculo poſt Chriſtum *nono* floruit, *Opuſcula quædam contra hæreticos & infideles* exſtant in Codice XXVI, num. 7, & in Codice LXXVIImo, num. 7. Ibidem quoque exſtat *Thomæ Patriarchæ Hieroſolymitani Epiſtola adverſus Armenios hæreticos, à Theodoro Abucarâ Arabicè dictata, & à Michaele Eccleſiæ Hieroſolymitanæ Syncello in Linguam Græcam tranſlata, & cum eodem tranſmiſſa.*

Ex

Ex THEOPHANIS *Metropolitæ Nicæni Libro quarto contra Judæos Ecloga sive Excerpta Mathusalæ, Monachi Sancti Montis Sinai, de Processione Spiritûs Sancti ex solo Patre* exstant in Codice LXVIII-vo, num. 8.

THEOPHILI *Protospatharij Scholia in Hippocratis Aphorismos* exstant in Codice XCmo, num. 8.

THOMÆ *Israelitæ Liber de Infantiâ Christi* exstat in Codice CXLIVto, num. 4.

THOMAS *Patriarcha Hierosolymitanus*; vide suprà, ubi agitur de THEODORO *Abucarâ*.

S. TRYPHONIS *Martyris*, qui A. C. 250 sub *Imp. Decio Nicææ* in *Bithyniâ* passus est, *Exorcismus suppositiius Insectorum aliorúmque animalium, quæ hortis, vineis & agris noxam ac perniciem inferunt*, exstat in Codice CXXXIIItio, num. 10.

V.

Ex VARINI *Phavorini*, seu potiùs *Favorini, Camertis, Episcopi Nucerini*, qui sub *Papâ Leone Decimo* floruit, *Lexico Græco Annotamentum de Origine Alphabeti Græcorum* exstat in Codice CXXXIIItio, num. 14.

EJVSDEM INDICIS SECVNDI

Repetitio succincta *secundùm differentiam materiarum*, simul & *respectu temporis*, quo suprà memoratorum Operum manuscriptorum Græcorum, *ad Philosophiam propriè dictam non pertinentium*, Autores vel floruerunt, vel obierunt.

Ex jam memoratis Autoribus respectu Operum, *ad Philosophiam propriè dictam non pertinentium*, pertinent

AD CLASSEM THEOLOGICAM

S. TRYPHO *Martyr*, qui A. C. 250 passus est;

EVSEBIVS *Pamphili*, Cæsareæ in Palæstinâ Episcopus Arianus, qui A. C. 340 obijt;

S. ATHANASIVS, Archiepiscopus Alexandrinus, qui A. C. 373 obijt;

S. BASILIVS *Magnus*, Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopus, qui Cal. Januarij A. C. 378 obijt;

S. GREGORIVS, *Episcopus Nyssenus*, qui A. C. 395 vel 396 obijt;

S. EPIPHANIVS, qui A. C. 403 valdè senex obijt;

S. JOANNES *Chrysostomus*, qui A. C. 407 obijt;

S. NILVS, *ex Præfecto Vrbis Constantinopolitanæ Monachus & Abbas*, qui circa A. C. 440 obijt;

S. CYRILLVS, Archiepiscopus Alexandrinus, qui A. C. 444 vel 445 obijt;

LEONTIVS *Byzantinus*, qui seculo post Christum *sexto* sub *Imp. Justino Juniore, Tiberio Thrace* & *Mauricio* floruit;

JOANNES *Nesteuta* sive *Jejunator*, Patriarcha Constantinopolitanus, qui A. C. 596 obijt;

S. ANASTASIVS *Sinaita*, Patriarcha Antiochenus, qui A. C. 599 obijt;

S. MAXIMVS *Confessor*, qui A. C. 662 obijt;

S. JOANNES *Damascenus*, qui circa annum Christi 750 obijt;

PHOTIVS, Patriarcha Constantinopolitanus, qui Patriarchalem Thronum per fraudem & vim invasit A. C. 858;

THEODORVS *Abucara*, *Episcopus Cariæ*; qui seculo post Christum *nono Photio* Patriarchæ CPno fuit synchronus;

THOMAS *Patriarcha Hierosolymitanus*, Theodoro Abucaræ synchronus;

MICHAEL, *Ecclesiæ Hierosolymitanæ Syncellus*; Theodoro Abucaræ synchronus;

MANVEL *Palæologus*; antepenultimus Imperator Constantinopolitanus, qui cœpit imperare A. C. 1391, & A. 1425 obijt;

MARCVS *Eugenicus*, *Metropolita Ephesinus*, Concilij Florentini, A. C. 1438 & 1439 celebrati, antagonista sive oppugnator;

GEORGIVS *Scholarius*, in Monachatu dictus *Gennadius*, qui seculo post Christum *decimo quinto* floruit;

MATHVSALA, cognomine *Machir*, *Monachus Sancti Montis Sinai*, qui circa annum Christi 1550 floruit;

ANONYMI Autores ætatis incertæ num. 1, 3, 4, 5, 6, 7.

MACARIVS *Metropolita Ancyranus* ætatis incertæ;

MARIA quædam aneponyma ætatis incertæ;

THEOPHANES *Metropolita Nicænus* ætatis incertæ;

AD CLASSEM JVRIDICAM

Imp. BASILIVS *Macedo*, qui cœpit imperare A. C. 867, & A. 886 obijt;

RHODIORVM *Jus navale*;

AD CLASSEM MEDICAM

HIPPOCRATES *Cous*, qui seculo ante Christum *quinto* floruit;

ASCLEPIADES *Myrleanus*, Medicus, qui anno ante Æram Christianam 68 & deinceps floruit.

DIOSCORIDES *Anazarbensis*, qui seculo ante Christum *primo* sub *Impp. C. Julio Cæsare* & *Augusto* floruit;

CLAVDIVS *Galenus*, qui circa finem seculi post Christum *secundi* obijt;

ANONYMI Autores ætatis incertæ num. 8, 9, 10, 11, 12.

PAVLVS

PAVLVS *Ægineta* ætatis incertæ;
THEOPHILVS *Protospatharius* ætatis incertæ;
STEPHANVS *Athenienſis* ætatis incertæ;

AD CLASSEM HISTORICAM

ÆSOPVS *Phryx*, qui ſeculo ante Chriſtum *ſexto* floruit;

DIODORVS *Siculus*, qui ſeculo ante Chriſtum *primo* ſub *Impp. C. Julio Cæſare* & *Auguſto* floruit;

MEMNON Hiſtoricus, qui ſeculo ante Chriſtum primo ſub *Impp. C. Julio Cæſare & Auguſto* floruit;

FLAVIVS *Joſephus*, qui ſeculo poſt Chriſtum *primo* ſub *Imp. Veſpaſiano* & deinceps floruit uſque ad *Imp. Domitiani* interitum;

PLVTARCHVS *Chæronenſis*, qui ſeculis poſt Chriſtum *primo* & *ſecundo* ſub *Imppp. Domitiano, Nervâ* & *Trajano* floruit,

APPIANVS *Alexandrinus*, qui quidem ſeculo poſt Chriſtum *ſecundo* ſub *Impp. Trajano* & *Hadriano* vixit, ſed potiſſimùm ſub *Imp. Antonino Pio* floruit;

DIOGENES *Laertius*, qui ſeculo poſt Chriſtum *ſecundo* ſub *Imp. Antonino Pio* floruit;

NONNVS *Panopolita*, qui ſeculo poſt Chriſtum *quinto* ſub *Imp. Theodoſio Juniore* floruit;

NICETAS *Acominatus Choniates*, qui initio ſeculi poſt Chriſtum *decimi tertij* claruit;

GEORGIVS *Codinus*, qui ſeculo poſt Chriſtum *decimo quinto* floruit, & Vrbis Conſtantinopolitanæ expugnationi aliquamdiu fuit ſuperſtes;

ANONYMI Autores ætatis incertæ num. 2, 13, 14, 15.

IGNATIVS *Diaconus* ætatis incertæ;

THOMAS *Iſraelita* ætatis incertæ;

AD CLASSEM PHILOLOGICAM

HOMERVS, qui ſeculo ante Chriſtum *decimo* natus eſt ac floruit, ſeculo autem *nono* obijt;

HESIODVS Poeta, qui ſeculo ante Chriſtum *nono* natus eſt ac floruit, ſeculo autem *octavo* obijt;

ISOCRATES, Orator Athenienſis, qui ſecundùm *Suidam* anno ante Æram Chriſtianam 330 obijt;

DEMOSTHENES, Orator Athenienſis, qui anno ante Æram Chriſtianam 322 veneno ſibi necem conſcivit.

THEOCRITVS *Syracuſanus*, qui ſeculo ante Chriſtum *tertio* ſub *Ptolemæo Lagide* & *Ptolemæo Philadelpho* floruit;

MOSCHVS *Syracuſanus*, qui ſeculo ante Chriſtum *ſecundo* floruit;

M. PORCIVS *Cato*, cognomine *Major* vel *Cenſorius*, qui Conſul fuit anno ante Æram Chriſtianam 195;

DIO *Chryſoſtomus*, qui ſeculo poſt Chriſtum *ſecundo* ſub *Imp. Trajano* potiſſimùm floruit;

DIOGENIANVS *Heracleota*, Parœmiographus, qui ſeculo poſt Chriſtum *ſecundo* ſub *Imp. Hadriano* floruit;

ARISTIDES *Adrianensis*, Rhetor, qui seculo post Christum *secundo* præcipuè floruit sub *Imp. M. Antonino Philosopho*;

HERMOGENES *Tarsensis*, qui seculo post Christum *secundo* sub *Imp. M. Antonino Philosopho* claruit;

HERODIANVS *Grammaticus*, qui seculo post Christum *secundo* sub *Imp. Commodo* claruit;

OPPIANVS *Cilix*, qui seculo post Christum *tertio* sub *Impp. Septimio Severo* & *Antonino Caracallâ* floruit;

DIONYSIVS *Longinus*, qui seculo post Christum *tertio Zenobia* Palmyrenorum Reginæ & *Porphyrij* Philosophi fuit præceptor;

SOPATER *Apamensis*, Sophista, qui jussu *Imp. Constantini Magni* securi percussus est seculo post Christum *quarto*;

JAMBLICHVS *Chalcidensis*, qui sub *Imp. Constantino Magno* ejúsque filijs, atque etiam sub *Juliano Apostatâ* floruit;

LIBANIVS Sophista, qui seculo post Christum *quarto* floruit;

SYRIANVS *Alexandrinus*, Philosophus Platonicus, qui circa annum Christi 470 floruit;

SIMPLICIVS *Cilix*, qui seculo post Christum *sexto* sub *Impp. Justino Seniore* & *Justiniano Magno* floruit;

JOANNES *Tzetzes*, Grammaticus, qui circa annum Christi 1180 floruit;

CONSTANTINVS *Harmenopulus*, qui circa annum Christi 1345 floruit;

MAXIMVS *Planudes*, Monachus Constantinopolitanus, qui circa annum Christi 1353 claruit;

JOANNES *Pediasimus*, Chartophylax Primæ Justinianæ & totius Bulgariæ, qui seculo post Christum *decimo quarto* floruit;

DEMETRIVS *Chrysoloras*, synchronus *Imp. Manueli Palæologo*, qui cæpit imperare A. C. 1391, & A. 1425 obijt;

JOASAPHVS *Hieromonachus*, *Imp. Manueli Palæologo* synchronus;

MATTHÆVS *Chrysocephalus*, *Imp. Manueli Palæologo* synchronus;

MANVEL *Moschopulus*, qui seculo post Christum *decimo quinto* floruit;

GEORGIVS *Gemistus Pletho*, qui seculo post Christum *decimo quinto* cum *Cardinale Bessarione* floruit;

MICHAEL *Apostolius* Byzantinus, *Georgio Gemisto Plethoni* synchronus, qui seculo post Christum *decimo quinto* floruit;

VARINVS *Phavorinus Camers*, Episcopus Nucerinus, qui seculo post Christum *decimo sexto* sub Papâ *Leone Xmo* floruit;

ANONYMI Autores ætatis incertæ num. 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24.

DEMETRIVS *Triclinius* ætatis incertæ;

EVTECNIVS Sophista ætatis incertæ;

GEORGIVS *Diareta* ætatis incertæ;

GREGORIVS, *Metropolita Corinthi*, ætatis incertæ;

JOANNES *Doxopatra* ætatis incertæ;

JOANNES *Geometra* ætatis incertæ;

JOAN-

INDEX TERTIVS

RERVM OBSERVATV DIGNARVM, QVÆ RECENSIONI SVPRA ENVMERATORVM CENTVM QVADRAGINTA SEX CODICVM MANVSCRIPTORVM GRÆCORVM PHILOSOPHICORVM PROPRIE DICTORVM SPARSIM INSERTÆ, AVT MARGINATIM ANNOTATÆ SVNT.

A.

D.

Diogenes

Ὕπατος

I.

L.

M.

N.

O.

P.

T.

V.

Vitaliani

INDICIS TERTII LIBRI SEPTIMI COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI. FINIS.



COLLATIO NOVI ET ANTIQVI NVMERI CODICVM MANVSCRIPTORVM GRÆCORVM PHILOSOPHICORVM PROPRIE' DICTORVM CENTVM QVADRAGINTA SEX, DE QVIBVS SEPTIMO HOC COMMENTARIORVM LIBRO SECVNDV'M PRÆSENTEM COLLOCATIONIS EORVM ORDINEM SINGVLATIM ACTVM EST.

Numerus *novus:*	Numerus *antiquus:*	Numerus *novus:*	Numerus *antiquus:*
1	4.	30	16.
2	15.	31	253.
3	31.	32	81.
4	sine numero.	33	69.
5	13.	34	8.
6	137.	35	3.
7	162.	36	47.
8	sine numero.	37	35.
9	5.	38	36.
10	sine numero.	39	27.
11	sine numero.	40	67.
12	sine numero.	41	114.
13	168.	42	65.
14	sine numero.	43	59.
15	sine numero.	44	262.
16	33.	45	10.
17	34.	46	93.
18	sine numero.	47	261.
19	7.	48	40.
20	sine numero.	49	86.
21	sine numero.	50	171.
22	sine numero.	51	82.
23	170.	52	28.
24	38.	53	sine numero.
25	48.	54	108.
26	91.	55	sine numero.
27	47.	56	260.
28	sine numero.	57	237.
29	12.	58	113.

Numerus

Numerus *novus:*	Numerus *antiquus:*	Numerus *novus:*	Numerus *antiquus:*
59	- - - 2.	96	- - - 75.
60	- - - 22.	97	- - - 268.
61	- - - 244.	98	- - - 269.
62	- - ſine numero.	99	- - ſine numero.
63	- - - 49.	100	- - ſine numero.
64	- - - 267.	101	- - - 120.
65	- - ſine numero.	102	- - - 82.
66	- - - 136.	103	- - - 151.
67	- - ſine numero.	104	- - ſine numero.
68	- - - 94.	105	- - ſine numero.
69	- - - 32.	106	- - - 152.
70	- - - 23.	107	- - - 238.
71	- - - 148.	108	- - - 143.
72	- - - 98.	109	- - ſine numero.
73	- - - 66.	110	- - ſine numero.
74	- - - 6.	111	- - - 239.
75	- - - 18.	112	- - ſine numero,
76	- - - 142.	113	- - ſine numero.
77	- - - 39.	114	- - ſine numero.
78	- - - 103.	115	- - - 119.
79	- - - 271.	116	- - ſine numero,
80	- - - 282.	117	- - ſine numero.
81	- - - 235.	118	- - - 156.
82	- - - 277.	119	- - - 157.
83	- - - 125.	120	- - ſine numero.
84	- - ſine numero.	121	- - ſine numero.
85	- - ſine numero.	122	- - - 226.
86	- - ſine numero,	123	- - - 190.
87	- - ſine numero.	124	- - - 159.
88	- - ſine numero.	125	- - ſine numero.
89	- - - 167.	126	- - - 165.
90	- - ſine numero.	127	- - - 327.
91	- - - 77.	128	- - - 181.
92	- - - 240.	129	- - - 158.
93	- - - 76.	130	- - ſine numero.
94	- - - 178.	131	- - - 273.
95	- - ſine numero.	132	- - Theolog. 289

Numerus *novus:*	Numerus *antiquus:*	Numerus *novus:*	Numerus *antiquus:*
133 - - -	115.	140 - - -	161.
134 - - -	154.	141 - - -	155.
135 - - -	252.	142 - - -	60.
136 - - -	129.	143 - - -	96.
137 - -	sine numero.	144 - - -	141.
138 - -	sine numero.	145 - - -	144.
139 - -	sine numero.	146 - - -	97.

Ex jam enumeratis

Codicibus manuscriptis Philosophicis Græcis

sunt

Membranacei septendecim;

nempe secundùm Numerum novum 1^{mus}, 6, 23, 34, 35, 36, 59, 66, 72, 73, 77, 81, 88, 89, 103, 115, 143;

Chartacei autem centum viginti novem:

nempe secundùm Numerum novum 2^{dus}, 3, 4, 5, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 60, 61, 62, 63, 64, 65, 67, 68, 69, 70, 71, 74, 75, 76, 78, 79, 80, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100, 101, 102, 104, 105, 106, 107, 108, 109, 110, 111, 112, 113, 114, 116, 117, 118, 119, 120, 121, 122, 123, 124, 125, 126, 127, 128, 129, 130, 131, 132, 133, 134, 135, 136, 137, 138, 139, 140, 141, 142, 144, 145, 146.



LIBRI SEPTIMI COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI

APPENDIX,

QVA CONTINENTVR VARIA ADDITAMENTA, NON SOLVM AD JAM MEMORATVM LIBRVM SEPTIMVM, VERVM ETIAM AD PRIORES SEX LIBROS PERTINENTIA.

ADDITAMENTVM I,

pertinens ad Libri *tertij* pag. 46 & 47, ubi exhibetur *Hippolyti Thebani Fragmentum de Genealogiâ Christi*, & ad ejusdem Libri pag. 52 & 53, ubi exhibetur *S. Sophronij Patriarchæ Hierosolymitani Fragmentum de Baptismate Sanctorum duodecim Apostolorum.*

Cùm Libro *tertio* horum Commentariorum, in recensione Codicum manuscriptorum Theologicorum Græcorum *vigesimi noni* & *trigesimi quarti*, necessariò à me fuerit indicandum, exstare in eorum priori *Fragmentum de Genealogiâ Christi & Beatissimæ Matris ipsius Mariæ*, ex *Hippolyti Thebani* Opere Chronologico desumptum, in posteriori autem *Fragmentum de Baptismate Sanctorum duodecim Apostolorum*, desumptum ex *S. Sophronij Patriarchæ Hierosolymitani* Commentarijs; cúmque ob variantes Lectiones, quibus Fragmenta illa manuscripta ab editionibus impressis discrepant, integra ea ibi exhibuerim, & Annotationibus marginalibus illustraverim, ideóque (1) non potuerim occultare, quòd

(1) *Nempe eâdem ratione, ut* R. P. Dionysius Petavius *S. I. in editione Operum S. Epiphanij*, R. P. Fronto Ducæus *S. I. in editione Historiæ Ecclesiasticæ Nicephori Callisti*, *V. Cl.* Henricus Canisius *IC. & SS. Canonum in Academiâ Ingolstadiensi Professor ordinarius in editione Chronici Hippolyti Thebani*, *Em. Card.* Baronius *in apparatu ad Annales Ecclesiasticos*, & *R. P.* Christophorus de Castro *S. I. in Historiâ Deiparæ Virginis Mariæ, eandem traditionem, licet eam omninò improbarent, non tamen potuerunt occultare & dissimulando aut omittendo supprimere.*

quòd in utroque illo Fragmento expreſsè traditur, *S. Joſephum, Chriſti Nutritium, antequam Sponſus fieret Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, veram habuiſſe uxorem, nomine Salomen, & ex eâ quatuor filios, & duas vel tres filias ſuſcepiſſe*, minimè velim hanc iſtius traditionis mentionem à quoquam ita accipi, ut communem atque receptam Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ ſententiam de *perpetuâ S. Joſephi Virginitate* vel ignorare vel improbare exiſtimer. Si quis enim ipſa Commentariorum meorum ſuprà memorata loca rectè inſpexerit, ne unicum quidem ibi inveniet verbulum, ex quo bonâ fide poſſit elici, me alteram illam contrariam opinionem de *S. Joſephi* cum *Salome* matrimonio ullatenùs affirmare, eámque autoritate *S. Sophronij* & *Hippolyti Thebani* velle renovare ac defendere; contra autem re verâ animadvertet, propugnatores Virginitatis *S. Joſephi* magnas mihi debere gratias, quia duorum illorum contrariorum Teſtimoniorum fides per variantium lectionum à me ibi exhibitam diſcrepantiam non mediocriter labefactatur. Vt igitur omnem ſiniſtram ſuſpicionem à me prorsùs amoliar, exhibeo hîc ex Eminentiſſimi Cardinalis *Baronij* Apparatu, qui Annalium Eccleſiaſticorum Tomo primo præfixus eſt, integrum illum lectu digniſſimum locum à § 59 uſque ad § 68, ubi is de totâ illâ controverſiâ piè, doctè ac verè diſſerit, &, refutatâ contrariâ traditione, *perpetuam S. Joſephi Virginitatem* ſolidiſſimè demonſtrat & validiſſimè tuetur his verbis: *Quid porrò, adveniente ætatis nubilis tempore, non ſine divino conſilio de Sanctiſſimâ Virgine Mariâ, quæ ſe voto virginitatis perpetuæ Deo conſecrâſſet, à Sacerdotibus Hieroſolymitanis ſtatutum eſſet, S. Gregorius Nyſſenus (1) his verbis recitat: Cùm puella creviſſet, & adulta eſſet, Sacerdotes conſilium agitare, ne quid de ſacro illo corpore ſtatuentes in Deum peccarent, cœperunt. Nam ſubjugare eam legi naturæ, & addicere quaſi ſervam; ſi quis eam in matrimonium duceret, res longè abſurdiſſima, minimèque decora videbatur. Sacrilegum enim prorsùs exiſtimabatur, ſi homo jus ac poteſtatem in donarium, quod Deo conſecratum & dedicatum eſſet, haberet; quoniam legibus ſancitum & conſtitutum eſt, ut vir poteſtatem habeat in uxorem: ut autem intra Templum unà cum Sacerdotibus mulier verſaretur, & in ſanctis conſpiceretur, neque uſitatum erat, & ſimul gravitas & honeſtas rei non aderat. Deliberantibus igitur eis ſuper hâc re, divinitùs incidit conſilium, ut darent eam cuidam viro nomine deſponſationis; is autem ad cuſtodiendam virginitatem ejus eſſet idoneus. Inventus eſt igitur Joſeph talis, qualem ratio conſilij requirebat, ex eâdem cum Virgine Familiâ & Tribu, iſque de conſilio Sacerdotum ſibi puellam deſpondet;*

(1) *In Oratione de Sanctâ Chriſti Nativitate.*

con-

conjunctio autem non ultra sponsalia progrediebatur. Hæc S. Gregorius. His consentientia S. Epiphanius (1) scripsit, cùm ait: Primùm enim quando Virgo tradebatur ipsi Joseph, sortibus cogentibus ipsam ad hoc venire, non tradita est ipsi ad conjunctionem (si verum dicere oportet) quoniam VIDVVS erat, sed propter legem quidem vir ipsius vocatus est. Juxta consequentiam verò ex Judæorum traditione ostenditur, quòd non conjunctionis gratiâ ipsi tradebatur Virgo, sed quò conservaretur in testimonium futurorum, quòd non spuria dispensatio adventûs in carne accessit, sed quæ testimonia haberet in veritate, extra semen viri in Spiritu sancto dispensata in veritate. Hæc S. Epiphanius. Sed quòd affirmat, VIDVVM fuisse Joseph, exactiorem requirit indaginem. Cùm itaque ijdem dicant, ex Sacerdotum consilio, divino confirmante assensu, datum Joseph sponsum Virgini, non ad opus conjugij, sed potissimùm ob virginitatis custodiam, & non prolis causâ, votum Deo factum de eâ conservandâ, satis affirmare videntur. Fuit tamen de Mariæ voto aliorum sententia, nimirum Beatissimam Virginem, postquam est desponsata, votum virginitatis, quod animo diu conceperat, sponso assentiente, verbis expressisse. Horum auctor est S. Thomas (2), quem complures sunt secuti. Perfacile fuit id suaderi homini justo, ab illâ præsertim, quæ & Deum ipsum (si ita licet dicere) in suum traxit obsequium. Quidni præstaret hoc justus, quod Pharisæi ad præscriptum tempus, & Esseni in perpetuum eâ ætate observabant. Jam verò reliquum est, antequam cœptam historiam ulteriùs prosequamur, de Sancti Josephi Sanctissimæ Virginis sponsi statu disserere, VIDVVS ne fuerit, an cælibem vitam usque ad Mariæ desponsationem duxerit, sicque semper VIRGO permanserit. ANTIQVA est hæc QVÆSTIO, quæ & VTRIVSQVE PARTIS GRAVISSIMOS habuit ASSERTORES. Invaluit olim nonnullorum antiquorum Patrum opinio, illos qui in Evangelio FRATRES DOMINI dicti inveniuntur, Judam Thadæum, Simonem, Joseph, & Jacobum Minorem nominatum, ex Joseph & uxore, quam longè ante sponsalia Virginis duxerat, esse susceptos. Habuit, inquit, S. EPIPHANIVS, (3) hic Joseph primam suam uxorem ex Tribu Juda, & peperit hæc ipsi liberos numero sex, quatuor masculos & duas femellas, quemadmodum Evangelium secundùm Matthæum & secundùm Marcum declaraverunt. Hæc S. Epiphanius; existimans nimirùm, omnes quos fratres Domini Evangelistæ nominant, esse ex Joseph, ex primâ, quam putat habuisse, uxore progenitos. Qui huic opinioni adhæserunt, recensentur complures antiquorum Patrum, ac inprimis HIPPOLYTVS

(1) *In Panario, hæres. 78 adversus Antidicomarianitas, & in Ancorato fusiùs.*

(2) *Part. 3 q. 28 art. 4.*

(3) *In Panario, hæres. 78 adversùs Antidicomarianitas.*

LYTVS PORTVENSIS (1), qui ait, Joseph ex uxore suâ SALOME genuisse quatuor masculos, Jacobum, Simonem, Judam & Joseph; duas itidem filias Esther & Thamar. Testatur de filijs S. Joseph etiam ORIGENES (2), EVSEBIVS (3), idem, qui suprà, EPIPHANIVS (4) sæpiùs, GREGORIVS NYSSENVS (5), JOANNES CHRYSOSTOMVS (6), & alij (7) Græcorum; Latinorum autem HILARIVS (8) & AMBROSIVS (9). Quo autem fundamento innitantur hi, qui in hanc sententiam abierunt, & è quo fonte ista hauserint, Origenes (10) testatur his verbis: Fratres autem Jesu putabant nonnulli esse ex traditione Hebræorum sumptâ occasione ex Evangelio, quod titulum habet, juxta Petrum, aut ex Libro Jacobi, filios Joseph ex priore uxore, quæ convixerat ipsi, antequam duceret Mariam. Hæc ille. S. Hieronymus (11) adversus hos, qui ex apocryphis isthæc hauserunt, declamans, hæc ait: Quidam fratres Domini de aliâ uxore Joseph filios suspicantur, sequentes deliramenta apocryphorum, & à quâdam Escha mulierculâ confingentes. Nos autem, sicut in Libro, quem contra Helvidium scripsimus, continetur, FRATRES DOMINI, non FILIOS JOSEPH, sed CONSOBRINOS SALVATORIS, Mariæ liberos intelligimus materteræ Domini, quæ esse dicitur mater Jacobi Minoris, & Joseph, & Judæ, quos in alio loco Evangelij, Fratres Domini legimus appellatos. Fratres autem consobrinos dici omnis Scriptura demonstrat. Hæc S. Hieronymus, ac doctè quidem. Quæ enim vel S. Petri aut S. Jacobi nomine ferebantur Pseudoevangelia, à Leucio seu Seleucio quodam fuisse confictà, testatur Innocentius (12) Papa: De his & Gelasius (13): Evangelium, inquit, nomine Petri apocryphum; Evangelium nomine Jacobi Minoris apocryphum. Fuit igitur de his aliorum magis probabilis ac recepta sententia, Joseph non bigamum, nec aliud ante Sanctissimam Virginem inijsse conjugium. Hujus fortissimus adstipulator, seu potiùs auctor, Hieronymus (14) adversus Helvidium, infamem hæresiarcham, pugnans, hæc ait: Tu dicis, Mariam virginem non permansisse; ego mihi plus vendico, etiam ipsum Joseph virginem fuisse per Mariam, ut ex virginali conjugio virgo filius nasceretur. Si enim in virum sanctum fornicatio non cadit, & aliam eum uxorem habuisse non scribitur, Maria autem, quam putatus est habuisse, custos potiùs fuit, quàm maritus, relinquitur eum virginem mansisse cum Mariâ, qui Pater Domini meruit appellari. Hæc ille. In eandem sententiam etiam S. Augustinus (15): Habe, inquit, Joseph cum

(1) Apud Nicephorum Hist. Ecclef. lib. 2 cap. 3.
(2) In Matth 13.
(3) Hist. Ecclef. lib. 2 cap. 1.
(4) In Panario hæref. 28, 51, 78, & in Ancorato.
(5) Homil. de Refurrect. Christi 2.
(6) Homil. de Annunciat. Virginis.
(7) THEOPHYLACTVS in Matth. 6. 7, EVTHYMIVS in Matth. cap. 2.
(8) In Matth. c. 1.
(9) In Epist. ad Galat. c. 1.
(10) Vbi suprà in Matth 13.
(11) In Matth. 12 in fin.
(12) Epist. 3 ad Exuperium.
(13) Concil. Rom. III de Scriptis Apocryphis.
(14) In Helvidium prope finem. (15) Serm. 14 in Nativit. Domini.

cum Mariâ conjuge tuâ communem virginitatem membrorum, quia de Virginis membris virtus nascitur Angelorum. Sit Maria sponsa Christi in carne suâ, virginitate servatâ; sis autem & tu Pater Christi curâ castitatis & honorificentiâ virginitatis, ut de virgineis membris Genitricis seculis Christianis nulla sit Zelotypia. Idem & paulo pòst: *Gaude itaque Joseph, nimiúmque congaude virginitati Mariæ, qui solus meruisti virginalem affectum possidere conjugij, quia per meritum virginitatis ita separatus es à concubitu uxoris, ut Pater dicaris Salvatoris.* Hæc S. Augustinus. Consentit & his Theodoretus (1), dum ait: *Vocatur quidem Jacobus Frater Domini, sed non erat naturâ; sed nec fuit Josephi filius, ut quidam existimârunt, ex priori matrimonio natus, sed erat quidem Cleophæ filius, Domini enim consobrinus.* Hæc Theodoretus. Huic sententiæ cæteri omnes (2), qui posteà vixerunt, Latinorum orthodoxi Scriptores consenserunt, adeò ut Petrus Damiani, suorum temporum Scriptor nobilissimus, dicat magnâ fiduciâ, Ecclesiæ fidem in eo esse, ut non modò Deipara, verùm etiam putativus Pater atque Nutricius virgo habeatur. Certè quidem, quantum probabilibus conjecturis agere licet, quomodo non homini virgini Deus Virginem, ex quâ carnem suscepturus erat, tradidisset, si factus homo, ex hoc Mundo migraturus ad Patrem, eandem jam senescentem nonnisi virgini commendavit? Quod autem ad historicam veritatem spectat, totius hujus Quæstionis cardo in eo vertitur, ut efficaci demonstretur ratione, illos, qui in Evangelio dicti sunt FRATRES DOMINI, alterius potiùs esse filios, nec ad Josephum ullatenùs pertinere. Sanè quidem usitatam in Divinis Scripturis esse consuetudinem, quisque curiosus investigator facilè intelliget, ut nomini proprio filij nomen etiam proprium patris subjungatur, ut, cùm dicimus Jacobum Zebedæi, filium ipsius Zebedæi intelligamus. Ex quâ quidem regulâ, mille exemplis in Scripturâ testatâ, illud infertur, quòd, qui dicti sunt Fratres Domini, non alium habuerunt patrem, quàm eum, cujus esse dicuntur. Unde Jacobus, & ipse dictus Frater Domini, cùm Jacobus Alphæi ab Evangelistis (3) nominatus habeatur, eum utique non alio quàm Alphæo patre genitum jure dixerimus. An verò eodem parente procreati sint cæteri, qui & Fratres Domini à S. Matthæo (4) dicuntur, dum ait: *Fratres ejus Jacobus, & Joseph, & Simon, & Judas, & sorores ejus, nonne omnes apud nos sunt?* De Josepho nulla est dubitatio, fuisse germanum Jacobi, testantibus id Evangelistis; de cæteris autem haud facilè his consenserimus, qui putant hos omnes fuisse germanos, ijsdemque paren-

Xx tibus

(1) *In Epist. ad Galat. c. 1 in fine.*

(2) Beda, Albinus Flaccus Alcuinus, Bernhardus, Anselmus, Rupertus, Thomas Aquinas, Gerson *& alij recentiores, &* Lipomannus *uberiùs in schol. præposito hom. Chrysost. de Annunciatione.* Petrus Damianus *Epist. 11 c. 4 ad Nicol. Rom. Pontificem. Hic similia* Gerson *Serm. de Nativit. Mariæ.*

(3) *Matth. 10, Marc. 3, Luc. 6, Act. 15.*

(4) *Cap. 13.*

tibus natos, nullâ aliâ de causâ, nisi quòd simul sint nominati. Sed eâdem ratione, quòd, dum nominantur Jacobus Minor & Joseph filij Mariæ uxoris Alphæi, ut modò dicemus, prætermittuntur verò Simon & Judas, eos alijs parentibus esse genitos, credere suademur. Sed quibusnam parentibus exorti sint Simon & Judas, dicemus inferiùs. Cùm igitur ex nuper dictis probè noverimus, quis fuerit pater Jacobi Minoris & Josephi, restat ut de eorundem matre, quænam exstiterit, inquiramus; ac demùm de cæteris, qui dicti sunt Fratres Domini, investigemus. Quod ad Jacobi & Josephi matrem spectat, eam dictam esse Mariam, Evangelicus (1) sermo testatur, dum ait: Erant autem & mulieres à longè aspicientes, inter quas erant Maria Magdalene, & Maria Jacobi Minoris & Josephi mater, & Salome. Quænam autem fuerit ista Salome, S. Matthæus (2) declarat, sic eundem sermonem retexens: Erant ibi mulieres multæ à longè, inter quas Maria Magdalene, & Maria Jacobi & Josephi mater, & mater filiorum Zebedæi. Ecce tibi, quam S. Marcus Salomen nominat, eam matrem filiorum Zebedæi Matthæus appellat. Ex quibus errare convincuntur, qui dixerunt SALOMEN fuisse UXOREM JOSEPHI, Sponsi Virginis, & ex eâ dictos suscepisse liberos. Sicut etiam erroris argui necesse est eos, qui ipsam Mariam, Jacobi matrem & Josephi, esse dixerunt uxorem ejusdem Josephi, Mariæ Sponsi. Nam si vivebat illa adhuc tempore passionis Christi, absurdum illud, auribúsque piorum omnium molestissimum dicere opus esset, eundem Josephum eodem tempore duas habuisse uxores, nempe Mariam Jacobi matrem, & Sanctissimam Deigenitricem; quod vel cogitare animus horret. Ex eo verò, quod dictum est, Mariam, cujus S. Matthæus & S. Marcus meminerunt, eorundem autoritate constare, fuisse matrem Jacobi Minoris, eandémque Alphæi uxorem, à quo idem Jacobus nomen accepit, ut diceretur Alphæi, suboritur dubitatio, num eadem una sit cum eâ, quam S. Joannes (3) Mariam Cleophæ nominat. S. Hieronymus (4), post multa de his disputata, sic concludens ait: Restat conclusio, ut Maria ista, quæ Jacobi Minoris scribitur mater, fuerit uxor Alphæi, & soror Mariæ Matris Domini, quam Mariam Cleophæ S. Joannes Evangelista cognominat, sive à patre, sive à gentilitate familiæ, aut quacunque aliâ ex causâ ei nomen imponens. Si autem inde tibi alia atque alia videtur, quòd alia dicatur Maria Jacobi Minoris mater, & hîc Maria Cleophæ, disce Scripturæ consuetudinem, eundem hominem diversis nominibus nuncupari. Hæc S. Hieronymus. Theophylactus (5) etiam tradit, dictam Mariam Cleophæ sic nuncupatam, quòd fuerit filia Cleophæ, eadémque uxor Alphæi. Dixerunt

(1) Marc. 15.
(2) Cap. 27.
(3) Cap. 19.
(4) Contra Helvidium.
(5) In Matth. 6. 27.

alij,

alij, Mariam Cleophæ sic esse dictam, quod fuerit Cleophæ uxor, solitásque uxores Judæorum à viris suis cognominari, eâdémque ratione S. Gregorium Nyssenum (1) eodem uti argumento, cùm probare intendit, Mariam sororem Moysis fuisse virginem, quòd semper fratrum, & non viri nomine nuncupetur, dictâque reperiatur Maria soror Moysis & Aaronis. At hæc irrita erunt, si credimus Josepho Judæo (2), Judaicarum Antiquitatum Scriptori disertissimo, cujus autoritate exploratum habetur, Mariam sororem Moysis virum habuisse Vr, qui orantis Moysis manus sustinebat, ex eóque filium suscepisse, nomine Beselehel, cujus frequens & clara est in Divinis Scripturis mentio. Non autem omnia expressa esse in Sacris Literis, & sæpè ab alijs esse dicta, quæ in illis silentur, haud difficulter eruditus quisque concedet. Verùm quod spectat ad Mariam Cleophæ, eam non filiam Cleophæ, sed uxorem fuisse putamus, missisque cæteris, in his omnibus inhæremus, ut par est, Hegesippo (3), omnium antiquissimo, ac proximo Apostolorum temporibus, qui ait Cleopham fuisse fratrem Josephi, eóque genitum Simonem, seu dicere velimus Simeonem, qui Jacobo Minori in Sede Hierosolymitanâ successit. Cujus dum meminit (4), & non dicit eos fuisse inter se germanos, facilè inducor, ut opiner diversos prorsùs fuisse Cleopham & Alphæum, distinctásque esse inter se Mariam Cleophæ, & Mariam, quæ ab ijsdem Evangelistis mater dicitur Jacobi Minoris & Josephi, eandémque Mariam Cleophæ, ut habet S. Joannes, sororem fuisse Sanctissimæ Virginis, non germanam ex Annâ genitam, ut superiùs dictum est, sed consobrinam ex sorore vel fratre patris vel matris genitam. Nec est quòd quis possit arguere, eandem esse Mariam Jacobi & Josephi matrem cum Mariâ Cleophæ; quasi, quod plerumque accidit, S. Joannes expresserit, quod cæteri Evangelistæ tacuerint: nam diversus prorsùs est eorundem sermonum contextus, dum S. Matthæus (5) & S. Marcus (6) Mariam matrem Jacobi & Josephi à longè stantem cum cæteris mulieribus tradunt; S. Joannes (7) verò de Mariâ Cleophæ habens sermonem, eandem cum Mariâ Virgine juxta crucem manentem constituit. Hæc sentiens, puto, S. Hieronymus (8), haud fixus in priori permansit sententiâ; ut eadem fuerit Maria mater Jacobi cum Mariâ Cleophæ. Sed quid ait in fine disputationis? Verum, inquit, in hâc parte contentiosum funem non traho. Alia fuerit Maria Cleophæ, alia Maria mater Jacobi & Josephi, &c. His igitur de Sancti JOSEPHI, Sanctissimæ Virginis Sponsi, VIRGINITATE stabilitis, jam reliquam de Verbi incarnatione ex Evangelio historiam prosequamur.
Hucusque Eminentissimus Cardinalis *Baronius*. Vide etiam R.P. *Christophori*

(1) *Lib. de Virginit. c. 9.*
(2) *Antiquit. Iud. lib. 3 c. 2 & 4.*
(3) *Apud* Eusebium *Hist. Eccl. lib. 3 c. 10 & 26.*
(4) *Apud* Eusebium *Hist. Eccl. lib. 2 c. 1.*
(5) *Cap. 27.*
(6) *Cap. 15.*
(7) *Cap. 19.*
(8) *Contra Helvidium.*

stophori de Castro, Societatis Jesu in Complutensi Collegio Theologi doctissimi, Historiam Deiparæ Virginis Mariæ, primùm quidem Compluti A. 1605, deinde autem Moguntiæ A. 1610 in octavo editam, capite primo & quarto, ubi tùm de *S. Josepho*, tùm de ijs, qui à SS. Evangelistis *Fratres Domini* appellantur, accuratissimè agit, & tandem totam illam Dissertationem rectè claudit hâc *perpetuæ Virginitatis S. Josephi* firmissimâ asseveratione: *GRAVIS QVÆSTIO est propter Auctorum sacrorum varietatem, num Josephus, antequam duxisset Virginem, fuisset alteri conjunctus? Nam quamplurimi ità fuisse affirmant, ut quidem Mariæ virginitatem tueantur contra hæreticos, quòd in Evangelio FRATRES DOMINI & SORORES numerentur; qui si non sunt ex Mariâ Virgine, ut non sunt, debent esse Josephi ex aliâ uxore. Veruntamen cùm suprà cap. 1 num. 11 satis fusè ostenderimus, hos Fratres non potuisse filios esse Josephi, quòd mater eorum Maria Jacobi viveret cum Deigenitrice, nec probari posse duabus uxoribus conjunctum fuisse Josephum, simul viventibus, & apud omnes sit exploratum, præter hos nullum alium filium ab Autoribus tribui Josepho, satis apertum debet esse, constans, nulli uxori fuisse conjunctum, præterquam Virgini Deiparæ, ac propterea castitatem coluisse, ut jam relati Patres dixerunt.* Hæc ille.

ADDITAMENTVM II,

pertinens ad Libri *quinti* Appendicem pag. 418 & 419, ubi fit mentio cùm de alijs varijs rarissimis *Rei literariæ & pictoriæ Sinensis* monumentis, quæ in *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ* adservantur, tùm vel præcipuè de *Confucij*, Principis Philosophiæ Sinensis, *Scientiâ Politico-morali*.

QUandoquidem intellexi, non paucis Viris doctis rem me facturum esse gratissimam, si *Sinarum Scientiam Politico-moralem*, cujus in Appendice Libri *quinti* horum Commentariorum pag. 419 obiter feci mentionem, cum ipsis communicarem, integram ecce eam bonâ fide hîc exhibeo, sed *latinè* tantùm, & absque *Sinicis Characteribus*, qui in authentico Exemplari, partim quidem A.C. 1667 in *Quàm-chēu* Metropoli Sinensis Provinciæ *Quàm-tūm*, partim autem A. 1669 *Goæ* in Indiâ intra Gangem impresso, cum *pronunciatione latinâ* è regione adjuncti sunt. Huc porrò etiam accedit *Confucij Vita*, ex ipsis antiquis Sinicis monumentis desumpta, quæ jam memoratæ *Scientiæ Politico-morali* in eodem authentico Exemplari subjuncta est.

SINA-

SINARVM SCIENTIA POLITICO-MORALIS,

SECVNDV'M AVTHENTICVM EXEMPLAR SINICO-LATINVM,

A R.P. PROSPERO INTORCETTA SICVLO, SOCIETATIS JESV,

PARTIM QVIDEM A. C. M DC LXVII IN VRBE QVA'M-CHEV, METROPOLI SINENSIS PROVINCIÆ QVA'M-TVM, PARTIM AVTEM A. C. M DC LXIX GOÆ IN INDIA INTRA GANGEM, PRIMV'M IN LVCEM EDITVM, QVOD ADSERVATVR IN AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI.

Moderatores Societatis JESV in Sinensi V. Provincia		*E JESV Societate*	
Ignatius à Costa Lusitanus,	*Antonius de Govea Lusitanus,*	*Humbertus Augeri Gallus,*	*Emmanuel Georgius Lusitanus,*
Jacob. le Faure Gallus,	*Petrus Canevari Genuensis,*	*Adrianus Grelon Gallus,*	*Philippus Couplet Flandro-Belga,*
Matth. à Maya Lusitanus,	*Franciscus Brancato Siculus,*	*Jacobus Motel Gallus,*	*Franciscus Rougemont Flandro-Belga,*
Felicianus Pacheco Lusitanus,	*Jo. Franciscus de Ferrarijs Pedemontanus,*	*Jo. Dominicus Gabiani Pedemontanus,*	*Christian' Herdtrich Austriacus,*
suo singuli tempore Approbarunt.		*Recognoverunt.*	

FACVLTAS.

R. P. Vice-Provincialis,

EGo infrascriptus Societatis JESV in Sinis Præpositus Vice-Provincialis, potestate mihi factâ ab A. R. P. N. Joanne Paulo Olivâ Præp. Generali, do facultatem P. Prospero Intorcettæ ejusdem Societatis, ut typis excudendam curet Sinarum Scientiam Politico-Moralem: *quod Opus primùm à P. Ignatio à Costa, deinde à P. Jacobo le Faure, demùm à P. Matthiâ à Maya Prædecessoribus meis approbatum, & à duodecim alijs Patribus Soc.tis nostræ in Sinis recognitum, & publicâ luce dignum judicatum fuit. In quorum fidem has manu meâ signatas, & sigillo officij mei munitas dedi. In urbe Quàm-chēu Metropoli Sinensis Provinciæ Quàm-tūm die 31 mensis Julij Anni 1667.*

Felicianus Pacheco.

AD LECTOREM.

NOn injucundum tibi fuerit, Amice Lector, si causas atque argumentum brevis Opusculi, Laconicâ brevitate olim descripti à Principe Philosophiæ Sinensis CONFVCIO, brevibus hic præcognoscas. Scias itaque velim, mihi è Sinis Romam proficiscenti, res Sinicæ Missionis acturo, placuisse quidem Goæ potius, quæ fœcunda Mater, & prima veluti Radix Orientalium Missionum jure censeri potest, quàm alibi terrarum editionem hanc, in Sinis jam anteà cœptam, prosequi atque perficere; ut scilicet publico Missionis bono propiùs ac citiùs consuleretur; & Opus ipsum orientale, Orienti extremo proficuum, sub auspicijs APOSTOLI ORIENTIS successu prosperò oriretur: quæ & fuerunt Sociorum vota, quando ijs, degentibus in exilio Quantoniensi propter Christum, postremum non sine lachrymis vale dixi. De opusculi utilitate, sive animarum lucro, atque incremento autoritatis, quod ex notitiâ Opusculi hujus ac reliquorum Confucij accedit Præconi Evangelico, vineam Christi Sinensem, Couchinchinensem, ac Tunkinensem excolenti, non ipse hìc loquar; (Japones, aliæque nationes Sinarum imperio vicinæ, semper sapientiæ primas Sinicæ Genti detulerunt) eam tamen utilitatem magnam esse necessè est fateantur Europæorum hominum quotquot, præter idioma gentis, literas quoque atque priscorum

Libros

Libros accurate didicerunt; & quotquot sententias, quibus referti sunt Libri, placita, instituta, maximéque pervetusta monumenta, in proprios nunc usus convertunt; sic ut sibi aditum aperiant amplissimum ad afferendam literatæ genti VERI SUMMIQUE NUMINIS notitiam: ut non loquar de primis Sinicæ Missionis Patribus, quorum directione atque industriâ in more fuit positum, vel ab ipsis Missionis exordijs, ut quicunque in eâ Christi Præcones versarentur, Confucij Libris accuratè pervolvendis darent operam. Nisi prædecessores nostri magnam inde utilitatem oriri posse usu ipso didicissent, ecquis judicabit, eos & sibi & posteris, sine ullo animarum lucro, tantum onus imponere voluisse? Hæc itaque omnia (præter ea quæ in EXPLANATIONE SCIENTIÆ SINARUM POLITICO-MORALIS paulo fusius declarantur) me impulerunt ad hoc Opusculum Goæ prosequendum, perficiendúmque.


Opusculi verò titulus & argumentum est, CHUM YUM, MEDII scilicet, seu AUREÆ MEDIOCRITATIS CONSTANTIA. Çu-sū, Confucij nepos ex filio, hunc Librum vulgavit, & quædam de suo addidit; sed & desiderantur multa, sic ut fragmentorum veriùs quàm Libri speciem habeat. Ob hanc causam, & quia doctrinæ, quæ traditur, sublimitas quandoque ipsius Naturæ limites videtur excedere, hunc Librum Sinenses Magistri tanquam subobscurum captúque difficilem, cùm numero secundus sit, postremo tamen loco in Scholis exponunt. Est interim Præconi Evangelico (uti suprà dicebam) sanè utilis, quatenus & morum egregius Magister est, & naturali lumini vitiorum tenebris offuso, ceu auroræ beneficio, eam veritatis lucem subministrat, quæ Soli Evangelico præluceat, viámque pandat.

Ut autem hîc Europæo Lectori, antiquitatis non minùs quàm veritatis amanti, quidpiam præberem condimenti, quo posset Laconicæ lectionis nauseam sibi adimere, aut saltem temperare, Confucij Vitam, ex præcipuis Sinarum monumentis erutam, ad finem hujus Opusculi addendam esse censui; non eo quidem consilio, quòd cum Senecâ vel Plutarcho Sinensem hunc Philosophum conferri velim, sed ut in Europâ nostrâ tanto Viro nobilitatis tàm antiquæ Europæorum æqua æstimatio suum illud duntaxat, quod meretur, precium daret. Rogo tamen te, Lector benevole, ut, si fortè quis velit de Confucij doctrinâ tecum disserere, vel eum cum Europæis Philosophis comparare, tuam non priùs sententiam feras, quàm alibi accuratè perlegas, cùm hujus Opusculi, tùm reliquorum Confucij, explanationem: ex quâ profectò plurimum tibi

lucis

lucis accedet ad ferendum ſine erroris periculo judicium. Demum illud quoque notandum eſt, ea, quæ minutiori charactere impreſſa ſunt, claritatis gratiâ textui eſſe interpoſita. Hæc ſunt, quæ obiter indicanda volui. Fruere & vale.

Omnium Servus
Proſper Intorcetta.



SCIENTIÆ SINICÆ LIBER SECVNDVS.

Chūm 中 Medium

Yûm 庸 Conſtanter tenendum.

VERSIO LITERALIS.

§. 1. quod à Cœlo inditum eſt dicitur Natura rationalis: quod conformatur huic Naturæ, dicitur Regula: reſtaurare hanc Regulam dicitur Inſtitutio.

§. 2. Regula hæc non poteſt momento temporis abeſſe: ſi poſſet abeſſe, non eſſet Regula. Hâc de causâ perfectus vir attendit & invigilat in his etiam, quæ non videntur: timet ac pavet in his etiam, quæ non audiuntur.

§. 3. Non apparent, quia recondita: non ſunt manifeſta, quia ſubtilia. Ideò perfectus vir invigilat ſui ſecreto.

§. 4.

§. 4. Gaudium, ira, tristitia, hilaritas, priusquam pullulent, dicuntur medium seu natura indifferens: ubi *pullulârint, & omnia attigerint* rectam *mensuram, dicuntur concordia. Medium* est *Orbis magnum fundamentum: concordia* est *Orbis universalis Regula.*

§. 5. Perfectis Medio & Concordia, Cœli ac *Terræ status quietus, & omnium rerum propagatio* exsistit.

§. 6. Confucius ait: Perfectus vir tenet medium: improbus prævaricatur medium.

§. 7. Vir perfectus habet *medium, &,* quia *perfectus* est, *ideò semper tenet medium. Improbus* etiam habet *medium,* quod teneat; sed, quia *improbus, ideò non veretur* illud prævaricari.

§. 8. Confucius ait: Medium ò quàm *illud sublime!* quòd è *vulgo pauci* illud *teneant, jam diu* est.

§. 9. Confucius ait: Cur *via* hæc *non frequentetur, ego novi;* quia scilicet *prudentes transgrediuntur; rudes non pertingunt.* Cur item *via* hæc *non sit perspecta, ego novi;* quia scilicet *sapientes excedunt; inertes non attingunt.*

§. 10. Hominum nullus non bibit & comedit; at *pauci valent dignoscere sapores.*

§. 11. Confucius ait: Viam hanc non frequentari, proh! quàm dolendum!

§. 12. Confucius ait: Xún Imperatoris, *illius* quàm *magna prudentia! Xún solebat consulere* suos, *& solebat examinare* quæcunque etiam *vulgaria* suorum *responsa, dissimulando mala, & deprædicando bona; arripiensque illorum* responsorum *duo extrema, utebatur eorum medio ad populum regendum.* Atque *hæc illa* fuêre, *propter quæ factus est Xún,* talis scilicet ac tantus Imperator.

§. 13. Confucius ait: Hominum quivis dicit: ego prudens sum; sed ut *impellitur, mox intrat* in *mille retia & laqueos; incidit* in *foveæ medium, & nequaquam scit effugere. Hominum quilibet* item *dicit: ego prudens* sum: *seligit medium; sed non valet* per *spatium* unius *mensis servare.*

§. 14. Confucius ait: Hoêi discipulus, ille planè *erat vir; seligebat medium, & assecutus unam* aliquam *virtutem, illicò arctè* eam *stringebat, fovebat* in *pectore, & nunquam dimittebat.*

§. 15. Confucius ait: Orbis Regna possunt pacificè regi: dignitates & census possunt recusari: nudi enses possunt calcari: at *medium non potest* tàm facilè *teneri.*

§. 16. Discipulus *Çù-lú quæsivit* de *fortitudine.*

§. 17. Confucius ait: De Australisne regionis fortitudine, vel de Borealis regionis fortitudine: an de vestrâ fortitudine quæris?

§. 18. Esse largum lenémque in aliorum institutione; nec immoderatiùs pœnas exigere à refractarijs, Australium regionum fortitudo est; & in hâc perfecti viri immorantur.

§. 19. Cubare lanceas super & loricas; mori, & non pertimescere, Borealium regionum fortitudo est, & in hâc fortes immorantur.

§. 20. Itaque virum perfectum accommodare se alijs, & non diffluere; hæc fortitudo proh quanta! In medio aliorum, ipsum unum rectum stare, & nusquam inclinare; hæc fortitudo proh quanta! si in Regno vigeant virtus ac leges, non mutari, nec intumescere; hæc fortitudo proh quanta! si in regno jaceant virtus ac leges, etiam redactum ad mortem, non mutari; hæc fortitudo proh quanta!

§. 21. Confucius ait: Sectari recondita & patrare miranda, ut posteris seculis sint qui deprædicent, id ego non fecero.

§. 22. Perfectus vir aggreditur viam, & progreditur: progredi ad medium viæ, & deficere; ego non possem sic sistere.

§. 23. Perfectus vir conformat se cum medio; fugere sæculum; non videri, nec cognosci; & id non sentire, solus sanctus potest.

§. 24. Perfectorum regula ampla est & subtilis.

§. 25. Viri fœminæque rudes, possunt tamen accedere ad notitiam; at pervenire ad hujus apicem, quamvis sit sanctus, equidem habebit, quod non sciat. Viri fœminæque inutiles, fieri potest, ut queant juxta regulam operari: at pervenire ad hujus apicem, quamvis sit sanctus, equidem habebit quod non possit. Cœlum & Terra cùm magna sint, homines adhuc habent, quòd de his conquerantur. Legitur, si de perfecti viri agamus magnitudine; Orbis universus non potest eam capere ac sustentare: si agamus de subtilitate; Orbis totus non potest eam perrumpere.

§. 26. Oda ait: Yuên avis volando penetrat cœlos: piscis immergitur in pelagus: id est (inquit Çu-sù) illa virtus in summis, & imis manifestatur.

§. 27. Perfecti viri regula ducit initium ab homuncionibus & mulierculis; extendénsque se ad suum apicem, manifestatur in Cœlo & terrâ.

§. 28. Confucius ait: regula non longè est ab homine: si quam sibi homines fabricent regulam, quæ longè sit ab homine, non potest ea censeri regula.

§. 29. Oda ait: Cùm quis exscisso uno manubrio, exscindit formátque manubrium aliud, hujus exemplar non longè abest. Arripiens manubrium

brium (explicat Confucius) *ut sibi exscindat* formámque aliud simile *manubrium, obliquè contuetur, & explorat, & adhuc tamen abest longiùs. Ideò vir perfectus per hominem regit hominem: & si emendetur, tùm acquiescit.*

§.30. Qui *omni cum fide* ac *sinceritate ex se metitur alios, discedit à regulâ non procul;* hæc autem est: quæ *fieri sibi* quis *non optat, itidem non faciat erga alios.*

§.31. Perfecti viri regulæ sunt *quatuor:* ego *Kieu necdum* benè *servo unicam: quod* enim *exigitur à filijs, ut serviant parentibus,* nondum *exactè servo; quod exigitur à subditis, ut serviant Regi, nondum* perfectè *servo; quod exigitur à fratribus natu minoribus, ut serviant majoribus, nondum* ad amussim *servo; quod exigitur inter amicos,* ut alter alteri *primas deferat, necdum* satis *observo.* Perfectus vir *ordinarias* has *virtutes exercet, &* in *quotidianis sermonibus circumspectus* est. Si *quid est,* in *quo deficiat; non audet non* sibi *vim facere; si habeat verborum copiam, non audet totam effundere; verba respondent operibus; opera respondent verbis. Vir perfectus quomodo non* sit *solidus* ac *stabilis hoc modo?*

§.32. Perfectus vir pro ratione sui statûs agit; nec cupit quidquam *ab hoc alienum.*

§.33. Si *existat dives & honoratus; agit ut dives & honoratus: si existat pauper & ignobilis, agit ut pauper & ignobilis: si existat alienigena, agit ut alienigena: si versetur* inter *ærumnas, agit pro ratione* statûs *ærumnosi. Perfectus vir nusquam intrat, ubi non* sit *suâ sorte contentus.*

§.34. Constitutus in superiori dignitate, non inclementer tractat inferiores: constitutus in inferiori dignitate, non adulatur superioribus: perficit se & non quærit ærumnarum suarum causam *in alijs; adeòque nunquam indignatur: suprà non queritur de Cœlo; infrà non culpat homines.*

§.35. Ideò perfectus vir commoratur in *plano, ut expectet Cœli ordinationem: improbus ambulat vias periculosas, ut quærat gratuita.*

§.36. Confucius ait: Sagittarius habet similitudinem cum viro perfecto: si aberrat à depicto scopo, reflectens exquirit erroris causam *à suâmet personâ.*

§.37. Perfectorum regula est *instar facientis iter longinquum; utique à propinquiori* incipit; *vel instar subeuntis* in *altum: utique ab infimo* incipit.

Yy 2 *§.38.*

§.38. Oda ait: Vxor amans concordiæ est instar pulsantis cymbala: fratres ubi concordant, concordiæ gaudium utique diu perseverat, & rectè ordinatur tua domestica familia; exhilaratur tua uxor, filij ac nepotes.

§.39. Confucius ait: Pater hoc modo, & mater; ipsi ô quàm læti & tranquilli vivent!

§.40. Confucius ait: Spiritibus inest operativa virtus; & hæc quidem quàm præstans est!

§.41. Illos quasi visu percipis, & tamen non vides; quasi auditu percipis, & tamen non audis: intimè sociantur rebus, adeóque sunt id, quod res non possunt dimittere.

§.42. Efficiunt, ut Orbis homines sint puri & mundi, ac splendidiorem habitum induant, ut offerant sacrificia. O multitudo immensa Spirituum! ac si assisterent ipsis supernè; ac si assisterent ipsis ad lævam & dexteram.

§.43. Oda ait: An Spiritus adveniant, non potest determinari: magisne verò poterit, si negligenter colantur?

§.44. Hujus subtilitatis manifestatio reverà non potest occultari: sic est omninò.

§.45. Confucius ait: Xún, illius quàm magna obedientia! virtute fuit sanctus: dignitate fuit Imperator: opulentiâ obtinuit quidquid quatuor maria intra est: in majorum templis sacrificabat: & filios ac nepotes conservavit.

§.46. Ideò magna ipsius virtus haud dubiè obtinuit tantam illam dignitatem: haud dubiè obtinuit tantos illos census: haud dubiè obtinuit tantum illud nomen: haud dubiè obtinuit illam tàm longævam ætatem.

§.47. Etenim Cœlum in productione rerum haud dubiè accommodat se earum dispositionibus, & dat incrementa: ideóque rectè consita fovet, dejecta destruit.

§.48. Oda ait: Laudandus jubilis perfectus vir: resplendet ejus præclara virtus: quæ populi sunt, tribuit populo: quæ competunt Magistratibus, tribuit Magistratibus: recipit census à Cœlo: conservat ac protegit imperium, & ab ipso Cœlo bonis cumulatur.

§.49. Ideò tantæ virtutis vir utique accipit imperium.

§.50. Confucius ait: Expers mœroris, is solus fuit Vên-Vâm Rex: quia Vâm-Kí fuit ei pater, & quia Vù-Vâm fuit ei filius: quæ pater est orsus, filius pertexuit.

§.51. Vù-Vâm imperator propagavit & Tái-Vâm & Vâm-Kí avorum, & Vên-Vâm patris stirpem: semel arma induit, & obtinuit Imperium:

perium: dum persona nunquàm amisit toto Orbe illustrem famam: dignitate fuit Imperator: opulentiâ obtinuit quidquid quatuor maria intra est: in majorum templis sacrificabat: filios item ac nepotes conservavit.

§. 52. Vù-Vâm jam senior suscepit Imperium: deinde Chēu-cūm (prædicti frater) adimplevit Vên & Vù (patris ac fratris) virtutes: posthumo ornavit Regulorum titulo proavum Tai-Vâm, & avum Vâm-Kí: solemniùs augustiúsque sacrificabat defunctis majoribus juxta Imperatorum ritus. Et hi erga Majores ritus propagabantur ad Regulos & Magnates, usque ad Literatos, & plebeios homines. Si pater fuisset de Magnatibus, & filius esset Literatus; sepeliebat patrem ut Magnatem, & sacrificabat ut Literato; si verò pater fuisset Literatus, & filius esset de Magnatibus; sepeliebat patrem ut Literatum, & sacrificabat ut Magnati. Vnius anni luctus pertingebat usque ad Magnates; triennij verò luctus pertingebat usquè ad Imperatorem. In hoc patris & matris trienali luctu non alia nobilium, alia ignobilium, sed una omnium ratio.

§. 53. Confucius ait: Vù-Vâm, & Chēu-cūm, horum quàm propagata fuit obedientia!

§. 54. Hi tàm obedientes Principes præclarè valuerunt prosequi majorum suorum voluntatem: præclarè valuerunt enarrare majorum suorum illustria facinora.

§. 55. Verè & autumno adornabant suorum avita templa; rectè disponebant eorum antiqua vasa: exponebant eorum togas & vestes; offerebántque illius temporis edulia.

§. 56. Et quia erat majorum templi ritus, proptereà observabatur ordo assistentium ad lævam, & assistentium ad dexteram: item observabatur ordo dignitatis; ac proptereà distinctio fiebat nobilium & ignobilium: præterea ordo tenebatur officiorum; quapropter & discrimen sapientiorum. Cùm deinde omnes se mutuò invitarent ad vina, inferiores ministrabant majoribus: eáque propter solemnitas illa pertingebat aliquo modo etiam ad ignobiliores. Cùm denique inter se consanguinei epularentur; canities præcedebat; adeóque ratio dentium, id est ætatis, habebatur.

§. 57, Vù-Vâm & Chēu-cūm prosequebantur suorum Majorum dignitatem: exercebant eorum ritus: canebant eorum Musicam: ea venerabantur, ij quæ coluerant: ea amabant, ij quæ dilexerant: serviebant modò mortuis, ac si servirent adhuc viventibus: serviebant olim mortuis, ac si servirent adhuc superstitibus; & hic erat obedientiæ apex.

§. 58. Sacrificiorum Cœli & Terræ ritus erat id, quo colebant supremum Imperatorem: & majorum aulæ ritus erat id, quo sacrificabant suis majoribus. Qui clarè intellexerit hos Kiāo-Xè ritus & rituum Tí-châm

 rationes,

rationes, administrabit Regnum is eâ facilitate, ac si respiceret ad palmam manus.

§. 59. Ngāi-Cũm (Rex Regni Lù) quæsivit de regimine.

§. 60. Confucius respondit: Vên & Vù Regum regimen ad extensum exstat in tabulis & cannis. Similes viri si existerent, mox & ipsorum regimen resurgeret: at similes viri interierunt; adeóque & eorum regimen interijt.

§. 61. Hominum virtus expeditum reddit regimen, uti terræ virtus accelerat incrementa plantarum: ejusmodi regimen est instar fluviatilium cannarum.

§. 62. Enimverò recta gubernatio pendet ab hominibus. Rex deligat homines ad normam personæ suæ. Excolitur autem persona per regulam: perficitur regula per universalem amorem.

§. 63. Amare, hominis est: amare autem parentes, est præcipuum. Justum esse, æquitatis est: colere autem sapientes, est præcipuum. Hoc in amandis parentibus ac propinquis discrimen, & in colendis sapientibus ordo, ab officiorum ratione quâdam rectè commensuratâ enascitur.

§. 64. Ideò perfectus Rex non potest non excolere suam personam: meditans excolere suam personam, non potest non servire parentibus: meditans servire parentibus, non potest non cognoscere homines: meditans cognoscere homines, non potest non cognoscere Cœlum.

§. 65. Orbis universales regulæ sunt quinque: ea quibus exercentur illæ, tria: videlicet Regem inter & subditum: patrem inter & filium: maritum inter & uxorem: fratres majores natu inter & minores, & ejus quæ amicos inter est societatis regula. Hæ quinque sunt Orbis generales viæ. At Prudentia, Amor universalis & Fortitudo; tria hæc sunt Orbis generales virtutes: id verò quo exercentur ipsæ, unum quid est.

§. 66. Sive quis nascatur sciens, sive discendo sciat, sive laborando sciat, ubi pertigerunt ad ipsam scientiam, unum quid est. Sivè quis sponte quietéque operetur, sive ob lucrum operetur, sive violentè operetur, ubi pertigerunt ad ipsius complementum operis, unum quid est.

§. 67. Confucius ait: Qui amat discere, appropinquat ad Prudentiam: qui nititur operari, appropinquat ad Amorem: qui novit verecundari, appropinquat ad Fortitudinem.

§. 68. Si nosti hæc tria, jam nosti id, quo excolitur persona: si nosti id, quo excolitur persona, jam nosti id, quo regas homines: si nosti id, quo regas homines; jam nosti id, quo regas totius Orbis Regna.

§. 69. Quicunque regunt Orbis Regna, habent has novem regulas,

las, videlicet: excolere seipsos; colere sapientes: amare parentes ac propinquos; honorare præstantiores Ministros; accommodare sese cum reliquis ministris; filiorum instar amare populum; accersere plurimos artifices; benignè excipere è longinquo advenas; denique fovere Regulos.

§. 70. si Rex excolat seipsum, mox regulæ illæ vigebunt: si colat sapientes, jam non hæsitabit in negotijs; si amet parentes, jam inter reliquos patruos, fratres majores natu, & minores non erunt simultates; si veneretur præcipuos Ministros, jam non caligabit in regimine; si sese accommodet cum reliquis ministris, jam omnes Præfecti reddent obsequia sua impensiùs; si filiorum instar amet populum, tunc populus animabitur; si accersat plurimos artifices, tunc divitiarum ad utendum affatim erit; si benignè excipiat è longinquo advenas, mox quatuor terrarum populi ad ipsum se conferent; si foveat Regulos, jam toto orbe formidabilis erit.

§. 71. Abstinentem & purum esse; gravi cultu indui; illicita non attingere; ea sunt, quibus Regia excolitur persona. Repellere detractores; procul abesse à venereis; vilipendere opes; & magnipendere virtutem; ea sunt, quibus animantur sapientes. In pretio habere suorum dignitatem; augere eorum redditus; eadem cum illis amare & odisse; ea sunt, quibus animantur omnes ad amandos parentes. Habere Præfectos inferiores in magno numero, qui majoribus subordinati ex officio minora quæque negotia administrent; est id, quo animantur superioris ordinis Præfecti. Suis fidere & credere, ampláque conferre stipendia; ea sunt, quibus animantur Regij Ministri. Congruo tempore occupare populum, & moderari vectigalia; ea sunt, quibus animatur populus. Quotidie examinare, & quovis mense per se explorare, an operariorum alimenta respondeant operi, est id, quo animantur opifices. Prosequi abeuntes, & comiter excipere adventantes, collaudando aliorum præclaras dotes, & miserando aliorum imbecillitatem; est id, quo benignè tractantur è longinquo advenæ. Perpetuare Regulorum intereuntes familias, & erigere eorundem collabentia Regna, moderando tumultus & propulsando pericula; celebrare Regulorum comitia, & excipere eorundem Legationes juxtà statuta tempora; lautè tractare abeuntes, & moderari adventantium munera; ea demùm sunt, quibus foventur Reguli.

§. 72. Quicunque regunt Orbis Regna, habent prædictas novem regulas: id verò, quo exercent illas, unum est.

§. 73. si omnes res & actiones, quæ spectant ad prædictas regulas, præcogitentur, hoc ipso solidæ subsistent; si verò non præmeditatæ fuerint, hoc ipso incassum abibunt. sic si verba priùs determinaveris; hoc ipso non cespitabis: si res agendas priùs statueris, eo ipso deinde non angeris: si opus ipsum præde-

prædeterminaveris, hoc ipso deinde non te pigebit. Si itaque regula rectæ rationis priùs fixa firmáque fuerit; tùm indeficiens tibi ejus usus fuerit.

§.74. Si constituti in inferiori dignitate non obtinent gratiam apud superiores, populus nequit fieri ut regatur. Ad obtinendam autem gratiam apud superiores, datur regula: si non servent fidem cum amicis, nec obtinebunt gratiam apud superiores. Ad servandam fidem cum amicis, datur regula: si non sint obsecundantes erga parentes, nec servabunt fidem cum amicis. Vt sint obsecundantes erga parentes, datur regula: si reflectentes ad suammet personam, compererint se non sinceros esse, nec erunt obsecundantes erga parentes. Ad sincerè perficiendam suammet personam, seu se ipsos, datur regula: nisi exploratam habeant rationem boni, nec sincerè perficient suammet personam.

§.75. Verâ solidâque perfectione dotatum esse, cœlestis quædam est ratio: ad hanc veram solidámque perfectionem contendere, humana quædam est ratio. Verâ solidâque perfectione dotatus non sibi vim infert, & tamen attingit finem: non operosè discurrit, & tamen assequitur: cum tranquillitate & facilitate attingit virtutem: atque hoc sanctorum est. Qui ad veram solidámque perfectionem contendit, seligit bonum, & fortiter manu tenet.

§.76. Et hic quidem multa perdiscit: præmaturè discutit quærenda: attentè meditatur: res inter se clarè distinguit: solidè ac constanter operatur.

§.77. Sunt, qui nolunt discere, quia discendo non proficiunt; ne tamen desistant: sunt qui nolunt interrogare, quia interrogantes non capiunt responsa; ne tamen desistant: sunt qui nolunt meditari, quia, quod meditantur, non facilè assequuntur; ne tamen desistant: sunt qui nolunt argumentari, quia argumentando non clarè percipiunt; ne tamen desistant: sunt qui nolunt operari, quia in operando non sunt solidi & constantes; ne tamen desistant: nam quod alij unicâ vice assequi potuêre, tu ipse saltem centesimâ poteris: quod alij decimâ vice assequi potuerunt, tu ipse saltem millesimâ poteris.

§.78. Reverà qui servare valet hanc regulam, quamvis rudis sit, tandem erit clarè intelligens; quamvis imbecillis sit, tandem fortis evadet.

§.79. Se ipso verè solidéque perfectum esse, simulque rerum omnium intelligentem, dicitur natura, seu nativa virtus: se ipsum priùs illuminare redderéque intelligentem, ac deinde in verâ virtute seu perfectione solidare, dicitur institutio. Qui nativâ perfectione dotatus est, eo ipso intelligens est: qui autem priùs rerum intelligentiam sibi comparavit, poterit deinde perfectus evadere.

§.80.

§.80. Solùm in universo hoc summè perfectus potest exhaurire suam naturam: si potest exhaurire suam naturam, jam poterit exhaurire aliorum etiam hominum naturam: si potest exhaurire hominum naturam, jam poterit exhaurire rerum naturas: si potest exhaurire rerum naturas, jam poterit adjuvare Cœlum & Terram in productione & conservatione rerum: si potest adjuvare Cœlum & Terram in productione & conservatione rerum; jam etiam poterit cum Cœlo & Terrâ ternarium principium constituere.

§.81. Ab his primi ordinis perfectis viris secundi sunt, qui nituntur restaurare nondum extinctam nativæ bonitatis particulam. Restaurantes nativæ bonitatis particulam, poterunt obtinere solidam perfectionem: ubi assecuti fuerint solidam perfectionem, mox illa sese prodet: ubi sese prodiderit, mox illucescet: ubi illuxerit, mox lucis radios latè diffundet: ubi ita irradiaverit, eo ipso motum faciet animorum: ubi motum fecerit, jam morum mutationem inducet: ubi mutationem induxerit, eo ipso conversionem efficiet. Solùm in hoc universo summè perfectus efficere potest conversionem hujusmodi.

§.82. Summè perfecti virtus ea est, ut possit præscire futura. Cùm Regia Familia proximè est erigenda, procul dubio passim dantur fausta prognostica: cùm Regiæ Familiæ imminet occasus, procul dubio passim dantur infausta prognostica, quæ & manifestantur in herbâ XI dictâ, & testudine; & prævio motu percellunt corpus humanum. At summè perfectus, cùm calamitas, aut felicitas proximè instat; in probis procul dubio prænoscit istam, id est, felicitatem: in improbis procul dubio prænoscit illam, id est, calamitatem. Ideò summè perfectus est instar Spiritus.

§.83. Ejusmodi vera solidáque perfectio est sui ipsius perfectio; & regula est sui ipsius regula.

§.84. Hæc vera solidáque ratio, seu perfectio, est rerum omnium finis & principium. Si desit rebus hæc vera solidáque ratio, seu perfectio, non erunt res. Hâc de causâ sapiens & probus vir veram hanc solidámque perfectionem æstimat maximi.

§.85. Verè perfectus, quia non ipse perficit sese solum, & hic sistit, propterea perficit etiam res alias. Perficere seipsum, amoris est: perficere res, providentiæ est. Et hæ quidem nativæ virtutes sunt: has autem unire applicando externis & internis, regulæ est: adeóque suis temporibus exercere convenientiæ est.

§.86. Propterea summè perfectus nunquam cessat.

§.87. Si nunquam cessat, ergò perdurat: si perdurat, ergò per effectus se prodit.

§. 88. Si per effectus se prodit, ergò latè longéque diffunditur: si latè longéque diffunditur, ergò amplus & profundus: si amplus & profundus, ergò sublimis & clarus.

§. 89. Quia amplus & profundus, ideò sustentat res: quia sublimis & clarus, ideò protegit res: quia latè diffusus & perdurans, ideò perficit res.

§. 90. Amplitudine & profunditate, æquiparatur Terræ: sublimitate & claritate, æquiparatur Cœlo: latitudine & duratione, absque termino est.

§. 91. Cùm sit talis ac tantus, non priùs exhibet sese atque ostentat, ac tùm deinde manifestus fit: non priùs motum, ac tùm deinde conversionem efficit: non priùs operoso quodam virium molimine quidpiam facit, ac tùm deinde perficit.

§. 92. Cœli Terráque ratio potest unico verbo exhauriri; & hæc quidem in efficiendis rebus non est quid duplex, sed unicum quid & simplex: adeóque hujus ejusdem in procreandis rebus virtus est inscrutabilis.

§. 93. Hæc itaque Cœli & Terræ ratio lata est & profunda, sublimis & clara, latè diffusa & perdurans.

§. 94. Jam hoc Cœlum est hæc lucis & fulgoris tantilla portio: at veniendo ad ejus totius molis interminabilem amplitudinem; Sol, Luna, Stellæ, Signáque cœlestia in eo suspensa continentur; universæ item res ab eo teguntur: Jam tantilla hæc terræ portio, quàm calcamus, cum totâ ejus mole collata, vixdum unius pugilli terrei est quantitas: at veniendo ad totius ejus molis vastitatem & profunditatem, sustentat montem HOA-YO dictum; & tamen non gravatur: complectitur sinu flumina & maria, & tamen non inundatur: omnium est illa rerum sustentaculum. Jam hic unus mons unius item frusti lapidei tantillum quid est: at veniendo ad ejus totius molis latitudinem & magnitudinem; plantæ & arbores ibi nascuntur; volucres & feræ ibi commorantur; metalla item lapidésque pretiosi, in ejus visceribus latentes, in lucem prodeunt. Jam hæc aqua, unius item cochlearis tantilla est portio: at veniendo ad totius ejus molis inexhaustam abyssum, cete grandia, crocodili, serpentes, dracones, pisces, testudines, in eâ procreantur; opes denique ac divitiæ ex eâ enascuntur.

§. 95. Oda ait: Solius Cœli virtus proh quàm altè recondita! nunquam cessat: quasi diceret (inquit Çu-Su): Cœlum ideò est Cœlum. Quomodo (prosequitur Oda) non ubique manifesta Ven Regis virtutum puritas? quasi diceret (addit Çu-Su): Ven Rex ideò fuit Ven, talis scilicet ac tantus vir; cujus puritas quoque nunquam defecit.

§. 96. O quàm magna Sancti Viri lex & virtus!

§. 97.

§. 97. O quàm in immensùm diffusa! producit, conservátque omnia: adeò eminens, ut pertingat ad Cœlum.

§. 98. O abundantiam ejus maximam! rituum majorum & officiorum trecenta capita; & rituum minorum, officiorúmque ter mille capita, magna & parva omnia complectitur.

§. 99. Expectandus hic vir est: tùm demùm hæc omnia poterunt opere perfici.

§. 100. Ideò dici solet: si non existat summa virtus, summa lex nequaquam coalescet.

§. 101. Hinc virtutis studiosus summoperè colit & conservare studet rationalem naturam suam, adeóque ad rectæ rationis regulam omnia accuratè explorans, seséque instituens, implet mentis suæ capacitatem & amplitudinem; atque exhaurit ac perspicit etiam subtilissima & minutissima quæque. Prætereà perficit, & ad apicem perducit nativam ejusdem mentis suæ sublimitatem & claritatem; & quidem omnia agendo juxta regulam medij; recolit vetera, & studet scire nova. Denique stabilit & corroborat ante parta, ut augeat & perficiat, quod fas & æquum est.

§. 102. Hâc de causâ consistens in superiori loco, non insolescit: consistens in inferiori loco, non est refractarius. Si in Regno vigeant virtus ac leges, ejus sermo sufficit, ut etiam nolens promoveatur ad dignitatem. Si Regnum sine virtute ac legibus sit, ejus silentium sufficit, ut imperturbatus sibi vacet. Oda ait: Quia rectè intelligens erat, ac rerum prudens indagator, (loquitur de quodam Sapiente Chúm-Xan-fu dicto) idcircò illæsam conservavit suam personam. Hoc illud est, (addit Çu-Su) quod hîc suprà diximus.

§. 103. Confucius ait: Si quis rudis est, & tamen vult suo unius judicio uti: si quis è vili plebe est, & tamen vult sibi arrogare, quæ non sunt sui juris & fori: si natus in præsenti sæculo, tamen convertat se ad priscorum jam antiquatas leges: qui talia agunt, calamitates obvenient ipsorum personis.

§. 104. Nisi fuerit Imperator, nemo instituat urbanitatis officia; nec inducat novos curiæ usus; nec mutet quidquam rei literariæ.

§. 105. Moderni Imperij currus eosdem ducunt sulcos, quos olim: libri eandem servant methodum, quam olim: morum quoque eadem ratio est.

§. 106. Tametsi quis habeat eorum (priscorum scilicet Regum) dignitatem, si tamen careat eorum virtute; ne ausit instituere ritus & Musicam: tametsi quis habeat eorum virtutem, si tamen careat eorum dignitate, item nec ausit instituere ritus & Musicam.

§. 107. Confucius dicebat: Ego cum voluptate refero Familiæ Imperatotiæ

HIA ritus, at exigui Regni KI posteri non sunt horum sufficiens testimonium: ego didici Familiæ Imperatoriæ YN ritus; & sunt Regni SVM posteri, apud quos horum adhuc exstant monimenta: ego item studui hujus Familiæ Imperatoriæ CHEV ritibus, & hi nunc in usu sunt: ego igitur sequar hujus CHEV ritus.

§. 108. Ad gubernandum Imperia sunt illa tria maximi momenti: & illa rariora faciunt, seu, minuunt peccata.

§. 109. Superiorum temporum Reges quamvis probè statuerint leges, tamen carent testimonio; & cùm desit testimonium, non datur fides; si non datur fides, populus non sequitur. Vir Sanctus in inferiori seu privato constitutus, tametsi urbanitatis officia colat, est tamen privatus ac sine dignitate: & cùm sine dignitate sit, ei non datur fides; ac denique quia sine fide & authoritate est, populus ipsum non sequitur.

§. 110. Ideò perfecti Regis recta gubernandi ratio fundatur in suâ ipsius personâ, testatam faciendo virtutem suam universo populo. Explorat exigitque regimen suum ad normam trium priscorum Regum, & non aberrat: confert & conbinat res à se gestas cum Cœli Terræque lege, & huic non adversatur. Testatam facit ipsis adeò Spiritibus quantumvis reconditis virtutem suam, & nihil dubitat; imò etiam post centum secula expectato Sancto, quin testata futura sit, nihil ambigit.

§. 111. Quòd testatam fore Spiritibus non dubitet, inde est, quia novit Cœlum: quòd post centum etiam secula expectato Sancto eandem testatam fore nihil item ambigat, inde est, quia novit hominem.

§. 112. Hâc de causâ perfectus Rex si quidpiam aggreditur; jam hoc ipsum omnibus seculis esse potest Orbis principium: si quidpiam agit, jam hoc omnibus seculis esse potest Orbis lex: si quid loquitur, jam id omnibus seculis esse potest Orbis norma: denique talis est, ut procul absentes jam ad ipsum anhelent; qui verò propiores sunt, jam nullo ipsius tœdio afficiantur.

§. 113. Carmen ait: si existat illic, nullus eum aversatur; si existat isthic, nulli tœdio est: quasi diu noctúque, & in perpetuum deprædicabitur. Perfectus Rex (addit ÇU SU) nullus dum fuit, qui non hoc modo, & quàm citissimè obtinuerit laudem & famam per universum Orbem.

§. 114. Confucius (inquit ÇV-SV) eminùs honorificè commemorabat TAO & XVN priscos Reges; cominùs verò sequebatur VEN & VV modernos Reges: suprà imitabatur Cœli tempora; infra conformabat se aquæ & terræ.

§. 115. Quemadmodum Cœlum & Terra, hæc quidem nihil non continet & sustentat, illud verò nihil non tegit & ambit; quemadmodum item quatuor tempora successivè procedunt; quemadmodum Sol & Luna alternatim illuminant, sic cum quâdam proportione Confucius.

§. 116.

§. 116. Universæ res unà procreantur, & non sibi mutuò nocent: quatuor temporum, Solis item ac Lunæ *successivi motus æquabiliter procedunt, & non sibi mutuò contrariantur tenues* ac *limitatæ*, quæ rebus inditæ sunt, *virtutes*, ceu *fluenti* cujusdam *emanationes* sunt. Illa autem *magna & illimitata virtus effectrix & corroboratrix* emanantium *procreationum* est. *Istud* est, *Cælum & Terra propter quod sunt magna.*

§. 117. Solùm in *toto Orbe summè perfectus & sanctus est, qui queat* omnia *percipere, clarè intelligere, penetrare, & comprehendere;* adeòque *sufficiens est, ut habeat regimen.* Ejus animi *magnitudo, liberalitas, affabilitas* ac *benignitas sufficiunt, ut habeat capacitatem,* quâ admittat, & *complectatur* universos. Ejus *activitas, animi celsitudo, robur & constantia sufficiunt, ut* omnia *manu teneat.* Ejus pura illa *simplicitas, serietas, æquabilitas & rectitudo sufficiunt, ut obtineat honorem & venerationem.* Multiplices animi dotes ac *ornamenta*, eorúmque mirabilis illa *temperies*, quâ omnia in pondere & mensurâ moderatur, *minimarum* etiam *rerum exacta investigatio* ac *discussio sufficiunt, ut habeat, quo* citra errorem omnia *discernat.*

§. 118. Est etiam *amplus, diffusus, profundus*, rerúmque omnium *fons & origo; adeòque* suis *temporibus* sese *prodit exeritque.*

§. 119. Amplus & diffusus, velut Cælum; placidus & profundus, velut aquarum abyssus. Si *foràs se prodat, jam è populo nullus* erit, qui eum *non veneretur:* si *loquatur, jam è populo nullus* erit, qui ei *non det fidem.* Si quid *agat, jam è populo nullus* erit, qui ei *non gratulabundus applaudat.*

§. 120. Hâc de causâ ejus *fama* ac *nomen oceani* instar *exundabit per medium* Sinarum *Regnum, & hinc dimanans pertinget ad* usque *barbaros; naves & currus quocunque appellunt; hominum vires quocunque penetrant; Cælum quidquid tegit: tellus quidquid sustinet; Sol & Luna quidquid collustrant; pruina & ros quocunque decidunt: quicunque* denique *habent sanguinem & respirationem, non* poterunt eum *non venerari & amare. Ideò* suprà *dicebam* eum *æquiparari Cælo.*

§. 121. Solummodò in Universo hic *summè perfectus, est,* qui *queat distinguere & contexere Mundi magnum ordinem, & erigere Universi magnum fundamentum, & perspectam habere Cæli & Terræ* rationem *in procreatione & conservatione* rerum. *Si talis tantúsque* est, *quomodò erit* res ulla, *cui innitatur, vel,* à quâ ipse dependeat?

§. 122. Summè benevolus ac *beneficus* est *ejus amor & pietas: placidissima* ac *profundissima ejus* perfectionum *abyss*[us]*: latissimè patens ejus Cælum.*

§. 123. Si quis (concludit Çu-Su) *non sit reverà perspicax, clarè intelligens, sanctus, prudens, & altè penetrans Cæli virtutes, hunc* modò dictum Sanctum *ecquis* alius poterit cognoscere?

§. 124. *Oda ait: Indutus vestem divitem* ac *variegatam*, si *superinduat vulgarem penulam*, is scilicet *odit ejusmodi ornatûs ostentationem* ac *splendorem. Ideò* (ait Çu-su) *perfecti viri virtus occulit se* illa quidem, *sed indies* ultrò *manifestatur: improbi* verò fucata *virtus*, quia solùm *specie tenùs* est talis, *proinde indies* magis ac magis *evanescit. Perfecti viri virtus insipida* videtur, *& tamen non parit fastidium; exile* quid, & propè *contemptibile* videtur, *& tamen* multum *habet venustatis; rudis informísque* videtur, *& tamen* intùs *perpolita* est. Itaque si vir ejusmodi perfectus *noverit* eorum, quæ *longè absunt, proximum principium, noverit* item *morum motuúmque originem; noverit* denique *subtilium & arcanorum manifestationem; poterit* deinde *hoc modo* paulatim *gradum facere* ad *virtutem* Sanctorum.

§. 125. *Oda ait: Penitùs abdita licet delitescant* vitium & virtus, *tamen* vel sic *omninò in lucem prodibunt. Ideò* (exponit Çu-su) *vir perfectus cordis intima discutiens*, si *nihil morbidi* deprehendat, *non* est cujus eum *pudeat in corde* suo. Nimirùm *vir perfectus* ad *quod non potest*, nisi difficulter, *pervenire*, nonne *hoc ipsum solum* est, *homines* passim *quod non vident?*

§. 126. *Oda ait: Vide* ac *circumspice* cùm *solus degis* in *tuâ domo: insuper ne agas*, de quo possis *erubescere in* tuæ *domûs recessu. Ideò* (ait Çu-su) *vir perfectus non aggreditur* negotium, *&* tunc primùm *attendere sibi* incipit: *non profert sermonem*, *&* tunc primùm de *verborum veracitate* cogitat. Sed semper & in omnibus est vigilans.

§. 127. *Oda ait:* Archimystes *ingrediens* templum, *movet & invitat* Spiritus, & quamvis *non indicat* silentium, tamen *tempore* sacrificij *nulla est* populi *contentio* aut *murmur. Eodem modo* (ait Çu-su) *Rex perfectus*, quamvis *non largiatur* multa, *tamen populus excitatur* ad præstandum quod sui muneris est; quamvis *non irascatur, tamen populus* eum *pertimescit præ falcibus & securibus.*

§. 128. *Oda ait:* si *non apparens* ac velut *solitaria* sit Regis *virtus, centum Reguli illam studiosè æmulantur. Hâc de causâ* (inquit Çu-su) *si Rex perfectus* virtutem *solidè colat, jam Orbis universus pace perfruetur.*

§. 129. *Oda ait: Ego complector & amo* (inducitur XAM-TI Supremus Cœli Imperator loquens) *Regis Ven-Vam claram virtutem*, quæ *non magnoperè personabat, ut exteriùs perciperetur*, & appareret. *Confucius ait: Sonitus verborum, & splendor exterior, in ordine ad convertendum populum* sunt quid *posterius. Oda ait: Virtus* hæc est *quid subtile & leve instar pili. Imò verò* (subjicit Çu-su) *pilus adhuc habet*, quod cum eo *comparetur;* adeóque magis rem declarat carmen aliud, quo dicitur: *Supremi Cœli res, nec sonum, nec odorem* habet: sed *summum* quid est, & omnia transcendens.

Finis Versionis Literalis Libri Secundi.

CON-

CONFVCII VITA.

Cùm-fū-çū, sive Confucius, quem Sinenses uti Principem Philosophiæ suæ sequuntur & colunt, vulgari, vel domestico potiùs nomine Kieū dictus, cognomento Chúm-nhi, natalem habuit sedem in Regno Lù (quod Regnum in Provinciam deinde, quæ hodie Xān-tūm dicitur, redactum fuit) in pago Çeu-yě territorij Cnām-pīm, quod ad civitatem Kiō-feu pertinet; hæc autem civitas paret urbi Tèn-cheu dictæ. Natus est anno 21 Imperatoris Lìm-ûam; (fuit hic tertius & vigesimus è Familiâ seu Domo Imperatoriâ Cheu dictâ) Anni nomen Kem-siŏ; secundo item & vigesimo anno Siam-cum Regis, qui eâ tempestate Regnum Lu obtinebat; die 13 undecimæ Lunæ Kem-çū dictæ, sub horam noctis secundam, anno ante Christi ortum 551. Mater ei fuit Chim, è familiâ prænobili Ten oriunda; Pater Xo-leâm-he, qui non solùm primi ordinis Magistratu, quem gessit in Regno Súm, sed generis quoque nobilitate fuit illustris. Stirpem quippe duxit (uti Chronica Sinensium testantur, & Tabula genealogica, quæ Prologomenis ad Annales Sinicos inseritur, perspicuè docet) ex vigesimo septimo sive penultimo Imperatore Ti-yě dicto. Porrò natus est Confucius Patri jam septuagenario, quem adeò triennis infans mox amisit; sed Mater pupillo deinde superstes fuit per annos unum & viginti, conjuge in monte Tum-fâm Regni Lu sepulto. Puer jam sexennis, præmaturâ quâdam maturitate, viro, quàm puero similior, cum æqualibus nunquam visus est lusitate. Oblata edulia non antè delibabat, quàm prisco ritu, qui Çu-tèu nuncupatur, Cœlo venerabundus obtulisset. Annorum quindecim adolescens totum se dedere cœpit Priscorum libris evolvendis, & rejectis ijs, quæ minùs utilia videbantur, optima quæque documenta selegit, primùm expressurus ea suis ipse moribus, deinde alijs quoque ad imitandum propositurus. Non multo pòst unà cum Mem-ỳ-çū, & Nân-cūm-Kim-xŏ ad ritus civiles addiscendos se contulit. Decimo nono, aut ut alij, 20 ætatis anno duxit uxorem, quæ unica illi fuit Kiēn-quōn-xi, ex quâ sequenti mox anno suscepit filium Pě-yŭ; sed hoc deinde jam quinquagenario, cùm ipse 69 annos natus esset, orbatus est, uxore tribus ante annis amissâ. Haudquaquam tamen cum filio stirps omnis extincta est, sed

sed per nepotem Çü,sū, (qui avitæ laudis, ac Philosophiæ studiosus Avi sui Libros commentatus est, & magnis in Imperio muneribus perfunctus) perpetuâ posterorum serie, cum non vulgari tàm opulentiâ, quàm dignitate ad hæc usque tempora propagata est, nulli fortasse Familiarū, quas vel in Africâ vel in Europâ nobilitatis antiquitas comendat postponenda. Sic quidem affirmare non dubitavit P. Joannes Adamus Schall Soc. Jesu Sacerdos, vir Sinicarum rerum peritus in primis, cùm fortè is, qui hâc ætate Philosophi nomen ac stirpem tuetur, cum Pekini visendi gratiâ, nec sine muneribus (qui mos est gentis) adivisset. Quod si meminerimus primam Confucianæ stirpis originem, ab antiquissimis peti Sinicæ Gentis Imperatoribus Chim-tam, Yù, Hoâm tí; hunc autem jam ante annos 4 mille & ampliùs Sinis imperavisse, nullus utique de tantâ nobilitate dubitandi locus nobis erit, si modò Sinarum Chronicis fidem, quam merentur, dare placuerit. Varijs in locis Magistratum gessit Philosophus magnâ cum laude: curas verò hujusmodi ac dignitates non alio ferè studio admittebat, quàm publicæ utilitatis, & spe propagandæ doctrinæ suæ: quâ quidem spe, si fortè falli se videret, ultrò scilicet Magistratu sese abdicabat. Hujus rei cum aliàs sæpè, tùm verò 55 ætatis suæ anno illustre testimonium dedit. Cùm enim in Regno Lù Mandarinum ageret (loquor hîc more Lusitanorum, à quibus in hoc Oriente Mandarini vocantur, qui publicas res inter Sinas administrant) tanta legum observatio, rerúmque & morum tàm felix conversio trimestri spatio mox consecuta est, ut jam vicini Reges, æmulíque invidiâ metúque aliquo tenerentur, haud ignari, Respublicas non aliâ re feliciùs conservari & crescere, quàm disciplinâ legúmque observatione. Finitimi ergò Regni, quod Çi dicebatur, Rex atque Optimates tàm præclara æmulorum gubernationi structuri insidias, donis eas, ut fit, tegunt: puellas formâ, canendi gratiâ, aliísque dotibus præstantes dono mittunt Regni Lù Regi. Rex ignarus insidiarum dolosum munus admittit; capitur illicò muliercularum gratiâ; capiuntur & Proceres sic prorsùs, ut ad trimestre totum, dum novis illis delicijs indulgeretur, negotia cessarint publica, & Regis adeundi via præclusa fuerit. Non tulit hoc Confucius: renunciat muneri, relinquit Aulam, atque ad Regna Çiguéi, & Çu spontaneus exul contendit: Verùm nec hi bono, quòd alijs inviderant, frui voluerunt. Non admittitur Philosophus; qui adeò coactus petere Regnum Chin, hîc ad extremam victus quoque penuriam redigitur. Nec multo pòst, dum Regnum Súm peragrat, à quodam

Huon-

Huôn-tûi, præpotenti viro, sed insigniter improbo, non semel ad mortem conquisitus est. Ipse interim tot ærumnas inter atque discrimina sui semper similis, invicto semper animo, & pro causâ tam bonâ vitam quoque ponere paratus, quamquam fretus ipse rectè factorum conscientiâ præsidióque cœlesti, rursùm negabat, quemquam sibi nocere posse; siquidem esset eâ virtute instructus, quâ ipsi Cœlo inniteretur. Ardens atque indefessum studium divulgandæ per totum Imperium sanioris doctrinæ ad extremum usque spiritum non remisit; cúmque viri ardor patrijs finibus ægrè contineretur, non semel de navigando mari, terrísque remotioribus adeundis cogitavit. Discipulos numeravit 3000. Ex his omninò quingentos extitisse memorant, qui varijs in Regnis Magistratum gesserint; qui præ cæteris autem virtute literísque eminerent, duos & septuaginta fuisse; quorum adeò nomina, cognomenta, & quâ quisque patriâ sit oriundus, memoriæ proditur. Quatuor doctrinæ suæ, ceu gradus, totidémque discipulorum ordines constituebat. Supremus ordo in excolendo virtutibus animo ponebat studium; & in hoc quidem ordine primas ferebant Mìn-çù-kiēn, Gèn-pĕ-nieû, Chûm-cūm, ac denique Yên-yuēn, charus præ omnibus Magistro discipulus, cujus immaturum funus (obijt quippe primo & trigesimo ætatis anno) continenter lugebat. Proximus ordo ratiocinandi dicendique facultati dabat operam; hujus principes erant Çài-ngò, & Çù-cúm. Tertius agebat de Regimine politico, & probè gerendis muneribus publicis; excellebant hîc Gèn-yèu, & Kí-lú. Quarti denique & postremi ordinis labor & occupatio hæc erat, ut, quæ ad mores spectabant, apto venustóque stylo declararent; quod duo Çù-yēu, & Çù-hía præcipuâ cum laude præstabant. Atque hi quidem, inter duos & septuaginta, decem erant solertiores discipuli, & flos Scholæ Confucianæ. Omne studium ac doctrina Philosophi eò collimabat inprimis, ut naturam ignorantiæ tenebris offusam, vitijsque depravatam revocaret ad pristinam lucem atque integritatem, cum quâ à Cœlo conditam fuisse asserebat; ex quo deinde clemens & æqua rerum administratio adeóque felix & maximè pacatus Imperij Status consequeretur. Quò autem certiùs attingeretur hic scopus, volebat omnes Kím-tiēn; Ngai-gin; Kĕ-ki; obsequi Cœlo, ipsúmque timere & colere; amare proximum sicut seipsum; vincere se, atque appetitus suos subdere rationi, nec quidpiam agere, dicere, vel etiam cogitare, quod ab hâc esset alienum. Porrò quæ scripto verbóque præcipiebat, primus ipse moribus exprimebat ac vitâ: cujus rei testimonium satis luculentum

 præbere

præbere potest tantus tot illustrium Virorum numerus, qui in disciplinam ejus se contulerunt, & quæcunque gessit dixítque, quamvis minutissima, posteritati prodidêre. Ad hæc constans ille favor tot Principum, tantus tot seculorum honor (de quo mox agemus) argumento esse potest, virtutem sanè fuisse Philosopho, non meram speciem fucúmque virtutis. Quid? quod nostris temporibus haud defuerint è Literatorum ordine, qui vel amplexi jam Religionem Christianam, vel hujus integritate sanctitatéque probè saltem perspectâ, non dubitanter affirmârunt, sperari posse, Philosophum suum, siquidem vixisset ætate nostrâ, primum fuisse futurum, qui ad Christi legem transiisset. Certè quemadmodum sectatores ejus tradunt, mira quædam fuit Viri gravitas, & corporis animíque moderatio, fides, æquitas, lenitas singularis. Severus erat ac pervigil sui ipsius observator ac censor; contemptor opum honorúmque; hoc agens unum studio prorsùs indefesso, ut doctrinam suam quamplurimis mortalium impertiret. Quod autem in eo vel maximè suspicimus Europæi, & in nostratibus quidem priscæ ætatis Philosophis desideramus, tantâ fuit animi demissione Confucius, ut non solùm de se suísque rebus admodum modestè loqueretur, sed ultrò quoque & palàm argueret sese, quod nec in discendo (ut ajebat) esset impiger, nec constans in docendo, neque eâ, quâ par erat, vigilantiâ vitiorum suorum emendationi, & studio virtutum exercitióq; operam daret. Certissimum verò argumentum modesti sincerìque animi tùm dedit, cùm palàm ingenuéque professus est, doctrinam suam non esse suam, sed Priscorum Sapientum, in primis Yâo, & Xún Regum, qui ipsum mille quingentis eòque ampliùs annis antecesserant. Cùm itaque non deessent, qui cum sapientiâ natum esse opinarentur, adeóque & prædicarent, peragrè id ferebat, & disertè negabat ad gradum perfectæ consummatæque virtutis aut sanctitatis pervenire se posse; dicere identidem solitus, (ut à quibusdam Sinensium traditur) Virum Sanctum in Occidente existere, Sī-fām-yèu-xím-ĝin: quod ipse de quo, quove spiritu pronunciarit, incertum est. Hoc certum, anno post Christum natum 66, Imperatorem Mîm-tí (fuit hic è Familiâ Hán decimus septimus) motum verbis Philosophi, magis etiam oblatâ sibi per somnum specie Sancti ex Occidente Herois, cùm ipsimet ire non esset integrum, misisse Çâi-çím, & Çîn-kím legatos suo nomine occasum versùs, inibi veram legem & sanctitatem quæsituros; qui quidem cum ad Insulam quandam appulissent, quæ non procul distabat à Rubro mari, non ausi longiùs procedere, Idolum quoddam, & monstrum hominis Fĕ dictum

ctum (qui quingentis circiter annis ante Confucium in Indiâ floruerat) nec non execrabilem ipsius legem in hoc Imperium & vicina circum Regna retulerunt; felices æternúmque de patriâ suâ benè merituri, si pro hâc peste salutarem Christi doctrinam, quam per eadem tempora Thomas Apostolus apud Indos propagabat, reportassent. Sed enim felicitas humana, & quæ hinc nascebatur, superbia Gentis opulentæ, potentis, & florentissimæ, veræ felicitati tunc, ut opinor, aditum obstruxit. Sinenses ergò cùm Idola jam magìs magísque venerarentur, nec sine exemplo quorundam Regum, qui prorsùs impensè novam superstitionem sectati sunt, paulatim scilicet discesserunt à genuinâ Magistri sui doctrinâ, & præclaris institutis Priscorum; ac tandem in contemptum Religionis omnis verúmque Atheismum sunt prolapsi. In hunc porrò literatos & acutiores quosque ceu manu duxit doctrina illius ipsius Fe, qui rudi vulgo idololatriæ magister extitit. Duplicem quippe perditissimus impostor iste atque Atheorum Princeps doctrinam reliquit; alteram, quâ rerum omnium principium finèmque NIHIL esse docet; quam qui sectantur, Athei sunt, & arcanam atque interiorem vocant; alteram, quæ exterior dicitur, atquè illius adumbratio quædam est, ad vulgi & rudiorum ferè captum & superstitionem accommodata. De Confucio tamen dubitari non potest, quin ab hâc, & illâ peste immunis fuerit: idolorum certè cultorem fuisse ne illi quidem, qui vitio temporis idola jam venerantur, affirmare ausint; ab Atheismo verò quàm fuerit alienus non ipse tantùm, sed prisca Sinarum ætas omnis, in Explanatione Libri CHVM YVM declaramus.

Migravit è vitâ Confucius anno ætatis 73, lunâ 4, Ki-cheù vulgò dictâ, anni, cui Gin-siò nomen, è sexagenario Sinensis æræ cyclo, & quasi aureo Gentis numero, petitum. Erat hic annus primus & quadragesimus Imperij Kím-uâm, vigesimi quinti è Familiâ Chēu Imperatoris: quo etiam tempore Regulus Ngāi-cūm patrium Philosophi Regnum, Lù dictum, annum jam 16 tùm moderabatur. Paulo antè, quàm morbo, qui supremus ei fuit, corriperetur, lugens suorum temporum perturbationem, hunc versum cygneâ voce concinere auditus est: PRÆGRANDIS MONS (doctrinam suam intelligebat) QVO DECIDISTI! TRABALIS MACHINA EVERSA EST: SAPIENTES, ET SANCTI EXARVERE. Mox inde languere incipiens, septimo die ante mortem ad discipulos suos conversus: Superiori nocte, inquit, per somnium visa mihi sunt in Aulâ justa fieri. Reges, quæ doceo, non observant. Ecquis horum per

Imperium nostrum instituti mei sectator & cultor est? hoc unum superest, ut moriar. Hæc effatus lethargo corripitur, & cùm totos septem dies dormientis instar perstitisset, tandem vivere desijt. Sepultus est in Lu patrio Regno (donum quippe se cum discipulis suis contulerat) prope Civitatem Kio-féu, ad ripam fluminis Sü, in ipsâ Academiâ suâ, in quâ docere consueverat, quæ hodiè quidem muris, veluti Civitas, cincta cernitur. Luxerunt inibi Magistrum suum discipuli habitu lugubri, multâque cum inediâ & lachrymis, non secus ac filij parentem; idque per annum totum; nec defuerunt qui ad annos omninò tres, Çü-cúm verò sex ipsos annos, in eodem loco, luctúque perstiterunt. Fuit admodùm procero corpore Philosophus, &, si fas est Sinis credere, giganteo; sed cui tamen lati humeri, pectúsque amplum decorem conciliabat ac majestatem. In ipso vertice capitis grandisculus ei tuber erat; quare à Patre suo, Kieū, id est, Colliculus, cujus speciem aliquam præbebat tuber, nominatus est; quo ipso nomine vir modestus identidem quoque utebatur. Facies ei lata, subfuscus oris color, oculi nigri ac prægrandes, capillus niger, barba promissa, nasus simus, vox gravis, ac tonitrui instar, ut Sinæ tradunt.

Porrò quantum honoris per annos bis mille eóque ampliùs detulerit Magistro suo, ejúsque lucubrationibus & virtuti grata Sinarum posteritas, pro me loquantur quotquot Imperio toto ad dignitates & munia publica præsidio literarum sunt evecti: qui omnes utique fatentur à Confucij inprimis Scholâ, & Libris, è quibus ad Gradum examinantur, opes, honores, & illustre sibi nomen obvenisse. Loquantur item singulis in Oppidis Vrbibúsque erectæ Viro ac dicatæ Aulæ, ante quarum fores quotiescunque transeunt, qui è Literatorum ordine publicos gerunt Magistratus, protinùs è sublimi augustâque sellâ, in quâ more Gentis gestantur, venerabundi descendunt, & passus aliquot pedites viam suam prosequuntur. Loquantur denique tituli sanè honorifici, qui in ijs Aulis, quas modò dicebamus, cernuntur trabalibus auratísque literis exarati: MAGNO MAGISTRO, ILLVSTRI LITERARVM REGI, SANCTO, seu eximiâ quâdam Sapientiâ ornato, aliísque similibus, quibus hunc Gentis suæ Doctorem Imperatorum Familiæ Hán, Suî, Tâm, Súm, Yuen (fuit hæc Tartarorum occidentalium) & quæ hodiernam Tartarorum orientalium Çīm proximè antecessit, Mîm dicta, tantùm non suprà laudes humanas evexerunt.

Quo-

Quoniam tamen voce Xìn, quæ Spiritum sonat, quamque posterior ætas multis suorum superstitiosè tribuit, semper hîc abstinuerunt Sinæ, hodiéq; abstinent, (quatenus saltem vox hæc Numen aliquod, vel Idolum significat; titulus quippe Xìn-guéi, vel huic similis, funebribus tabellis inscribi solitus, & defunctis omnibus communis, superstitione caret) satis utique declarat, non alio ritu, quàm prisco Majorum suorum, qui ab idololatriâ fuerunt alieni, coli nunc quoque Magistrum suum; maximè cùm, præter hosce titulos & ipsum nomen tabulæ inscriptum, nulla plerúmque statua cernatur inibi, imago nulla. Una tamen extat imago Philosophi, vivæ ac spiranti non modò similis, sed re ipsâ spirans ac viva; Nepos ille videlicet, cujus antè jam meminimus, quem adeò propter Avi, quamvis intervallo bis mille annorum, & plusquàm sexaginta generationibus jam remoti memoriam, summi pariter infimique colunt, sic prorsùs, ut eum Xún-chí, Monarchiæ Sino-Tartaricæ Fundator, cùm Aulam de more adijsset, perhonorificè exceperit, & familiariter quoque cum eodem agere observatus fuerit. Gaudet ipse perpetuâ & hæreditariâ Mandarinorum dignitate; raro item privilegio, neque ullis, præterquàm Regij sanguinis Principibus, concesso, ut Imperatori nullum vectigal pendat. Adhæc quotquot singulis triennijs ad Doctoris Gradum evehuntur, pignus aliquod grati animi, & quasi Minerval, quod Avo non possunt, Nepoti persolvere consueverunt. Quod autem meritò laudemus ac suspiciamus etiam nos Europæi, cùm China fortunæ varietatem sanè magnam sit experta, cúmque tot bellorum casus & calamitates subierit, tot ortus viderit interitúsque Familiarum, penes quas erat rerum summa, nunquàm tamen honores, quos memoravi, gratæque posteritatis erga Confucium monumenta sunt interrupta; si tamen paucos annos exceperimus, quibus tertio post seculo, quam Philosophus obijt, Çin-xi-hoâm, secundus è Familiâ Çin Imperator, non in Libros tantùm, sed etiam Literatos barbarè crudeliterque sævijt. Cæterùm cum hujus morte literæ mox revixerunt, & ijs honorum incrementis, quæ sub Tartaris quoque spectamus hodiè, Confucij quoque nomen & fama crevit.

Intelliget ex his omnibus prudens Lector, quàm non inutilis futura sit Evangelico Præconi Viri hujus autoritas, siquidem eâ apud hanc Gentem, quæ Magistri sui & literarum suarum usque adeò studiosa est, uti quandóque possit (& verò potest) ad Christianam Veritatem

ritatem confirmandam; quemadmodum videmus, Apostolum Paulum Poetæ Græci autoritate olim apud Athenienses fuisse usum. Vnum tamen hîc solicitè cavendum nobis erit, posito semper ante oculos eorum Patrum exemplo, qui Missionem hanc cum singulari virtute prudentiâque fundatam nobis reliquêre, ut apud Sinas admodum moderatè commendemus ac laudemus Confucium, ne testimonio nostrô atque autoritate æstimatio hominis, doctrinæque ejus, quæ justo propè major est, immodicè prorsus augescat; maximè apud Gentem naturâ sanè superbam, & aliena ferè præ suis contemnentem. Multò magis tamen cavendum nobis erit, ne verbo scriptove damnemus aut lædamus eum, quem tota Gens tantoperè suspicit ac veneratur, ne huic odiosi reddamur non nos ipsi tantùm, sed ipsemet, quem prædicamus, Christus; &, dum fortè contemnimus aut condemnamus eum, qui tam consentanea rationi docuit, quique vitam ac mores cum doctrinâ suâ conformare semper studuit, videamur nos Europæi, Sinis saltem, non tam cum Magistro ipsorum, quàm cum ratione ipsâ pugnare velle, & hujus lumen, non autem Confucij nomen extinguere.

Hucusque SINARVM SCIENTIA POLITICO-MOLALIS, unà cum CONFVCII VITA, uti ea ex ipsis antiquis Sinicis monumentis desumpta, & jam memoratæ *Scientiæ Politico-morali* subjuncta est. Cæterùm quamvis ego in præsens rebus Sinicis non possim diutiùs immorari, sed ijs, qui plura de his scire desiderant, *R. P. Athanasij Kircheri S. I. Chinam Illustratam* & *Theophili Spizelij Commentarium de Re Literariâ Sinensium* præcipuè commendem, hoc unum tamen, priusquam ad alia pergam, corollarij instar addo, inter cæteros raros Libros Sinicos, qui post annum 1672 S. CÆS. MAJESTATI ex Regno Sinarum usque ad hunc diem transmissi sunt, multas ob causas lectu dignissimum inprimis esse eum, quo continentur *Acta Judicialia accusationis & absolutionis Præconum Religionis Christianæ Catholicæ in Regno Sinensi A. C. 1669, 1670 & 1671.* Cùm igitur is non nimiùm prolixus sit, & vel solâ novitate Lectori jucundus fore videatur, integrum eum quàm fidelissimè hîc publico, sed *latinè* tantùm, & absque *Sinicis Characteribus*, qui in authentico Exemplari, in *Quàm-chēu* Metropoli Provinciæ *Quàm-tūm* A. C. 1671 impresso, cum *pronunciatione latinâ* è regione adjuncti sunt.

INNO-

INNOCENTIA VICTRIX,


SIVE,

SENTENTIA COMITIORVM IMPERII SINICI PRO

INNOCENTIA


CHRISTIANÆ RELIGIONIS,

LATA JVRIDICE' PER ANNVM M DC LXIX,
ET JVSSV R. P. ANTONII DE GOVVEA,
SOCIETATIS JESV IBIDEM VICE-PROVINCIALIS,
SINICO-LATINE' EXPOSITA
IN QVA'M-CHĒV, METROPOLI PROVINCIÆ QVA'M-TV̄M
IN REGNO SINARVM, ANNO SALVTIS
HVMANÆ M DC LXXI.



PSALM. XCVII:

IN CONSPECTV GENTIVM REVELAVIT JVSTITIAM SVAM.



FACVLTAS
R. P. Vice-Provincialis.

Opusculum Sinico-Latinum, cui titulus INNOCENTIA VICTRIX, quod exaratum fuit, ut constaret liquidiùs ac magis autenticè veritas eorum, quæ de Sinicâ persecutione vulgata sunt per Europam variorum literis atq; sermonibus, cùm jam recognitum fuerit atq; approbatum à quatuor Societatis nostræ Sinicæque Missionis Patribus, Ego infrascriptus potestate mihi factâ ab Adm. R. P. N. Joanne Paulo Olivâ, Societatis ejusdem Præposito Generali, facultatem concedo, ut typis excudatur. In quorum fidem has manu meâ signatas, & sigillo officij mei munitas dedi. In Quàm-chēu metropoli Provinciæ Quàm-tūm, die 28 Decembris Anni 1670

Antonius de Gouuea.

ACcusaverat Evangelicos Præcones in Chinâ livor & impietas Ethnicorum de ignorantiâ artis Astronomicæ, de meditatâ perduellione, de falsitate Religionis ac pravitate. Verùm pugnante pro suis illo, qui ipsa est Veritas; Cœlum quidem, experimentáque cœlestia, erroris & ignorantiæ convicerunt æmulos: suspicionem perduellionis communis ubique Neophytorum quies, innocentia, patientiáque dispulit: calumniam falsæ pravǽque Religionis Christiana tàm Veritas quàm Sanctitas oppressit: pœnas interim severissimas de perversis impiísque tùm calumniatoribus, tùm etiam Judicibus exigente DEO, Teste, Judice, & Vltore; ac tandem INNOCENTIAM & æquitatem causæ suæ per illos ipsos, à quibus damnata quondam fuerat, eo, quo subijcimus, ordine, & modo, mirabiliter declarante, & in conspectu Sinarum revelante Justitiam suam.

Multa quidem peccaverant quatuor Proceres natione Tartari, à quibus, Imperatore etiamnum puero, Sinica res administrata fuerat vicariâ cum potestate. Veruntamen haud aliâ re ullâ peccaverant graviùs, quàm quòd innocentissimam Christi Legem, uti seditiosam pravámque damnaverant. Neque tulit injuriam Innocentiæ Vindex DEVS. Vnum ex ipsis (Soni vulgò nominabatur) mors, morbum consecuta, humano quidem eripuit judicio supplicióque; at non Divino. Alterum, Sucamà nomine, ipsemet Imperator, simul atque suscepit Imperium Anno 1667 totâ cum stirpe jussit interfici. Reliqui duo per anni spatium non impuniti modò perstiterunt, sed in gratiâ quoque ipsius Principis; cujus adolescentia indigere adhuc videbatur consilio ipsorum; quoad tandem Anno Christi 1669 is, cui Patrocùm, nec non Ngao-Pai nomen erat, conscientiâ meritorum suorum (quæ utique non fuerant mediocria in Familiam hanc Imperatoriam Tartarorum) tumidus atque insolens, jámque non autoritatem modo Regiam, sed etiam potestatem visus affectare, idémque hostis acer & acerbus Christianæ Religionis, cecidit tandem aliquando; reúsque agitatæ defectionis, alios complures, qui ipso nitebantur, nec non Collegam suum Erpicùm nomine in eandem secum (minùs tameu atrocem) suspicionem traxit ac ruinam.

Edictum protinùs, ut, quicunque damni quidpiam ab alterutro passi fuerant, oblatis de more Libellis, id exponerent Imperatori. Plurimum passa fuerat Christiana res. Hujus ergò causam suscipiunt tres è Socictate JESV Sacerdotes, Ludovicus, Gabriel, Ferdinandus; qui, destinato planè consilio Numinis, jussi fuerant in Aulâ persistere, reliquis omnibus Divinæ Legis Præconibus numero viginti quinque

in

in extremam Provinciarum Australium ablegatis. Commodissimè etiam paucis antè mensibus acciderat, ut peritia singularis rei Astronomicæ, quâ pollebat Ferdinandus, eam denuò portam reseraret Evangelio, quam cùm olim aperuisset industria Societatis JESV, Sinarum deinde superbia, invidiâq; Mahometanorum occluserat: sed nunc, demonstratis Sole propè ipso clariùs & horum & illorum erroribus, emerserat quodammodo velut ex eclipsi suâ annorum circiter quatuor Astronomia Europæa, pristinóque usui & dignitati restituta, plurimorum studijs ac sermonibus, maximè quidem Tartarorum, celebrabatur; eràntque jam isto nomine non modò Ferdinandus, sed etiam duo Socij perquàm gratiosi apud ipsum Imperatorem: cui adeò non per Libellum supplicem, sed (quod rarissimæ felicitatis est) coràm & per se exponunt omnia, occasionem prorsus insperatam tantæ rei offerente DEO.

Et spem quidem successûs optati audientis attentio benignitásque fecerat. Eâ tamen haud contenti, exactò deinde biduo, Regulis, sive Principibus Stirpis Regiæ, quibus suscipiendorum libellorum datum erat munus, de scripto quoque declarant acceptas in re Christianâ injurias atque damna.

Libellus supplex.

OFferunt Libellum supplicem Ludovicus Buglius, Gabriel Magellanius, Ferdinandus Verbiest. Causa supplicandi multiplex: fraus inprimis, quâ circumventus Princeps; & violentia, quâ præcipitati in interitum innocentes, communi cum indignatione & offensâ tàm Superûm quàm mortalium. Obtestamur itaque Majestatem Regiam, ut extinguat quidquid etiamnum latet nequitiæ confœderatæ; & sic palàm faciat Mundo causam innocentiámque Joannis Adami Schall, vitâ licet jam defuncti. Hoc igitur cum dolore gemitúque nos tres dicimus, annum jam agi quadragesimum octavum, quòd popularis ille noster & longinquus advena Joannes Adamus pervenit ab Occidente in hanc Aulam, & imperante etiam tùm Familiâ superiore Mîm, protinùs ex mandato Regio curam suscepit rei Astronomicæ: deinde verò beneficio singulari novæ hujus Familiæ (Tartaricæ), novo jussus diplomate perseverare in illo munere, constanter annos viginti & ampliùs, nemine omnium vel adversante, vel obtrectante, motus cœlestes, annuásque vicissitudines accuratè supputatas, ritè quotannis vulgavit per Imperium; quoad (proh dolor!) tandem incidit in insidias ac manus improbi veteratoris Tâm-quām-siēn: qui quidem homo imperante Familiâ Mîm, jussu regio cæsus fustibus, jam pœnas semel dederat accu-

sationis absq; justo fundamento, & cum pervicaciâ instituta; & tamen idem nunc rursus tyrannicâ fretus autoritate (unius maximè Patrocùm) haud dubitavit erroris arguere Astronomiam Europæam, eámq; regulam, quam præcedens Imperator ab annis decem & ampliùs stabiliverat, temerè criminari: quoad indictis nuper Comitijs (in rem nostram sanè feliciter) jussi sunt Principes primi & secundi Ordinis, nec non Regiorum tribunalium Præsides & Assessores examinare denuò novam illam methodum; quæ & approbata tunc fuit summo consensu omnium, ipséq; mox Ferdinandus, jussu beneficióq; Regio, Astronomicæ rei curam denuò suscepit; nec fas deinde cuiquam fuit movere ampliùs hanc controversiam.

Sola nunc superest declaranda similiter Lex atq; Religio Domini Cælorum, de quo pervetustus ille Codex vester ait: SVPREMVS EST ET MAXIMVS IMPERATOR, SCILICET QVI DESCENDENS IN HÆC INFERIORA, TREMENDAM SVAM MAIESTATEM MANIFESTAT; éstq; ipse Conditor omnium rerum ac Dominus. In Occidente quidem nostro servant ipsius Legem triginta & ampliùs tùm Regna tùm Satrapiæ, unius omnes Familiæ adinstar; idq; jam per annos mille ac trecentos, nec secùs ac si foret dies una: ex quo etiam potest intelligi Legis ejusdem tàm antiquitas, quàm amplitudo. Quid? quòd, imperante Vân-lie Rege, jam existebat in hâc Chinâ; sintq; adeò jam anni octoginta & ampliùs, quòd eam Doctor Europæus Matthæus Riccius, fixo hîc domicilio, scripto verbóq; vulgavit. Summa porrò Christianæ Legis hæc est, ut veneremur Cæleste Numen, ac diligamus proximum: nec aliò ferè spectant, quæ docet prætereà, quàm ut nos vincamus ipsi, & impleamus naturæ nostræ leges omnes, fidei imprimis erga Regem, obedientiæ observantiǽq; erga majores; moderationis item modestiǽq;; quæ omnia præcipua sunt illius capita. Et talis quidem inter ipsa statim principia passim hîc audiebat Lex nostra: quàm adeò tùm Nobilitas, tùm etiam Magistratus habebant charam & in pretio. (Xún chi) certè, conditor Familiæ hujus Imperatoriæ, adivit sæpenumerò ædes nostras ac templum; & in hujus quidem atrio jussit ipse de censu Regio marmoreum erigi monumentum suæ erga nos benevolentiæ: aliud item præfigi voluit ipsis foribus, quo ædes ipsas more Gentis celebrabat, nimirùm: SEDES ILLVSTRIS PENETRANTIS ARCANA. Ipsum deniq; Adamum honoravit novo hoc cognomento: PRÆSTANTIS ET ARCANÆ LEGIS DOCTOR. Quòd si Religio Christiana perversa est ac falsa; quomodò virtus illa ac sapientia

me-

memorati Imperatoris non eam ſeverè omnibus interdixit? Et nunc tamen propter ea, quæ Tâm-quam-sien confinxit, concremati fuerunt Libri Divinæ Legis, ædéſq; deſtructæ. Quin & idem præterea Tâm-quam-sien reum egit Joannem Adamum meditatæ perduellionis: atqui nos, cæteríq; ſociorum, tàm remotis è Regnis advenæ, & qui terrâ mariq; poſuimus annos omninò tres in hoc itinere ſtadiorum nonageſies mille, & ampliùs; nos, inquam, qui nunc in Chinâ degimus homines duntaxat viginti & aliquot, nati quidem in Occidente, ſed viventes ac morientes in hoc Oriente, quibus tandem alis inſtructi ſumus, quibus, obſecro, ſubſidijs ad ſuſcipienda perduellionis conſilia, & occupandum armis ſcilicet hoc Imperium? Et tamen os illud tortuoſum, ſubdolæq; confictiones, tantum effecerunt, ut innocentes iſti advenæ viginti & aliquot ablegati ſint in Provinciam Cantonienſem; ubi etiamnùm hærent miſeri vinctorum inſtar, & nec progredi ſinuntur nec regredi; cúmq; nullum crimen admiſerint, quod bonorum publicationem mereatur, ædes tamen ipſorum traditæ ſunt alijs incolendæ: loca ſepulturæ deſtinata alij invaſerunt; quò magis etiam urgemur nos tres clarâ voce conqueri de tantâ iniquitate. Cúmq; jam tyrannis illa Patrocùm tandem protracta ſit in lucem, & inſignis iſta inſolentia Solis inſtar jam patefcat, obſecramus Majeſtatem Regiam, ut demittat ſe ſe, ac diſcooperiat hos, qui etiamnum latitant, dolos, ritéq; examinet ac declaret cauſam iſtam: ut, ſic patefactâ defuncti jam Miniſtri innocentiâ, deprædicet is ipſe beneficentiam Regis ſui, quam vivus mortuúsque ſenſerit. Offerebant hunc Libellum anno octavo Cam-Hi Imperatoris, Lunæ quintæ die quinto, Salutis humanæ 1669, 21 Junij.

Exceperunt eum Reguli cum inuſitatâ quâdam ſignificatione voluntatis erga nos ſuæ; quamvis id haudquaquàm tunc probaretur Concilij Rituum Præſidi, quippe hoſti capitali Chriſtiani nominis: quo etiam acerbiùs ipſum deinde uſſerit, opinor, quòd eundem Libellum juſſus ipſemet è Sinico reddere Tartaricum, referri viderit inter alios primi ordinis ac primo loco recitandos Imperatori. Recitatus eſt igitur, & quidem ab eo, qui nunc Colaos inter eſt primus, idémq; patruus Imperatricis. Verùm perſpecta jam dudum erat Principi cauſa noſtra, & cauſæ æquitas: placuit ipſi nihilominùs (quo perennius, credo, eſſet firmiúsq; beneficium ſuum) referri de poſtulatis noſtris ad Concilium, quod modò dixi, Rituum. Eſt illud inter ſex majora Concilia Regia ordine tertium, propriúmq; illius munus de rebus ad Religionem ſpectantibus ſententiam dicere. Cæterùm nunquam adhuc favere viſum

eſt rei Chriſtianæ; poſtremis verò hiſce temporibus adverſari damnóq; eſſe perſæpè. Cujus rei egregiè conſcij tres Patres, ubi delatam eò cauſam cognoverunt, angi animo atq; æſtuare ſcilicet: nec mora; is cui Ferdinando nomen, adit rurſus Imperatorem; rogat cum lachrymis, & obteſtatur, ad aliud Tribunal cauſam traduci ut jubeat. Annuit: jubet traduci. Sed enim favorem benigni Principis celeritas inimicorum jam anteverterat. Prodit illicò reſponſum, quo homines impij ipſam illam ſententiam, quæ ante annos quatuor iniquè lata fuerat, tuentur & confirmant iniquiùs.

Reſponſum Concilij Rituum ad poſtulata trium Patrum.

P*Ræſes Concilij Rituum cum ſuis Aſſeſſoribus cæteriſq; Conſiliarijs Libellum offert, quo exquirit reverenter voluntatem Suæ Majeſtatis. Ego Subditus ac Miniſter Regius, cæteriq; Adminiſtri, inſtitutâ communi conſultatione, comperimus, ſecundùm ea, quæ referuntur in Libello ſupplice Ludovici Buglij, Gabrielis Magellanij, Ferdinandi Verbieſt, quòd Lex & Religio Domini Cœli jam exiſtebat in Chinâ temporibus Vân-liě, qui fuit ſuperioris Familiæ Mîm (ſive Taimingæ) Imperator: jámq; adeò effluxiſſe annos octoginta & ampliùs, quòd Europæus Doctor Matthæus Riccius pervenit in hunc Orientem, fixóq; hìc domicilio, vulgare cœpit doctrinam ſuam; quam & ſcripto verbóq; declaravit. Summam porrò Chriſtianæ Legis hanc eſſe: Venerari Cœleſte Numen, ac diligere proximum: nec aliò ferè ſpectare, quæ Lex iſta præthereà doceat, quàm ut vincamus nos ipſi, & impleamus naturæ noſtræ leges omnes, fidei inprimis erga Regem, & obedientiæ obſervantiæq; erga Majores; nec non modeſtiæ & moderationis. Nos interim, factâ diſquiſitione, rursùm comperimus, quòd anno decimo tertio Xún-chí, Imperatoris proximè defuncti, Lunâ undecimâ, exceperimus venerabundi Edictum Regium, quo præcipiebat is huic Rituum Concilio hiſce verbis: Ego ut adminiſtrem rectè hoc Imperium, debeo ante omnia neceſſariò dirigere probéq; inſtituere ſubditorum meorum corda; adeóq; rejicere doctrinas omnes artéſq; pravas ac perverſas. Et tres quidem Sectæ, una Literatorum ſcilicet, ac duæ quæ ſuo quæq; ritu idola colunt, ſi pariter conſiderentur, omnes hoc efficiunt, ut agant homines, quæ bona ſunt; abjiciant, quæ mala; ut avertant ſeſe ab eo, quod pravum eſt, & ad id, quod eſt rectum, convertant. Verùm dantur præter iſtas aliæ quædam Sectæ aberrantes ac ſiniſtræ, quæ confundunt*

fundunt imperitam multitudinem; quæ ſociant inter ſeſe homines improbos; noctu congregantur, diſperguntur ortâ luce. Ex harum ſectatoribus, ij, qui tenuiores ſunt, nummis ferè inhiant, ac turpitudini dedunt ſeſe; qui verò potentiores ſunt, prorsùs abijciunt obedientiam Regi debitam, & clanculùm machinantur defectiones. Porrò adhibui ego ſæpenumerò ſevera quædam remedia: nondum tamen (utique præter meam opinionem) penitùs extingui potuerunt reliquiæ iſtius mali. Totum hoc reverà oritur ex eo, quòd dentur in ipsâ Aulâ ſectatores quidam, qui cùm aſſiſtant Imperatori, patrocinantur interim illis hominibus, qui ſpecioſo utentes nomine religioſarum ſupplicationum & oblationum, multa interim perpetrant temerè & inverecundè, viris pariter ac fœminis parùm honeſtè concurrentibus; &c.

Nos igitur voluntati Regiæ tàm diſertæ reverenter morem gerentes, vulgavimus tunc ſeveram interdictionem; exſtátque Proceſſus totius rei in Archivio noſtro.

Præterea Fundator hujus novæ Dominationis, Imperator (defunctus) honoravit Joannem Adamum elogio marmori inſculpto. Elogij pars una ſic habebat: Ego dum luſtro ſepta mea venatoria, ſita ad meridionalem plagam Regiæ noſtræ, fortè tranſivi per Templum quoddam, in quo vidi Spiritûs cujusdam venerandam effigiem, ſimilem hominibus illius Regni (1); forma quoque Templi & ſupellex, & ornamenta reſpondebant normæ illius Regni. Libri denique menſæ impoſiti dicebantur agere de rebus, quæ ſpectant ad Legem Domini Cœli. Joannes autem Adamus, qui ante decades aliquot annorum in Chinam eſt ingreſſus, præclarè ſervat Legem iſtam, ſervítque dicto Spiritui (cui etiam exſtruxit novum iſtud Templum) non ſine laude inſignis obſervantiæ, integritatis innocentiæque. Planè vir eſt egregiâ vitæ morúmque conſtantiâ: adhæc verè impiger ac ſedulus; & denique vir prorsùs eminens; aliáque ibi dicuntur ejuſdem ferè ſententiæ.

(1) *Scilicet Europæi; éſtque ſermo de pictâ Chriſti Salvatoris imagine.*

Dicimus præterea Ferdinandum Verbieſt, ac Socios ipſius, prout ipſimet, quondam juridicè interrogati, profeſſi ſunt, admittere in Legem ſuam mares æquè ac fœminas, quo etiam tempore utentes aquâ purâ abluunt ipſis frontem, & ſic remittunt eorundem peccata. Ad hæc quotieſcunque ſeu viri ſeu fœminæ ex ijs, qui jam ſuſceperunt Legem, quodpiam delictum commiſerunt, ipſos tunc loco DEI ſolvere illud ac remittere: quotquot item ægrotant cum periculo, inungere illis oleo ſacro organa quinque ſenſuum, & DEUM tunc procul dubio miſeratum illos, ignoſcere peccata. Cæterùm ijdem iſti Chriſtiani non

 cremant

cremant papyrum avis suis ac majoribus vitâ functis (1); quod est utique non observare legem honorandorum parentum. Nec est interim quidpiam, ex quo dilucidè patescat vel solutio peccatorum, vel opitulatio, vel alia quæpiam utilitas istius Legis, sed pertinet ipsa ad sectas à tribus suprà memoratis diversas. Non est igitur vera lex, Lex Christiana, neque expedit eam admitti.

(1) Ridicula superstitio est, quá ij maximè, qui Bonzios audiunt, fabulásque Pythagoricas, opitulari conantur suorum manibus apud inferos detentis.

Ad id verò quod præterea in Libello suo prædicant tres Europæi homines, crematos fuisse Libros suos; ædium suarum alias fuisse destructas; alias verò traditas certis hominibus, qui incolerent: loca item sepulturæ suæ destinata, ab alijs fuisse occupata, &c; respondemus, Libros quidem qui tractant de Religione Europæâ; item ærea numismata; tabulas item Libelli de propagatione Religionis ejusdem novissimè excusi: hæc, inquam, omnia, tanquam res proprias Christianæ Religionis, jam tùm fuisse concrematas; Templum quoque ipsorum ac domicilium, quod ad plagam Occidentalem Regiæ Pekinensis situm est, ex mandato Regio (2) tradita fuisse duobus summis Præsidibus (3) Collegij Astronomici: alterum verò eorundem Templum situm ad plagam Orientalem ejusdem Regiæ, concessum fuisse Adamo, Ludovico, Gabrieli, Ferdinando incolendum: tertium denique Templum situm extra portam Feù-chîm dictam, traditum fuisse Concilio Regio operarum publicarum, à quo & venundatum est; emptor verò demolitus est illud in usum suum. Alia interim Templa extra Pekinensem Provinciam sita, nos, obtemperantes mandato item Regio, nondum destruximus; sed habitari jussimus ab alijs. Loca tamen destinata sepulturæ ipsorum, nondum cuiquam attribuimus; sed ipsis relicta sunt. Præterea quod attinet ad titulum favore Regio præfixum foribus, SEDES ILLVSTRIS PENETRANTIS ARCANA, simul cum altero titulo, qui similiter collatus fuit ipsimet Joanni Adamo, scilicet, PRÆSTANTIS ET ARCANÆ LEGIS DOCTOR, uterque hic titulus ideò collatus ei fuit à Fundatore novæ Dominationis, quia callebat ipse Astronomiam; non autem ut commendaret vel illustraret ipsius Religionem; quin imò propter ipsam illam causam, quòd exerceret Joannes Adamus, ac propagaret Christianam Religionem; idcircò privatus fuit suâ dignitate, & traditus Criminum Tribunali, ut castigaretur (4); dum autem deliberatur de supplicio, nos interim titulos modò dictos eradi jussimus.

(2) Quatuor scilicet dictorum Procerum, tunc vices gerentium Imperatoris pueri.
(3) Tartaro & Sina.

(4) Veri-

(4) Veritatem hanc ex inimicis nostris audiat Europa, causámque persecutionis tàm gloriosam gratuletur nobis, qui utique gloriari novimus etiam inter Sinas in Cruce Domini nostri IESV Christi.

De reliquis interim hominibus Europæis numero suprà viginti, cùm vereremur, ne, si relinquerentur hìc, denuò vulgarent pravam Legem & doctrinam suam; nos, consultâ priùs Majestate Regiâ, ablegavimus illos in Provinciam Cantoniensem (1).

(1) Invidenda sors nostra! exilium ter felix! tametsi decennale fiat, quod jam nunc est quinquennale, quando talis fuit exulandi causa.

Ad extremum quod attinet ad tres illos Ministros Regios, Tûm-quĕ-kí (2), Doctores item Hiù-cūm-çēm, Hiù-chī-çièn, aliósque; hos omnes vel propter collatas pecunias in exstruenda Templa; vel quia susceperant Legem ipsam; vel propter conscriptum Proœmium Libelli suprà dicti de propagatione Religionis Christianæ; reos esse tunc judicavimus, adeóque privandos dignitate publicâ. Neque est quòd res istæ vocentur jam ampliùs in deliberationem: quippe post examen accuratum latæ fuerunt sententiæ; exstátque processus rei totius in Archivio nostro. Cæterùm par erat à nobis simul omnia sic exponi, & exquiri sententiam Majestatis Tuæ.

(2) Hic tribus in Provincijs, quas Prorex administraverat, impensè faverat rei Christianæ, sumptúsq; fecerat in exstruendas Ædes sacras.

Hæc illi; multa nequidquam cogitantes consilia, quæ nunquam stabilire potuerunt. Protinùs enim cognovit vel Imperator ipse, vel certè privatum ipsius ac supremum Concilium (quod ex Colais ferè constat) non aliò tendere ambages tàm subdolas istorum Judicum, & narrationes nomini Christiano tàm invidiosas, quàm ut tenebras offunderent animo Principis adolescentis, & inani quâdam specie æquitatis, iniquitatem maximam superiorum temporum ac judiciorum offuscarent: parùm interim memores, peccari ab se hoc pacto non solùm adversùs eum, qui nunc imperat, sed etiam adversùs Xunchium ejusdem Patrem, & Fundatorem Tartaricæ Dominationis, dum sic perseverant reos agere doctrinæ falsæ perversǽque homines illos, è quibus alterum Filius, tantâ cum significatione honoris ac benevolentiæ, rei Astronomicæ rursùm præfecerat; alterum Pater ipse tàm raris celebrârat encomijs, ijsque non ab unâ petitis Astronomiâ, sed multò etiam magis, ab observantiâ cultûs religiosi, ab eximiâ vitæ morúmq; constantiâ, innocentiâ, integritate; à præstantiâ denique ipsiusmet Divinæ Legis, quam vox illa Kiáo citra controversiam significat isto loco, uti Sū vox altera Magistrum seu Doctorem, quæ adeò Legis auditores atque discipulos ei similiter permisisse dici debet: quam denique

denique Legem, ut alia defuissent omnia, solæ septem voces Regio præfixæ monumento Elogij suprà memorati: yú chi tiēn chù tâm pōi kí; id est: MONVMENTVM INCISVM MARMORI AVTORITATE REGIA PRO TEMPLO DOMINI COELORVM; satis supèrque & tueri debuerant & commendare: cæcis interim hominibus impijsque nihil prorsus afferentibus, quo probarent innocentissimæ Legis pravitatem, præter neglectum superstitionis unius, quam ipsamet Literatorum Sinensium Schola disertis verbis cō sío, hoc est, ridiculam & inanem, vocat. Sic ut miranda planè fuerit cæcitas ista hominum verè pertinacium, & eò quidem magis miranda, quòd suis ipsi oculis jam pœnas viderant justissimas, quas dederant (dederant autem non isto quidem rei nomine; verè tamen & illo rei, & occulto justóque judicio DEI vindicantis) omnes illi, qui tribus antè annis in utroque Concilio, & Rituum & Criminum, causam rei Christianæ tàm iniquè violentéque tractaverant; omnes scilicet præter unum, qui nunc Præses erat, spoliati suâ dignitate; succedentibus in eorum locum hisce, qui, uti nunc videmus, & errare cum prioribus, & pugnare secum ipsi perseverabant. Cæterùm Imperator multò plus tribuens æquitati causæ nostræ, & Ferdinandi lachrymis, quàm patronis impijs tot calumniarum, & Judicij tàm perversi, jubet sine morâ transferri causam totam à tribunali Rituum ad Comitia ipsius Imperij; quæ dum verbis edicit, sanè gravibus ordiri voluit (utique de industriâ) ab illo nomine, quod Consiliarij illi consultò malitioséque prætererant, veteratoris scilicet Yâm-quām-siēn, qui quidem dux & administer fuerat totius fraudis ac sceleris.

Mandatum Imperatoris, quo causa nostra Comitijs Imperij traditur examinanda.

SUperioribus mensibus jam semel similibus in Comitijs judicatus fuit Yâm-quām-siēn reus esse gravioris criminis (1), propter accusationem, quam instruxerat quondam contra Joannem Adamum: quâ quidem accusatione & processu judiciali homines item aliquot (2) damnati fuerunt capitis, alijq; alijs addicti pœnis. Verùm cùm nunc apertè dicatur, quòd crimen & condemnatio Joañis Adami ex inimicitiâ calumniâque processerit, quomodo fas sit non examinare dilucidè, nùm ita res habeat nec ne? Quocirca præcipio Principi Comitiorum Præsidi, alijsq; Principibus ac Primoribus Stirpis Regiæ, item Præsulibus (3) Conciliorum nostrorum, nec non Censoribus Imperij nostri, ut coacto ritè

cœtu

cœtu examinent denuò accuratè ſingula; ac deinde faciant me de omnibus certiorem. Hactenùs Imperator.

(1) *Atque adeò & capitis; quamvis id ei protinùs condonatum fuit periniquâ violentâque ſententiâ, non tam Imperatoris, quàm duorum Procerum Patrocùm & Erpicùm, qui etiamtùm dominabantur.*
(2) *Quinque ſcilicet Mandarini Chriſtiani ex Collegio Aſtronomico.*
(3) *Tam Sinis quàm Tartaris.*

Omninò ſexies coactus eſt cœtus iſte graviſſimus, nec niſi ob res admodùm graves ſolitus indici. Tres Societatis JESV Sacerdotes ter adeſſe juſſi; & in ſecundis quidem Comitijs cum impio Tâm-quām-siēn, præcipuo perſecutionis adminiſtro, pugnatum fuit acerrimè: perduellionis ſimul ac falſæ Religionis infame crimen, cujus ille nos reos agere perſeverabat, egregiè dilutum; ſic prorſus, ut, cùm indignabundi Principes ac Primores Tartari calumniatorem tàm gravem ſine morâ vinciendum eſſe judicarent, Judices autem Sinæ hîc diſſentirent, conſulto per internuncios Imperatore, & aſſentiente Tartaris, in ipſo ſtatim veſtigio conſpectúque omnium catenis vinciretur. Confecta res erat, niſi fraus interceſſiſſet; cùm enim Comitia, quæ proximè ſecuta ſunt, multa præclarè ſtatuiſſent in rem noſtram, memoratus ille Præſes Concilij Rituum, à nobis & à Chriſto alieni, alieniſſimus & ipſe, dum acta Comitiorum deſcribit Imperatori recitanda, voculæ unius fraudulentâ commutatione evertit rem noſtram. Sed Imperator fraudem, credo, ſubodoratus, (Præſes certè quidem non multo pòſt dignitate ſuâ privatus eſt) iterum jubet, iterúmque haberi Comitia, & quæ minùs declarata videbantur, rurſum diſcuti. Prioribus iterùm adſtitere Patres, & pro libertate innocentiâque Chriſtianâ fortiſſimè dimicaverunt: quo autem ſucceſſu, patebit ex ſententiâ Comitiorum, quam ſubjungimus.

Sententia Comitiorum.

EGo ſummus Præſes Comitiorum (1), cæterique mecum Judices, obtemperantes huic mandato Imperatoris noſtri, poſtquam coacto ritè cœtu denuò inſtituimus disquiſitiones & conſultationes noſtras, comperimus Tâm-quām-siēn hominem improbum & nequam, confictis malignè criminibus, importunè violentéque accusâſſe Religionem Chriſtianam falſitatis ac pravitatis: quæ quidem Religio rejecta tunc fuit ac vetita per ſententiam.

(1) *Primus hic eſt Principum ſanguinis Regij, idémque mirificè nunc favet hominibus noſtris, & rei Chriſtianæ.*
(2) *Trium Conciliorum, cui deinde ſubſcripſerunt Imperatoris nomine quatuor Proceres.*

Nunc autem perſpicuè nos cognovim⁹, quòd profeſſio illa Chriſtianæ

Religionis nihil prorsùs contineat, quod pravum sit, vel ad defectiones vergat perturbationésque publicas. Quapropter par est rursùm constituere, ut ijs, qui sequuntur Religionem Christianam, liceat eandem profiteri pristino cum ritu ac libertate; sic tamen, ut prohibeantur instituere cœtus majores; item spargere supradictum Libellum de propagatione ejusdem Religionis; ærea item numismata (1).

(1) *Ne daretur ansa scilicet renovandæ suspicionis & calumniæ, quâ nos jam absolverant, de agitatâ clàm defectione.*

Cognomentum Joannis Adami (2), scilicet PRÆSTANTIS ET ARCANÆ LEGIS DOCTOR, eidem restituatur.

(2) *Quo ipsum Xúnchí Imperator honoris gratiâ quondam ornavit.*

Curæ sit etiam Concilio Magistratuum (3), ut eidem similiter restituatur gradus suus, dignitásque pristina (4).

(3) *Primum est inter sex Regia, propriúmque illius munus dispensare magistratus, & de eorundem causis cognoscere.*

(4) *Tametsi vitâ jam pridem functo: more pervetusto Gentis scilicet, quotiescúnque pòst mortem comperta est cujusquam innocentia.*

Pari modo, quod attinet ad Doctorem Hiù-çuōn-çēm, & alios (5), mandetur dicto Concilio, ut exquirat, ecquid publici muneris ipsi quondam gesserint, & restituatur unicuique munus suum.

(5) *Circiter duodecim Christianæ Legis causâ privatos suâ dignitate.*

Quod item attinet ad Templum ac domicilium (6), sita quondam extra portam hujus Regiæ Feù-chîm dictam, restituatur & pretium, quo venundata fuerunt (7), & fundus ipse, Ferdinando ac Socijs.

(6) *Societatis JESV.*

(7) *A Questore Regio, & ab emptore dein destructa.*

Detur verò in mandatis supremo Gubernatori Provinciarum Quàm-tūm & Quàm-sī, nec non Proregi proprio Provinciæ prioris, ut expediant aliquos è ministris suis, qui homines Europæos quinque & viginti, ob causam Religionis Christianæ ablegatos in dictam Provinciam, deducant in hanc Aulam; qui ubi pervenerint, exquiret tunc Concilium Rituum voluntatem Suæ Majestatis.

Præterea Mandarinis Lì-çù-pĕ, & alijs (8) procuret Concilium Magistratuum, ut singulis pro suo cujusque gradu ea impendatur beneficentia Regia, quæ mortuis consuevit impendi; filijque & fratres eorundem ab exilio revocati, quotquot publicam gesserunt dignitatem, eam recuperent.

(8) *Quatuor è Collegio Astronomico, privatis publico munere, fortunis ac vitâ.*

Jam si agatur rursum de Yâm-quām-siēn: utique nixus ille fuit

iniquo

iniquo patrocinio gratiâque (1). Nuper certè cùm per ſe examinâſſet Imperator, quæ ab illo peccata fuerant (2), ſine morâ privavit hominem ſuo magiſtratu, uſurus deinceps operâ Ferdinandi ad Aſtronomicæ rei curam & adminiſtrationem. Ex quo poteſt colligi, eundem Tâm-quām-siēn, dum graſſatus quondam fuit tot mendacijs & calumnijs, id reverà feciſſe fretum autoritate potentiâque perfidi Ngáo-pái (3); qui & autor ipſi fuit, ut ſic faceret. Planè ſic res habet: innixus Tâm-quām-siēn iſti ſocietati improborum atque rebellium per meras fraudes & calumnias præcipitavit homines innocentes in interitum.

(1) Patrocìm.
(2). Varijs in rebus ſpectantibus Aſtronomiam, cui fuerat Præfectus; impunè tamen peccata, propter autoritatem perfidi patroni.
(3) Sive Patrocùm.

Idem quoque ſuâpte autoritate demolitus eſt ac deſtruxit altare (ſeu pegina ſacrum), nec non marmoreum monumentum in Templo Domini Cœli; cùm tamen ea mandato Regio vetita fuiſſent violari.

Quæ cùm ita ſint, cùm fuerint octo capita accuſationum ex odio & temeritate profectarum, quibus Tâm-quām-siēn nocuit certis hominibus: cúmque alias ſimiliter inſtruxerit calumnias paulò antememoratas, ipſe quidem plectatur capite, uxor verò & liberi exules abeant in Tartariam noſtram Nîm-cù-tā. Hactenùs Comitia.

Quid nunc aliud expectet, quiſquis priora conſiderârit attentiùs, quàm promptiſſimè ſubſcripturum Principem æquitati juſtitiæque tàm patenti? Poſcebat id quidem res ipſa & ratio; ſed enim voluit is vincere duntaxat Innocentiam Chriſtianam; triumphare (quod tamen erat juſtiſſimum) necdum voluit.

Reſponſum Imperatoris ac Sententia.

OPortebat me quidem hîc ſubſcribere ſententijs veſtris, ipſúmque Tâm-quām-siēn morti addicere, verùm tamen conſideratâ hominis ætate admodùm jam provectâ (4), ego pro lenitate meâ & clementiâ ipſum hâc quidem vice mortis ſupplicio, uxorem verò & liberos exilij pœnâ abſolvo (5). Europæos homines quinque & viginti non eſt neceſſe adduci in Aulam. Ad Chriſtianam Religionem quod attinet, (excepto quidem Ferdinando & reliquis, qui eam ſicut priùs ipſimet exerceant licet) quoniam verendum eſt, ne foris in hâc Provinciâ Pekinenſi cæteríſque denuò fortè exſtruantur Templa, & ſuſcipiatur iſta Religio, mando rurſus expediri diplomata, quibus id ſeverè interdicatur. Cætera verò quæ cenſuiſtis (6), omnia approbo & rata habeo.

 (4) Erat

(4) Erat septuagenario jam major inveteratus ille dierum malorum.
(5) At non absolvit DEVS: quippe duobus pòst mensibus extinxit impium calumniatorem, sævo prorsus ac pestilenti morbo correptum.
(6) De innocentiâ scilicet Legis Christianæ, atque adeò ut Sinis, qui Christiani jam sunt, perseverare liceat in illâ, more pristino; ut item recuperent suam libertatem, nec non honores pristinos ac facultates, quicunque ea propter Christianam Religionem nuper amiserunt.

Protinùs itaque executioni mandata omnia, revocati exules, restituta bona, &c. Non respondit quidem hæc sententia spei nostræ, qui summa quæque (nec temerè) speraveramus, fatendum tamen, eâ nos id fuisse consecutos, quod temporibus maximè secundis & per annos octoginta summis expetitum votis, nunquam potueramus consequi, ut scilicet Innocentia Christianæ Legis gravissimo testimonio Comitiorum Imperij & ipsiusmet Imperatoris tandem confirmaretur. Regijs itaque diplomatibus vulgata per universam Chinam hæc sententia, adeò non dejecit animos Neophytorum (quod principio timuerant Socij) ut è contrario erexerit dejectos, & quæ religio apud Ethnicorum non paucos in odio & contemptu fuerat propter calumnias superiorum temporum, hâc tandem auditâ sententiâ, cœpit esse in honore. Formidines interim nescio quæ injectæ animo Principis, etiamnùm adolescentis, ab uno alterove Consiliario, plus quàm par erat, politico, hîc in causâ fuerunt, ne penitùs explerentur spes nostræ ac vota. Veruntamen nunquam fuit, neque nunc erit consilium contra Dominum. Cœpit; utique perficiet. Sic sperare nos jubet ejusdem Bonitas summè sapiens, summè potens; quin & ille ipse, qui erravit, (Imperator, inquam,) creduli timoris ac facilitatis suæ quodammodò pœnitens, haud multo pòst coràm solatus Ferdinandum, sperare illum jussit meliora. Et verò exploraverat jam ipse studiosiùs, quo animo ferrent Socij promulgandæ Legis Evangelicæ interdictionem, certóque cognoverat instar acerbissimi fuisse vulneris. Quocirca spem datam quantocyùs confirmare volens, missis postridiè duobus aulicis ad ædes nostras, significari jussit suo nomine Socijs in genua provolutis (sic enim mos est audire, quidquid nuntiari jubet Sinica Majestas) æqua sibi videri, adeòque jam tùm probari, quæ postulabant: quo tamen ordinatiùs stabiliúsque fierent omnia, Libellum de more supplicem denuò offerrent. Quibus quidem verbis inde etiam suum accedebat pondus, quòd idem Princeps tribus ante diebus Apologiam nostram, & summam doctrinæ Christianæ, gemino comprehensas volumine, exhiberi sibi voluisset. Quamvis igitur hoc in negotio nunc quoque adversarios habeamus & acres & potentes, procul dubio tamen (sed favente Regum Rege) quæ nunc vicit Innocentia, brevi etiam triumphabit.

Favoris

Favoris interim humani, & spei similiter humanæ pignus haud exiguum, præter ea, quæ paulo antè commemorata sunt, fuit eximius honor ille, sumptúsque è fisco petitus Regio, quo celebrari jussit idem Imperator memoriam & exequias P. Joannis Adami Schall: illius nimirùm viri, quem tribus antè annis per tot raptatum tribunalia, tot oppressum calumnijs & injurijs, quatuor illi Proceres, quamvis iniqui infestíque, absolverant tamen; primùm quidem peracerbo mortis supplicio, ad quod ipsum calumniatrix (ut ita loquar) superstitio, ceu reum perduellionis, condemnaverat; quasi consultò scilicet diem infaustum designâsset ad funus efferendum Infantis Regij: deinde verò absolverant ipso etiam crimine, quando nempe Imperatoris nomine declaraverunt: Exercere judiciarias observationes & electiones temporum, non esse munus proprium illius, qui supremus Astronomiæ est Præses. Quem item Virum Imperij Comitia, uti modò vidimus, altero crimine, sed longè gloriosissimo, liberaverant, promulgatæ Legis Christianæ; quatenùs scilicet eam Legem sine ullo esse crimine pronuntiarant: & tandem Princeps ipse Sinarum simul ac Tartarorum vitâ jam defunctum tantis est prosecutus non modò laudibus, sed etiam gratijs, quantæ non solent, nisi in Viros summos, optiméque meritos de Imperio conferri.

Elogium Exequiale.

IMperator deferri jubens honores funebres pijs manibus Joannis Adami, Ministri quondam sui ex primo Ordine (1), nec non rerum Astronomicarum Præsidi supremo, sic ait: Impendere summâ cum reverentiâ vires omnes animi corporísque in obsequium Principis & utilitatem publicam, laus fuit, atque opus illustre hujus Ministri mei, velut alterius Chū-Cŏ-Leám, qui id olim sermone factóque usurpavit (2). Commiseratione verò nunc affici vitâ functi, meritísque ejusdem munus aliquod ac præmium rependere, est hoc vicissim meum Imperatoris præcipuum quoddam & officium & beneficium. Venisti huc, ô Joannes Adame, à finibus Occidentis, & cùm peritus esses Astronomiæ, in eâque exercitatus, administratio suprema rerum Astronomicarum uni tibi fuit commissa; quin & condecoratus fuisti cognomento illo honorifico: PRÆSTANTIS ET ARCANÆ LEGIS DOCTOR; quando ecce derepentè longum illud à nobis iter moriens ingressus es. Ego sentio vehementer hanc mortem tuam, datâque operâ collaturus tibi beneficium, cujusmodi solet in mortuos conferri, legavi unum ex Ministris meis Regijs, qui honores hosce exequiales tibi meo nomine ritè persolvat. Ah! Ah! Tu quidem

inter nos immortalem famam relinquis ac gloriam nominis tui: at suscipe tamen hanc qualemcunque remunerationem constantis fidei, quâ tuimet oblitus, totum te utilitati publicæ quondam consecrâsti; & quando is es, qui etiamnunc percipias sensum animi mei, potes utique venire, & quæ deferimus, suscipere.

(1) *Sinicæ Dignitatis Ordines omninò sunt novem: Primus idem est, qui Supremus, adeòque paucissimorum.*

(2) *Colaus ille, quîcum defunctus hîc comparatur, vir fuit integerrimæ fidei publicæque salutis studiosissimus, & nulli propè eorum, quos China deprædicat, secundus. Imperator quidem Chāo-Liĕ jam moriturus (anno Christi 223) sic eum relinquebat filio suo & hæredi Consiliarium, Magistrum, & Patrem, ut simul capessere juberet Coronam & Imperium dejecto filio, si quando is monitis illius haud obtemperaret. Floruit imperante Familiâ Heù-Han, inter Familias Imperatorias ordine sextâ.*

Hunc igitur in modum quatuor illi Præcones innocentissimi Legis Christi, Adamus, Ludovicus, Gabriel, Ferdinandus, (præter alios sex & viginti: quatuor scilicet ex Sacrâ Divi Dominici Familiâ; ex Seraphicâ S. Francisci unum; reliquos minimæ Societatis nostræ) cùm Legis ejusdem causâ, innocentes & ipsi, multas tamen gravèsque ærumnas & contumelias passi fuissent præ reliquis in Regiâ Pekinensi, præ reliquis etiam honorati sunt in eâdem Regiâ; volente sic ipsos honorari non tàm Sinico Rege, quàm eo, in cujus manu sunt omnium corda Regum: qui uti potuit, ita etiam voluit illustrare Innocentiam Legis immaculatæ innocentium contumeliâ simul & honore; idque eò admirabiliùs, quo suaviùs fortiùsque & accommodatiùs (ut ita loquar) ad ingenium Sinarum. Cujus quidem fortissimæ suavitatis, &, quæ huic famulata est, Regiæ voluntatis adeò propensæ in rem nostram, & plerísque magistratuum procul dubio jam perspectæ non minùs illustre, quàm recens argumentum hoc est, quòd videamus interdictionem illam, seù veriùs suspensionem propagandæ Religionis Christianæ, sic esse vulgatam, ut timori quidem officióque politico factum sit satis; re autem verâ, propagetur ipsa Religio, numerúsque Christianorum novis in dies accessionibus, tàm in hâc cæterísque Provinciarum, quàm in ipsâ Regiâ, nemine vel prohibente, vel inquirente, feliciter augeatur.

Duobus circiter pòst mensibus, quàm superior narratio typis edita fuerat, cum nos admodum suspensi animo, successus novos expectaremus novorum conatuum atque certaminum, tandem die nonâ Martij anni hujus 1671 ex privatis publicisque nuntijs cognovimus, desideratam diu potestatem nobis fieri ab Imperatore ad Ecclesias ac Stationes pristinas revertendi. Annus erat, eóque ampliùs, quod Socij Pekinenses conscripserant Libellum, & ex consilio virorum prudentum atque amicissimorum sæpiùs ad limam revocatum, verbis instruxerant ac rationibus

tionibus ad ingenium Gentis utriúsque, Sinensis ac Tartaræ, mirè accommodatis, quibus adeò gratiam illam ac potestatem supplices flagitabant. Verùm cùm usitata ac propè necessaria offerendi Libelli ratio ac via hæc esset, ut per manus illius, qui Rituum Concilio præsidebat, offerretur, nunquam hic, id ut faceret, exorari potuerat. Quarè Socij aliam ingressi viam, patrocinante nobis tùm Patruo Imperatricis, eodémq; primo Imperij Administro, tùm etiam Principe Stirpis Regiæ, qui Præses fuerat Comitiorum antecedentium, tandem assecuti sunt, ut admissus ab illo Magistratu (qui Tūm-chim-sū vulgò dicitur) Libellus ad manus Principis perveniret. Magistratum hunc, qui tertij est Ordinis, Literati complures constituunt, quos quidem rectè Magistros supplicationum voces: ipsorum nàmque munus est admittere Libellos supplices, admissos discutere, &, siquidem æqua postulari videantur, Colais ac Principi repræsentare.

Libellus supplex.

NOs Ludovicus Buglius, Gabriel Magellanius, Ferdinandus Verbiest, cæterique ex remoto Occidente subditi Tui, reverenter ac supplices certiorem facimus Tuam Majestatem de rebus ad Tuam ipsius spectantibus Munificentiam, cui perdifficile est referre vices ac grates. Nos subditi Tui suspicimus admirabundi, réque ipsâ experimur Imperatoriæ Majestatis Tuæ perspicacitatem, prudentiam, clementiámque amplissimam, nunc & olim semper unam & eandem. Sicut patuit nuper, quando scilicet, examinato processu judiciali, quo Tâm-quām-siēn falsi criminis accusaverat Joannem Adamum Schall, post totam illam causam, Tuo jussu per Principem Comitiorum Præsidem, aliósque Principes ac primores Stirpis Regiæ, Præsides item Conciliorum Tuorum, nec non Censores Imperij, coactis ritè Comitijs, singillatim & accuratè discussam, ijs quidem omnibus, qui munere publico fuerant privati, restituta fuit dignitas pristina; qui verò in exilium ablegati, restituta patria; mortuis ea, quæ solet, impensa est miseratio: superstites autem (eorum filij) gaudent jam humanitatis & clementiæ Tuæ, munificentiǽque donis (censu paterno scilicet ac dignitate). Nihil denique tàm fuit humile, tàmque exile, quò non pertigerit collustratio benignitatis Tuæ. Soli ex omnibus Antonius (1) cæterique homines (2) supra viginti multo jam tempore vinctorum in morem detinentur in Provinciâ Cantoniensi. Observantur autem assiduè oculis mentis nostræ dicti Socij: ex quibus multi jam nati sunt annos plus minus septuaginta vel octo-

octoginta; plures item quàm decem, artis Astronomicæ periti, anno decimo sexto Imperantis Xún-chí, mandato ejusdem Chinam sunt ingressi; postquam nempe Concilium Rituum (cujus acta etiamnùm exstant) voluntatem Regiam exquisiverat. Porrò nos subditi ab ineunte jam ætâte nostrâ res omnes curásque humanas abjecimus, & disciplinæ religiosæ operam damus: cúmque vitam hauserimus in Europâ, tamen finimus illam in Chinâ, idque per annos prope centum à temporibus Familiæ Taimingæ ad hunc usque diem. Et defuncto quidem Imperatori (Patri Tuo) penitùs perspectum fuit Legem Divinam expertem esse labis omnis ac vitij, quocircà etiam beneficè nobis concessit ipse Templum; tribuit titulum foribus ejusdem præfixum; tribuit Elogium marmori incisum; repetitis quoque vicibus Sacra Majestas Illa accessit ad Templum nostrum, & permisit nos, caterósque Sociorum commorari singulos proprijs in Templis, & vacare divino cultui studióque virtutum. Obsecramus ergò supplices Tuam Majestatem, ut demittas in nos perennem illam magnámque beneficentiam Tuam, & benignè memor ærumnarum Antonij ac reliquorum, omni culpâ vacantium, digneris permittere, ut eâdem cum libertate, quâ tempore Imperatoris defuncti, liceat ipsis, qui vegetioris quidem ætatis sunt, remigrare proprias ad ædes ac Templa, qui verò senes atque decrepiti, ad loca sepulturæ suæ destinata; ut sic humanitas atque benignitas illa, quâ (Pater Tuus) Imperantis Familiæ conditor, homines exteros complecti ac fovere consueverat, per Te perpetuetur. Hoc pacto, si quid vitæ nobis omnibus subditis Tuis erit reliquum, id omne Virtutis Tuæ, quâ nos ad vitam quodammodo revocaveris, munus erit. Iterum hìc supplices imploramus Sapientiam Tuam, quâ expendas ea, quæ modò proposuimus, & executioni mandari jubeas. Concilio quidem Rituum similiter exposueramus hæc omnia de scripto; sed impetrare non potuimus, ut referret ea pro nobis Majestati Tuæ. Quocircà nos ipsi, oblato reverenter Libello, certiorem facimus Tuam Majestatem, ejúsque mandatum præstolamur.

Ex remoto Occidente subditi

Buglius, Magellanius, Verbiest.

Imperantis Cām Hī anno IX, die 20 mensis undecimi.

(1) *De S. Maria scilicet, ex Divi Francisci Familiâ, qui cùm persecutionis tempore primus in aulam perductus fuisset, primum Regijs in catalogis locum, qui stylus est curiæ, mortuus quoque semper obtinuit.*

(2) *Sacerdotes Europæi.*

Libellū hunc admisit Imperator, & in intimo ac supremo Colaorum Concilio perlectum, transmisit de more ad Concilium Rituum.

Man-

Mandatum Imperatoris, quod prodijt ejuſdem anni & menſis die 28.

QUæ continentur hoc Libello, Concilium Rituum ſingula conſideret ac diſcutiat accuratè, nóſque certiores faciat.

Cùm neceſsè fuerit huic mandato vel invitos morem gerere, patebit ex duplici, quod hîc ſubijcitur, Conſulto, quantâ cum pervicaciâ ſimul & calliditate homines politici adverſati ſint propenſæ in rem noſtram voluntati Regiæ, priſtinæque libertati ad Legem Divinam ſuſcipiendam.

Primum Conſultum ac Reſponſum Concilij Rituum.

NOs è Concilio Rituum ſubditi Majeſtatis Tuæ, inſtitutâ conſultatione communi, comperimus, quâ ratione Buglius ac Socij expoſuerint Majeſtati Tuæ, quòd Antonius cæterique homines ſupra viginti jam diu hæreant quaſi vincti in Provinciâ Cantonienſi: ex quibus cùm multi jam ſenes ſint annos nati plus minus ſeptuaginta vel octoginta, reputantes hoc ipſi apud animum ſuum, ſupplices rogant Majeſtatem Tuam, ut demittat perennem illam magnámque beneficentiam, & recordetur ærumnarum Antonij ac Sociorum, omni culpâ vacantium; quibus adeò liceat, vegetioribus quidem remigrare ad Templa ſua, ſenioribus verò ad loca ſepulturæ ſuæ deſtinata; &c. Quarum rerum per nos factâ diſquiſitione, comperimus, quòd poſtquam nuper inſtituimus communem conſultationem his ipſis de rebus, mentémque noſtram expoſuimus Tuæ Majeſtati, Edictum haud multo pòſt prodijt, quo ſignificabatur, non eſſe neceſſarium, ut Antonius cæterique homines viginti quinque adducerentur in Aulam. Ad Religionem verò Chriſtianam quod attinebat, (excepto quidem Ferdinando ac cæteris, quibus fas eſſet eandem ſicut priùs exercere) quoniam verebatur Majeſtas Tua, ne foris in hâc Provinciâ Pekinenſi reliquiſque denuò fortè exſtruerentur Templa, & Religio iſta ſuſciperetur, mandabat iterùm expediri diplomata, quibus id ſeverè interdiceretur. Nos itaque venerabundi morem geſſimus huic mandato. Nunc autem, ſiquidem Antonius ac cæteri jubeantur ſinguli redire ad ſua Templa, veremur & nos, ne lapſu temporis denuò inſtituant ipſi Templa exſtruere & facere Chriſtianos: res eſt ſaltem incerta. Quapropter ea quæ de Antonio cæteriſque propoſita ſunt Tuæ Majeſtati, non vocentur ampliùs in deliberationem, ſed reverenter procedatur ſecundùm Edictum præcedens.

At certè non edixit Imperator, ut ij, quos innocentes declarârat, ejecti domicilijs suis, perpetuo in exilio contabescerent, quæ vestra hîc videtur esse sententia.

Alterum Consultum & Responsum ejusdem Concilij.

Rebus iterùm discussis, comperimus, quòd sententia superiorū Comitiorum proposita Majestati Tuæ fuerit, ut restitueretur privatis dignitate dignitas pristina; ut exulibus restitueretur solum patrium; vitâ functis ut impertiretur solita miseratio; Antonio cæterísque etiamnùm detentis in Provinciâ Cantoniensi potestas ut fieret singulis ad propria Templa redeundi (1). Sed quoniam venerandum Majestatis Tuæ Responsum deinde fuit ac placitum, vereri te, ne forte in hâc alijsque Provincijs denuò exstruerentur ab ipsis Templa, atque indigenæ Legem istam susciperent, cúmque adeò rursùm præscripseris severam ejusdem prohibitionem: censemus & nos haud expedire, ut singuli revertantur ad sua Templa. Veruntamen quia carituri sunt ijdem communi illâ noxarum condonatione & gratiâ, siquidem detineantur etiamnùm in Provinciâ Cantoniensi; & quia plures quàm decem dicuntur esse inter ipsos periti Astronomiæ; poterunt satis convenienter evocari omnes in hanc Regiam, ut ibidem simul cum Ferdinando commorentur. Die 18 mensis duodecimi.

(1) *Liquet igitur, idque testimonio hominum tàm acriter nobis adversantium, placuisse tunc Comitijs Imperij evocari nos Pekinum, eo maximè consilio, ut dimitteremur inde majori cum honore & autoritate ad pristinas Ecclesias ac Stationes nostras, & quidem sine ullâ prohibitione Divinæ Legis propagandæ.*

Mitior aliquanto sententia; verùm Divinæ Legis promulgationi nostræque libertati non minùs quàm prima adversans. Quanquam sperari non poterat quidquam melius ab eo cœtu Consiliariorum, à quo nulla unquam Secta vel Religio legitimè recepta vel approbata fuisse dicitur, quamdiu stetit hæc Monarchia, præter unam, quæ Iû Kiáo nuncupatur, estque propria hominum Literatorum ac Magistratuum: quantumvis interim multi sæpè Principes Imperij totius; quin & Præsides ac Senatores hujus ipsius Consilij, privatâ quâdam superstitione Sectis alijs alijsque impensè faverint. Secta porrò Iû Kiáo rationi Legíque Naturæ satis consentanea, primis illis Monarchiæ temporibus, diu sanè perstitisse videtur inviolata, (quantum nobis licet conijcere ex vetustissimis Gentis libris ac monumentis) quoad lapsu vitióque temporum depravari cœperunt, qui illam maximè profitebantur, ac tot erroribus tótque superstitionibus tandem inquinari, ut hoc tempore prisci quidem Codices illam conservent; Literatorum verò multi solo illius nomine & fucatâ quâdam specie glorientur. Quo minùs est mirandum adversari tàm constanter Legi Gratiæ, qui Legi Naturæ parere desierunt. Accedit etiam, quod tàm Sinæ quàm Tartari proprijs insuper stimulis contra nos concitentur: Sinæ quidem livoris ac invidiæ, dum se non æquari modò, sed etiam superari vident ab ijs, quos in incultis barbarisque numeraverant; dum item Lux Evangelica suas vel invitis exhibet maculas, ac palàm facit, quàm tenue lumen fuerit priscæ ipsorum Philosophiæ; quàm cùm usque adeò deprædicent tumidi, suis tamen erroribus vitijsque tàm fœdè commaculant. Tartaros autem perpetuæ quædam suspiciones agitant atque formidines, quas gignit paucitas sua, conscientiáque occupati Imperij, & sic occupati: quo etiam fit, ut nihil ipsis esse videatur alienius ab omni prudentiâ cautionéque politicâ, quàm homines exteros, & quidem Magistros peregrinæ Legis, per Vrbes ac Provincias suas dispergi. Malitiosè interim callidéque metus istos & curas nonnulli Si-

narum

narum exaggerant, non tàm ut consulant publicæ incolumitati, quàm ut ferociùs barbari credulique victoris animus contra nos concitetur. Superstitio denique & Dæmoniorum cultus multorum animos vehementer à nobis alienat: (quamvis hoc ipsum mirá tegant dissimulatione, quotiescunque jus dicunt) ferunt enim peracerbè, quod ea Numina, quæ ipsi tantá cum superstitione colunt, Christiana Religio spernat ac detestetur, & Dæmonia esse doceat æternis inferorum supplicijs addicta. Et his quidem alijsque de causis, ubi duo ista Senatus-consulta ad supremum intimúmque Concilium delata sunt, tàm ferociter ibi contra nos ac vota nostra pugnatum fuit, ut ab amico nunciaretur tribus Socijs, non posse jam diutiùs adolescentulum Principem tàm obfirmatis tot ac tantorum virorum sententijs reluctari. Constabat certè Colaos omninò tres, natione Sinas, palàm adversari rebus nostris, sic ut stupendum fuerit, ac Divinæ tribuendum Potentiæ, evicisse bonum Principem, ut reditus nobis ad Ecclesias, cum tàm illustri testificatione innocentiæ nostræ, tametsi non cum eâ, quâ par erat, libertate, concederetur.

Placitum Imperatoris ac Sententia data ejusdem mensis duodecimi die vigesimâ primâ.

SEcundùm ea, quæ nobis significata sunt à Ludovico Buglio ac Socijs, Antonius ac cæteri, (quos inter multi sunt annos plus minus septuaginta vel octoginta nati,) jam diu & absque culpâ suâ detinentur in Provinciâ Cantoniensi, &c. Ex his igitur qui periti sunt rei Astronomicæ, jubemus seligi ac venire in Regiam, unà cum Ferdinando commoraturos: qui verò periti non sunt, ijs gratiam facimus, ut revertantur singuli ad propria Templa. Verùm præter exercitia virtutum cultûsque divini propria Religionis ipsorum, haud permittimus, ut quisquam in hâc alijsque Provincijs suscipiat Legem istam; sed etiamnùm vigere volumus superiorem prohibitionem.

Effluxerunt duo menses cum dimidio post decretoriam hanc in causâ nostrâ Sententiam, quando perlatæ sunt literæ curiales ad Gubernatorem Provinciæ Cantoniensis, à duobus exaratæ Concilijs Regijs, Rituum scilicet, Reique militaris, quibus executio Sententiæ de more demandata fuerat. Repetebatur autem dictis literis magnâ cum fide supplex Libellus noster, ac deinde recensebantur nostra Sacerdotum Europæorum nomina; nec non Provinciarum, in quibus dicata DEO habemus Templa. Dignúmque est animadversione, quòd cùm similis enumeratio Templorum bonâ fide per nos facta in Libello quodam, paulò ante persecutionem edito, tàm graviter offenderit, ac Innocentiam nostram in suspicionem crimènque vocaverit, nunc ubi declarata fuit Innocentia, Judices ipsimet in favorem nostrum eandem repetant Provinciarum ac Templorum enumerationem hoc ordine.

Nos omni cum reverentiâ obsequentes mandato Regio, comperimus, quòd annis superioribus degebant, in Ecclesijs quidem Provinciæ Xān-Tūm, Antonius de S. MARIA (Hispanus) (1), Joannes Valat (Gallus); in Ecclesijs Provinciæ Xān-Si, Michael Trichault (Gallobelga) (2), Chri-

(2), Christianus Herdtrich (Austriacus); *in Ecclesijs Provinciæ Nân-Kîm, Emmanuel Georgius* (Lusitanus), *Franciscus Rougemont* (Flandrobelga), *Joannes Dominicus Gabiani* (Pedemontanus), *Franciscus Brancati* (Siculus) *(3), Jacobus le Faure* (Gallus), *Felicianus Pachecus* (Lusitanus), *Philippus Couplet* (Flandrobelga); *in Ecclesijs Provinciæ Hû-Quàm, Jacobus Motel* (Gallus); *in Ecclesijs Provinciæ Kiâm-Sî, Petrus Canevari* (Genuensis), *Adrianus Grelon* (Gallus), *Prosper Intorcetta* (Siculus); *in Ecclesijs Provinciæ Chě-Kiâm, Humbertus Augeri* (Gallus), *Dominicus Navarrete* (Hispanus), *Philippus Leonardi* (Hispanus), *Dominicus Sarpetri* (Siculus); *in Ecclesijs Provinciæ Fô-Kiên, Antonius de Gouvea* (Lusitanus), *Ignatius à Costa* (Lusitanus) *(4); in Ecclesijs Provinciæ Xèn-Sî, Franciscus de Ferrarijs* (Pedemontanus), *Claudius Motel* (Gallus); *in Ecclesijs Provinciæ Quàm-Tûm, Stanislaus Torrens* (Romanus), *Andreas Lubelli* (Lupiensis).

(1, 2, 3, 4) Hi quatuor obierunt in Cantoniensi exilio.

Post hæc referebantur ea, quæ duplici Consulto statuerant Consiliarij, & quæ Imperator ipse cum supremo Colaorum Concilio decreverat: ac tandem hâc sequenti clausulâ literæ finiebantur:

Vbi decretum hoc Regium debitâ cum veneratione delatum est ad Curiam nostram, oportuit nos pro officio expedire literas ad Gubernatorem supremum Provinciæ Cantoniensis, qui adeò perlectis illis diligenter examinet, quàm multi sint inter ipsos valdè periti rei Astronomicæ, & curet, ut honorificè deducantur in Aulam: efficiat etiam, ut, qui minùs periti sunt Astronomiæ, ad suas singuli Provinciæ cujusque ædes ac Templa revertantur. Nos itaque præmittimus hîc causæ totius seriem & acta. Gubernator autem Provinciæ istius non gravetur expendere omnia, & secundùm ea, quæ Imperatoris Placito continentur, reverenter executioni mandare. Hactenùs Concilium.

Porrò quòd vix ausi fueramus sperare, permissum nobis fuit eligere pro arbitrio, qui pergerent in Aulam, nec coacti fuimus plures duobus eò destinare; magno utique commodo rei Christianæ in tantâ Ministrorum penuriâ. Dum hæc itaque prelo committuntur, ipsi nos ad iter accingimus; & alij quidem ad leucarum ducentarum iter, ad quadringentarum alij; multi etiam ad quingentarum eòque amplius. Qui Aulam petent, expensis ibunt Regijs, & singulari cum honore, quem Gubernatores Oppidorum, Vrbium, Provinciarum, eis de more deferent. (*) Quoniam verò superioris argumenti literæ ad Præfectos aliarum quoque Provinciarum sunt expeditæ, dubitari vix potest,

quin



通政司
湯若望

R.P. Ioannes Adam
Schall, Colonienſi
Regis Chinenſis
Monitor, Soc^tis IESV
ætatis anno 73



治 順
XVNCHI
REX
TARTARORVM
A.C.



quin diu antè quàm revertamur ad Ecclesias nostras, eæ curâ Ministrorum Regiorum (sic quidem sperare nos jubent Socij Pekinenses) vacuæ serventur in adventum nostrum.

(*) Reliquis etiam omnibus. (quod modò nobis nunciatur) Prorex hujus Provinciæ navigia per trecentas circiter leucas attribuenda esse Edicto censens, simul docet id ita fieri oportere; ut Ministri Regij cum exemplo ipsius Regis, benignè foventis exteros, conformentur.

Quòd interim prohibeantur indigenæ Legem Christi suscipere, non usquequaque nos angit; tùm quia non vetantur in eâ perseverare, qui jam susceperunt; tùm verò maximè, quod viri graves ac prudentes, & in his Ethnici, fidenter asserant, specietenùs id factum. Et verò qui potest fieri, ut quo Edicto Lex ista tàm seriò, tamque disertè pronunciatur innocens, & innocentes, qui illam profitemur, ac promulgamus, eodem ipsa Edicto seriò prohibeatur. Quòd si post Interdictum, anno 1670 primá vice vulgatum, tamen illo ipso anno, & quidem in Aulá conspectúque Principis, tria circiter millia Christo sunt adjuncta, (uti ex postremis Sociorum literis accepimus) quid in terris ab Aula remotioribus erit sperandum? Necessaria tamen erit in posterum summéque necessaria moderatio, prudentia, vigilantia singularis: verendum est enim, ne errore quamvis levi, & peccato Zeli præfestinantis atque præservidi, sive eorum, qui foris cùm degant, aditum sibi quærent in hasce missiones, sive horum, qui filios suos in Christo, à quibus per exilium sex annorum fuerunt abstracti, denuò jam revisent, Christiana res iterum adducatur in discrimen, & multò quidem gravius eo, quo modò est perfuncta: atque adeò, quæ Sinarum claustra portáque Europæis hominibus adhuc quidem non fuerunt nisi æneæ, metuendum erit, ne culpá nostrá reddantur adamantinæ, æternúmque obseratæ, cum incredibili damno tot animarum, pro quibus mortuus est Christus; nec minori injuriá Divini Nominis, dum atroces impiæque suspiciones & calumniæ, quæ in multorum animis non tàm extinctæ sunt, quàm consopitæ, denuò (quod avertat DEVS) suscitabuntur; & multò quàm antè vehementiùs exardescent: cùm è contrario sperare possimus non libertatem modò pristinam, sed æmulam Constantiniani quoque temporis pacem ac felicitatem, siquidem freti DEO, cum prudenti charitate Apostoli Gentium, qui omnibus fiebat omnia, conjunxerimus mansuetudinem ac patientiam Christi JESV; cujus Innocentia peccatorum alienorum pondere quondam oppressa, & in crucem acta, tàm gloriosè vicit ac triumphavit, & triumphabit in æternum.

Hucusque Opusculum illud *Sinico-Latinum;* in quo cum *Xunchi,* Regis Tartarorum ac Sinensium, & R. P. *Joannis Adami Schall* è Societate JESU, frequenter ac præcipuè fiat mentio, exhibeo hic utriusque *Imaginem,* summâ diligentiâ & fide delineatam, & æri incisam, secundùm authenticas illas *Tabulas pictas*, quæ Sacratissimo Potentissimóque Imperatori Nostro LEOPOLDO I ante aliquot annos ex ipso *Sinarum* Regno transmissæ sunt; estque ibi inprimis notatu dignum, inter habitûs Regij pretiosissima ornamenta præcipuum obtinere locum *Draconem barbatum & cornutum*, eúmque Regis ac Regni Sinici proprium Insigne esse, quemadmodum *Aquila* Insigne est Imperatoris & Imperij Romano-Germanici. Causa autem, cur *Sinenses* illud insigne sibi elegerint, eóque in publicis monumentis religiosissimè utantur, hæc est, quòd secundùm vulgarem quandam fabulam unus ex antiquis eorum Regibus, tali insidens *Draconi cum* (1) *barbâ longâ & cornibus*, qualis hic in Schemate pectorali habitûs Regij cernitur, in aerem ascenderit. Quâ de re vide plura apud R. P. *Atha-*

(1) *Huc quoq; pertinet proverbium Sinense*: Draconis barba longa licet longè sit, arcus tamen ejus & enses manibus prehendi possunt; *hoc est:* Imperator quamvis sit absens, memoriam tamen sui ubique præsentem relinquit.

Athanasium Kircherum in Declaratione paraphrasticâ antiqui Monumenti *Sino-Chaldaici*, Chinæ Illustratæ inserti, pag. 25, 32 & 41. Cæterùm quod attinet ad *Insigne Gruis* in Schemate pectorali R. P. *Joannis Adami Schall*, id ei ab ipso Rege *Xunchi* honoris causâ fuit concessum, æquè ac Titulus (1) *præstantis & arcanæ Legis Doctoris.* Et certè sive is consideretur ut *Theologus* (2) *Christianæ Legis observantissimus*, sive ut (3) *fidelissimus Regis Monitor & vigilantissimus Consiliarius Intimus*, sive ut (4) *Supremus Rerum Astronomicarum Præses*, sive ut *Vir summâ* (5) *vitæ & morum constantiâ, observatione boni ordinis, & tolerantiâ laboris eminentissimus*, rectissimè ac meritissimò *Insigne Gruis* illi competit. Quâ de re vide plura apud *Joannem Pierium Valerianum* Hieroglyphicorum Libro decimo septimo & *Philippum Picinellum Mediolanensem* Mundi Symbolici Libro quarto, cap. 41.

(1) *Vide suprà pag.* 378 & 382.
(2) *Vide suprà pag.* 381.
(3) *Vide suprà pag.* 389.
(4) *Vide suprà pag.* 389.
(5) *Vide suprà pag.* 381.

ADDITAMENTVM III,

pertinens ad Partis secundæ Libri *sexti* pag. 96 & 124, & ad Libri *septimi* pag. 254, ubi agitur *de Hippocratis Coi Epistolis ad Ptolemæum Regem.*

PEr *Ptolemæum Regem* non est hîc intelligendus *Ptolemæus Lagides*, qui post *Alexandri Magni* obitum cœpit esse Rex Ægypti anno ante Æram Christianam 324, sed *Ptolemæus Alorites*, *Amyntæ*, secundi ejus nominis Macedoniæ Regis, filius nothus (6), qui, occiso fratre suo consanguineo *Alexandro*, Regnum Macedoniæ invasit anno ante Æram Christianam 368, & ab altero fratre suo consanguineo *Perdiccâ* anno ante eandem Æram 365 vicissim vitâ simul ac Regnò privatus est. Tertius ejusdem *Ptolemæi Aloritæ* frater consanguineus fuit *Philippus*, *Alexandri Magni* pater, qui post jam memoratum fratrem suum *Perdiccam*, ab *Illyrijs* captum & occisum, cœpit regnare anno ante Æ. C. 359, & anno ante eandem Æram 336 à quodam *Pausaniâ* per insidias interfectus est, succedente in Regno filio ipsius *Alexandro Magno.* Non potuit igitur *Hippocrates* scribere ad *Ptolemæum Lagi filium*, Ægypti Regem, quia minimùm *viginti septem annis* ante initium Regni illius obijt. Natus enim est *Hippocrates* (7) secundùm *Istomachum* & *Soranum*, Olympiadis octogesimæ anno primo, hoc est, anno ante Æram Christianam 460; obijt autem, secundùm diversas variorum veterum Autorum traditiones, vel anno ætatis *octogesimo quinto*, vel *nonagesimo*, vel *centesimo quarto*, vel *centesimo*

(6) *Sequor hîc Chronologiam* R. P. Dionysij Petavij, *quæ continetur Magni Operis de Doctrinâ temporum Libro decimo tertio:*

(7) *Vide Operum* Hippocratis *editionem græco-latinam Genevensem anni 1657 in folio, Sect. VIII, pag. 1297 & 1298.*

ſimo nono. Unde patet, ſi ex his quatuor diverſis traditionibus recipiatur ultima, ipſum obijſſe Olympiadis centeſimæ ſeptimæ anno ſecundo, hoc eſt, anno ante Æram Chriſtianam 351.

ADDITAMENTUM IV,

pertinens ad Partis ſecundæ Libri *Sexti* pap. 160 & 161, ubi agitur *de Demetrij Conſtantinopolitani Orneoſophico, ſive, Opere de accipitrum educatione & curâ.*

DE hoc *Demetrij Conſtantinopolitani*, cognomine *Pepagomeni*, *Orneoſophico* ſeu *Orneoſophio* vide plura apud *Andream Rivinum* in pereruditâ Introductione, quæ præfixa eſt *Phæmonis Philoſophi*, ſeu potiùs ejuſdem *Demetrij, Cynoſophio* ſive *Libro de curâ canum*, Lipſiæ typis Wittigianis A. 1654. græcè & latinè edito in quarto; ubi inprimis obſervatu dignum eſt, *Demetrium* hunc fuiſſe *Medicum Imp. Michaelis Palæologi*, qui A. C. 1260 cœpit imperare, & A. 1282 obijt, ejuſque juſſu præter alia etiam Libellum ſcripſiſſe *de Podagrâ*. Cùm igitur hinc certò conſtet, quo tempore is vixerit, neceſſariò nunc moneo, Libri *Sexti* horum Commentariorum pag. 216 in Indice Autorum incertæ ætatis delenda eſſe hæc verba: *Demetrius Conſtantinopolitanus*, Scriptor Orneoſophici; contrà autem pag. 215 ſub Seculo poſt ChriſtumXIIItio inter verſ. 22 & 23 inſerenda eſſe hæc verba *Demetrius Conſtantinopolitanus*, cognomine *Pepagomenus*, Medicus Imp. Michaelis Palæologi, qui A. C. 1260. cœpit imperare, & A. 1282 obijt.

ADDITAMENTUM V,

pertinens ad Libri *Sexti* pag. 168, 170, 171, 172, 173 & 174, ubi agitur *de Pelagij, Democriti Abderitæ, & Syneſij Scriptis Chymicis.*

LAtina eorundem Opuſculorum Chymicorum verſio, interprete *Dominico Pizimentio Vibonenſi Italo*, ſed valdè imperfecta ac mutila, & ab alterâ illâ anonymi ejuſdem translatione latinâ, quæ in *Auguſtiſſima Bibliothecâ Cæſareâ* manuſcripta adſervatur, omninò diverſa, exſtat in Appendice *Memorabilium Antonij Mizaldi Monluciani Galli*, editorum Coloniæ Agrippinæ apud Joannem Birckmannum A. 1572 in duodecimo.

ADDI-

ADDITAMENTVM VI,

pertinens ad Libri *Sexti* Appendicem pag. 308 & 309, ubi agitur *de Basilisco & diversis ejus Imaginibus.*

Cùm mihi, superiori anno 1674 in Appendice Libri *Sexti* horum Commentariorum pag. 308 & 309 *de Basilisco & diversis ejus Imaginibus* agenti, incognitum adhuc fuerit, ipsam quoque *Vrbem Vindobonensem* sive *Wiennensem* à venenatissimo & perniciosissimo hujusmodi animali olim non exiguam cladem accepisse, lubet nunc mihi breviter indicare, quid eâ de re postmodùm resciverim. Cûm nempe anni hujus 1675 die 26. Augusti Religiosi aliquot Cistercienses celeberrimi Monasterij Sanctæ Crucis in Austriâ Inferiore Augustissimam Bibliothecam Cæsaream inviserent, & inter alia fieret mentio *Imaginum Basilisci*, quæ Appendici Libri *Sexti* horum Commentariorum insertæ sunt, peropportunè ex illis cognovi, juxta portam orientalem *Aulæ Sanctæ Crucis*, quæ in Vrbe Wiennensi sita, ad jam memoratum Monasterium pertinet, & vulgò appellatur *der Heiligen-Creutzer-Hoff*, contiguam quandam esse domum, quæ *Basilisci*, in profundo quodam puteo ibi olim reperti, & terrâ obruti, *Imagine* partim *lapideâ*, partim *ferreâ*, supra januam insignita sit. Quod quidem re verâ ita se habere, ipse posteà meis vidi oculis, & Imaginem illam ita ruditer partim è lapide, partim è ferro, fabrefactam reperi, uti eam accuratissimè delineatam, & æri incisam, è regione hujus paginæ exhibeo; estque ibi inprimis notandum, *Coronam capitis* & *Caudam ferreas* esse, reliquum autem totum corpus *lapideum*, & *pennis ac plumis nigris* exornatum. *Longitudo* totius animalis ab extremitate rostri lapidei usque ad extremitatem caudæ ferreæ æqualis est subjunctæ lineæ majori octuplicatæ; *altitudo* autem ab extremitate coronæ ferreæ usque ad extremitatem pedum lapideorum æqualis est alteri subjunctæ lineæ minori, itidem octuplicatæ.

Linea longitudinis octuplicanda:

Linea altitudinis octuplicanda:

Hic igitur est ille *Basiliscus*, cujus *Wolfgangus Lazius* Rerum Wiennensium lib. 3 cap. 6, pag. 131 editionis Basileensis Joannis Oporini A. 1546 in folio, de varijs Vrbis Wiennæ locis, aliquo eventu vel picturâ insignioribus, agens, meminit his verbis: *Sunt & loca quædam intra Viennæ mœnia, aliquo eventu vel picturâ quâdam insigniora, & vulgo*

Imago hæc Basilisci pertinet ad Libri septimi Commentariorum de Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ Vindobonensi Appendicem, pag. 400.







vulgò cognita: Ad montanas veteres ædes, vulgò Berghof, quam primam Viennæ positam fuisse domum existimant; in Aureo colliculo; ad Acutum angulum; in Cedente Burgo; ad Portam Beurer, hodie Peiler; ad Turriculam; in Axungiæ promptuario, vulgò Schmergrub; in Torculari; in Longo cellario; in Alto ponte; ubi Tartarus sagittas ejaculatur; ubi Lupus ad anseres concionem habet; ubi Lupus cum vaccâ aleam ludit; ad Æstatis personam, itemq; Hyemis; ad Æthiopem; ad cœlestinum caputium; ad Ferreum pyrum; ad Albam rosam; ad Pulchram portam; ad Nucis viridis arborem; ubi Truncus visitur ferro conclusus; ubi Gigantis crus appensum est; Leporina domus; Judæorum domus; ad Tergeminos; ad Vmbellam; ad cœlestinum Lupum; ad Auream anatem; ad Rubram Crucem; ubi BASILISCVS repertus; in Limi fossâ, vulgò Leymgruben; ad Provinciæ coronam; & alia id genus pleraq; ædificia, quibus vel appensa, vel picturæ, vel alius quispiam eventus nomenclaturas inditas ad posteritatem transmisit. Hæc *Lazius.* Cæterùm quo tempore *Basiliscus* ille ibi repertus fuerit, patet ex antiquâ Inscriptione germanicâ, quæ sub eo in pariete ejusdem domûs exstat his verbis?

Anno Domini M CC XII
ward erweldt Kayser Fedrich der II.
Vnter seinem Regiment ist von einem
Hann entsprungen ain Basilisc, welcher
obstehender Figur gleich; vnd ist der Brunn
voll angeschüttet worden mit erden, darinnen solligs Thier gefunden worden ist:
ohne zweiffel, weil ob seiner gifftigen aigenschafft
viel menschen gestorben vnd verdorben seindt.

Renovirt A. 1577 durch den Haus-
Herrn Hans Spannring Buchhandler.

Hoc est ad verbum:

Anno Domini M CC XII
eligebatur Imperator Fridericus II.
Sub illius Imperio est à quodam
gallo ortus Basiliscus, qui fuit
suprà stanti figuræ similis; & est puteus ille
totus oppletus terrâ, in quo
istud animal repertum fuit:

ſine dubio, quia ob ejus venenatam proprietatem multi homines mortui ſunt ac perierunt.

Renovatum A. 1577 per Dominum domûs Joannem Spannring Bibliopolam.

Vt ergò ex jam exhibitâ antiquâ Inſcriptione liquet, repertus fuit ille *Baſiliſcus* inter annum Chriſti 1212, quo *Imp. Fridericus II* d. 8 Decembris contra *Imp. Ottonem IV*, à *Papâ Innocentio III* excommunicatum, electus eſt, & annum 1250, quo idem *Imp. Fridericus* d. 13 Decembris, S. Luciæ ſacro, obijt. Quod porrò autem attinet ad *Baſiliſci ex gallo originem*, cujus in eâdem Inſcriptione fit mentio, eam, ut à plerisque Viris doctis pro fabulosâ habitam, in medio relinquo. Si quis tamen hâc de re plura ſcire deſideret, is præ cæteris conſulat *Conradi Geſneri* Librum de Serpentibus ſub literâ B., *Levini Lemnij*, Librum quartum de Occultis Naturæ Miraculis cap. 12, & *Georgij Wolfgangi Wedelij* Obſervationem de Baſiliſco, quæ eſt Tomi tertij Ephemeridum Medico-Phyſicarum Germanicarum centeſima vigeſima octava.

ADDITAMENTVM VII,

pertinens ad Libri *Septimi* pag. 6 & 7, ubi agitur *de Gemini Rhodij Introductione in Phænomena*, ſive, *Elementis Aſtronomiæ*.

PRimus hanc *Gemini Rhodij Introductionem in Phænomena*, ſive *Inſtitutionem Aſtronomicam, græcè* & *latinè* edidit *Edo Hildericus* Altorphij typis Chriſtophori Lochneri & Joannis Hofmanni A. 1590 in octavo, & quidem *ex Codice manuſcripto Joannis Sambuci*, ut ipſe *Hildericus* in Epiſtolâ dedicatoriâ teſtatur his verbis: *Ad meas autem manus hujus tàm præſtantis Philoſophi, nempe Gemini, Sphæra, ne quis ſuâ laude defraudetur, hâc occaſione pervenit. Viennæ eam accepit à Clariſſimo Viro (1) JOANNE SAMBVCO (2) Henricus Savilius Anglus, Vir non minùs generis nobilitate, quàm Philoſophiæ & Mathematum cognitione clarus, Ab hoc Anglo Vratislaviæ eandem accepit magnificus ac generoſus Dominus Andreas Duditius, S. Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarius, Vir pietatis & eruditionis laude per totam Europam celeberrimus. Horum uterq; poſteà hanc Gemini Sphæram communicavit ſuo amico M. Joanni Prætorio, publico Mathematum Profeſſori in hâc Altorphianâ Noribergenſium Academiâ. Hujus rogatu*

(1) *Plura de* Joanne Sambuco *vide Libri primi horum Commentariorum Parte primâ.*

(2) *Plura de* Henrico Savilio *vide in Libri tertij horum Commentariorum Appendice, Additam.* XXI.

rogatu ego hunc Gemini Sphæricum Libellum ex Græco idiomate in Latinam linguam transtuli, quâ potui perspicuitate; quod tamen ipse, si voluisset, propter majorem rerum cognitionem, feliciùs me, qui nunc in alio doctrinæ genere versor, præstare potuisset. Hæc de primâ illâ editione suâ græco-latinâ ipse *Edo Hildericus*.

ADDITAMENTVM VIII,

pertinens ad Libri *septimi* pag. 47, 188, 189, 288 & 289, ubi agitur *de tribus diversis Heronibus, Mathematicis, quorum secundus fuit Magister Procli Lycij, Diadochi Platonici.*

DE *secundo* horum *trium Heronum*, qui *Proclum Lycium, Diadochum Platonicum*, in Mathematicis erudijt, singularis exstat locus apud *Suidam*, ex *Vitâ Procli* à *Marino* conscriptâ desumptus, sed non solùm mutilè & corruptè, verùm etiam adeò obscurè & indistinctè, ut *Hero* ille *Mathematicus Alexandrinus* perperàm confundatur cum *Herone Rhetore Atheniensi*. Ipsa *Suidæ* verba secundùm editionem græco-latinam (1) *Æmilij Porti* pag. 1202 sunt hæc: Ἥρων Κότυος, Ἀθηναῖος ῥήτωρ, τὰς ἐν Ἀθήναις δίκας γεγραφώς· εἶτα ἐξήγησιν Δεινάρχου· ὑπομνήματα εἰς Ἡρόδοτον, Ξενοφῶντα, Θουκυδίδην· κεκριμένων ὀνομάτων βιβλία γʹ. ἐπιτομὴν τῶν Ἡρακλείδου ἱστοριῶν περὶ τῶν ἀρχαίων ῥητόρων, καὶ τῶν λόγων, οἷς ἐνίκησαν πρὸς ἀλλήλους ἀγωνιζόμενοι. ἥρων. ἐπέτρεψεν ἑαυτὸν ὁ Πρόκλος ἀνδρὶ θεοσεβεῖ, καὶ τελείαν παρασκευὴν ἐσχηκότι τῶν κατὰ τὴν παίδευσιν ὁδῶν Ἀλεξάνδρου. Hoc est, *Æmilio Porto* interprete: *Heron, Cotyos filius, Atheniensis Orator, qui causas Athenis actas scripsit; deinde Enarrationem Dinarchi; Commentarios in Herodotum, Xenophontem, Thucydidem; Selectorum verborum libros tres; De antiquis Oratoribus, & Orationibus, quibus inter se certantes, alij alios vicerunt.* (2) *Heron. Proclus se commisit viro pio, & qui perfectam præparationem ac eruditionem habebat, secundùm illam institutionis rationem, quam Alexander sequebatur.* Hucusque locus ille *Suidæ* confusus, mutilus & corruptus. Dividendus autem is re verâ est in duas diversas partes seu paragraphos: quarum priori, quæ usque ad vocem ἀγωνιζόμενοι pertingit, agitur de *Herone Rhetore Atheniensi*; posteriori autem, quæ incipit his verbis: Ἥρων. ἐπέτρεψεν &c, agitur de *Herone, secundo* ejus nominis *Mathematico Alexandrino*, qui A. C. 460 vel 461 sub *Imp. Leone Thrace Proclum* in Mathematicis erudijt. Hæc igitur posterior paragraphus, quam

(1) *Item in Suidæ Historicis, ab Hieronymo VVolfio separatim latinè editis.*

(2) *In suprà memoratâ VVolfianâ editione latinâ perperàm legitur* Hieron.

quam *Suidas* ex *Vitâ Procli* à *Marino* conſcriptâ excerpſit, ſupplenda atque emendanda eſt hoc modo: Ἥρων, Ἀλεξανδρεὺς μαθηματικός. Ἐπὶ μαθήμασιν Ἥρωνι ἐπέτρεψεν ἑαυτὸν ὁ Πρόκλος, ἀνδρὶ θεοσεβεῖ, καὶ τελείαν παρασκευὴν ἐσχηκότι τῶν κατὰ τὴν παίδευσιν ὁδῶν Ἀλεξανδρείας. Hoc eſt: *Hero, Alexandrinus Mathematicus. In Mathematicis diſciplinis commiſit ſe Proclus Heroni, viro pio, & perfectum habenti apparatum methodorum inſtitutionis Alexandriæ.* Integer nempe *Marini* locus eſt talis: Ἐπανελθὼν δὲ ὁ Πρόκλος πρότερον εἰς Ἀλεξάνδρεαν, καὶ ῥητορικῇ καὶ τοῖς ἄλλοις, περὶ ἃ πρώην ἐσπούδαζε, χαίρειν εἰπὼν, τὰς τῶν ἐκεῖ Φιλοσόφων μετεδίωκε συνουσίας· καὶ φοιτᾷ μὲν ἐπὶ Ἀριστοτελικοῖς λόγοις παρ' Ὀλυμπιόδωρον τὸν Φιλόσοφον, οὗ κλέος εὐρύ. ἐπὶ δὲ μαθήμασιν, ἩΡΩΝΙ ἐπέτρεψεν ἑαυτὸν, ἀνδρὶ θεοσεβεῖ, καὶ τελείαν παρασκευὴν ἐσχηκότι τῶν κατὰ (1) τὴν παίδευσιν ὁδῶν. (2) τοσοῦτον δὲ καὶ οὗτοι οἱ ἄνδρες τὸ ἦθος τοῦ μειρακίου ἠγάπησαν, &c.

(1) In Æmilij Porti editione impreſsâ deeſt τὴν. *(2) Apud* Suidam *tanquam gloſſema hîc additur* Ἀλεξανδρείας. *In ipſo autem* Marini *contextu ea vox eſt ſuperflua, quia ibi paulo antè expreſſa* Vrbis Alexandrinæ *fit mentio his verbis:* Ἐπανελθὼν δὲ ὁ Πρόκλος πρότερον εἰς Ἀλεξάνδρειαν, *&c.*

ADDITAMENTVM IX,

pertinens ad Libri *Septimi* pag. 51, ubi agitur *de obitu Procli Lycij, Diadochi Platonici.*

QUamvis Libro *ſeptimo* horum Commentariorum pag. 49, 50 & 51 ſolidè demonſtraverim, *Proclum* adhuc fuiſſe ſuperſtitem A. C. 518, atque *Imp. Anaſtaſio Dicoro*, qui illum, licet ethnicum & Chriſtianæ religionis infenſiſſimum hoſtem, inter intimos ac familiariſſimos habuit, & jam memorati anni die octavo Julij fulmine perijt, per interpretationem cujuſdam præcedentis ſomnij mortem imminentem prædixiſſe, & paulo poſt ejuſdem Imperatoris interitum obijſſe, nempe vel eodem adhuc anno Chriſti 518, vel proximè ſequenti 519, currente jam anno ætatis ſeptuageſimo ſexto, cùm tamen *de loco obitûs & ſepulturæ* ejuſdem *Procli* nihil tunc æquè certi addere potuerim, neceſſariò nunc indicandum reſtat, me poſteà in *Photij* Patriarchæ Conſtantinopolitani *Excerptis ex Iſidori Philoſophi Vitâ*, à *Damaſcio* conſcriptâ, ſingularem eâ de re inveniſſe mentionem his verbis: Ἀφίκετο μὲν ἈΘΗΝΑΖΕ τότε τῷ ΠΡΟΚΛΩ ἐπιταφήζων, τὴν θυμιατρίδα φέρων. Hoc eſt, R. P. *Andreâ Schotto* S. I. interprete: *Ivit igitur ATHENAS, PROCLO ſepulcralia cum thure allaturus*; vel ut ego vertendum cenſeo: *Diſceſſit quidem ATHENAS tunc, PROCLO ſepulcralem thuris oblationem portans.* Ita enim, ut jam exhibitus eſt, exſtat locus ille in Codice manuſcripto

Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ, nec non in impressâ editione Augustanâ Hœschelianâ pag. 566, & in Rothomagensi colum. 1060, excepto tantùm articulo præpositivo τὴν, qui utrobique deest. In Codice autem *Henrici Stephani*, pro τῷ Πρόκλῳ ἐπιταφήσων, τὴν θυμιατρίδα φέρων, scriptum fuit τῷ Πρόκλῳ ἐπὶ ταφῆς ὄντι τὴν θυμιατρίδα φέρων, & quidem, ut ego opinor, meliùs atque rectiùs, licet *Josephus Scaliger* censuerit scribendum esse τῷ Πρόκλῳ ἐπιτάφιον θυμιατρίδα φέρων. Sed quæcunque demum ex tribus istis variantibus lectionibus pro verâ ac genuinâ recipiatur, certò tamen constat, ex hoc *Damascij* loco clarè ac luculenter apparere, quòd *Proclus* sepultus fuerit *Athenis*. Hinc igitur porrò rectè colligitur, *Proclum* A. C. 518 paulo post diem octavum Julij, quo *Imp. Anastasius Dicorus*, qui illum hactenùs protexerat, fulmine ictus perijt, metu inimicorum suorum, quos propter ethnicismum multos *Constantinopoli* habuit, *Athenas* se recepisse, atque ibi vel eodem adhuc anno, vel proximè sequenti 519 obijsse & sepultum esse.

ADDITAMENTUM X,

pertinens ad Libri septimi pag. 128, ubi fit mentio *Philisci*, qui scripsit *Vitam Lycurgi Rhetoris*.

Videtur is esse *Philiscus Ægineta*, *Diogenis Cynici* auditor & familiaris, cujus *Suidas* meminit his verbis: Φιλίσκος Αἰγινήτης, ὁ διδάξας γράμματα Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα. αὐτὸς δὲ ἀκουστὴς ἦν τοῦ κυνὸς Διογένους, κατὰ δὲ Ἕρμιππον, Στίλπωνος. ἔγραψε Διαλόγους, ὧν ἐστι Κόδρος. Hoc est: *Philiscus Ægineta, qui Alexandrum Macedonem literas docuit. Ipse autem fuit auditor Diogenis Cynici, vel secundùm Hermippum Stilponis. Scripsit Dialogos, quorum unus est is, qui inscribitur Codrus.* Vide etiam *Diogenem Laertium* lib. 6, ubi in Vitâ *Diogenis Cynici* bis appellatur Διογένους γνώριμος sive *Diogenis familiaris*; atque insuper consule *Plutarchi* Librum de Vitis decem Rhetorum, ubi in Vitâ *Lysiæ* exstat ejusdem *Philisci Epigramma in Lysiam*, vocatúrque is ibidem Ἰσοκράτους μὲν γνώριμος, ἑταῖρος δὲ Λυσίου, hoc est, *Isocratis quidem familiaris, socius autem Lysiæ*. Cùm igitur idem *Plutarchus* in eodem Libro testetur, etiam *Lycurgum Rhetorem* fuisse *Isocratis* γνώριμον sive *familiarem*, verisimiliter hinc colligitur, *Philiscum* fuisse *Lycurgi* ἑταῖρον sive *socium*, ideóq; post illius obitum, ut amici memoriam ad posteros propagaret,

Vitam ejus conscripsisse, æquè ac in *Lysiam*, cujus itidem fuit ἑταῖρος sive *socius*, *Epigramma* composuit, quod, ut suprà jam indicavi, *Plutarchus* Vitæ *Lysiæ* integrum inseruit.

ADDITAMENTVM XI,

pertinens ad Libri *Septimi* pag. 182 & 183, ubi agitur *de Matthæi Camariotæ Epitome Rhetorices ex Scriptis Hermogenis de Arte Oratoriâ.*

AB hâc *Matthæi Camariotæ Epitome Rhetoricæ Hermogenianæ* diversa prorsùs est *Synopsis* illa *Rhetoricæ*, quam sub ejusdem *Matthæi Camariotæ* nomine *David Hœschelius* Augustæ Vindelicorum A. 1595 græcè in quarto edidit. Acceperat is eam à *Maximo Margunio, Episcopo Cytherensi*, Venetijs sibi dono missam, ut videre est ex ipsâ *Margunij Epistolâ græcâ*, quæ jam memoratæ editioni Augustanæ præfixa est, atque incipit his verbis: Ἰδοὺ σοι καὶ τὸ περὶ ῥητορικῆς κατὰ σύνοψιν συγγραφὲν συνταγμάτιον, ὅπερ ἡμᾶς πρὸ μικροῦ ἀπῄτησας, διαπέμπεται, σοφώτατε καὶ φιλικώτατέ μοι πάντων Ἑσχέλιε, παρήμερον μὲν τάχα τῆς σῆς περὶ τοῦτο σπουδῆς, τῆς δὲ δυνατῆς ἡμῖν ἐπιμελείας οὐ βραδιαίτερον. καὶ γὰρ &c. Notandum autem est, *Synopsin* illam, secundùm Margunianum istum Codicem manuscriptum, sine ullâ *Matthæi Camariotæ* mentione, tanquam *incerti* cujusdam *Autoris*, inscribi atque incipere hoc modo: Συνοπτικὴ παράδοσις τῆς ῥητορικῆς, Ἀδήλου. Ῥητορικοῦ λόγου τρία καθέστηκεν εἴδη, δικανικὸν, &c. Quòd igitur *Hœschelius* eandem *Synopsin* in jam memoratæ editionis Augustanæ titulo latino *Matthæo Camariotæ* attribuit, solâ nititur conjecturâ *Maximi Margunij*, qui in suprà memoratâ Epistolâ opinionem suam eâ de re indicat his verbis: Οἶμαι δὲ Ματθαίου εἶναι τοῦ Καμαριώτου τὸ σύγγραμμα, ἀνδρὸς τά, τε ἄλλα εὐσεβοῦς, καὶ τὰ περὶ λόγους οὐκ ἀγεννοῦς. προσπεφοιτήκει δὲ τούτῳ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ Γεννάδιος ὁ Σχολάριος, ὁ μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Κωνσταντινουπόλεως τῆς αὐτῆς τῶν οἴακας κατεμπιστευθείς, ἀκμάσαντι μὲν πρὸ τῆς ἁλώσεως, ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ταύτης ἀπολιπόντι τὸν βίον. Hoc est: *Opinor autem hoc Scriptum esse Matthæi Camariotæ; Viri tùm pietate, tùm eruditione non ignobilis: qui quidem floruit ante expugnationem Vrbis Constantinopolitanæ per Turcas, & præter alios etiam Gennadium Scholarium, cui post captam Constantinopolim Patriarchalis Gubernatio concredita est, discipulum habuit; paulo autem post eandem expugnationem obijt.* Hæc

Maximus

Maximus Margunius. Vbi inprimis obſervatu digna eſt *Matthæi Camariotæ ætas*, quæ mihimet ipſi, cùm ſuprà pag. 182 & 318 de eo agerem, adhuc fuit incognita; ideóque eum pag. 325 inter *Autores incertæ ætatis* retuli. Nunc igitur moneo, jam memoratæ paginæ 325 verſu quarto delenda eſſe hæc verba: MATTHÆVS Camariota ætatis incertæ; contrà autem pag. 324 inter verſ. 33 & 34 inſerenda eſſe hæc verba: MATTHÆVS *Camariota*, qui floruit ſeculo poſt Chriſtum *decimo quinto*, proximè ante Vrbis Conſtantinopolitanæ per Turcas expugnationem, quæ A. C. 1453 d. 29 Maij contigit; paulo autem poſt eandem expugnationem obijt.

ADDITAMENTVM XII,

de inſigni Bibliothecâ Hiſpanicâ Illuſtriſſimi Domini Marchionis Gabregæ, quæ anno hoc 1675 Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſi feliciter acceſſit.

INter varia eximia Incrementa, quibus S. CÆSAREA MAJESTAS *Auguſtiſſimam Suam Bibliothecam Aulicam*, tùm proximè præcedenti anno 1674, tùm quoque præſenti hoc 1675, clementiſſimè liberaliſſiméque auxit, præcipuum meritò obtinet locum *Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini Marchionis Gabregæ inſtructiſſima Bibliotheca bis mille quadringentorum & nonaginta octo Voluminum, exceptis tantùm triginta circiter Latinis, Italicis & Gallicis Libris, merè Hiſpanicorum*, quam S. CÆS. MAJESTAS per Extraordinarium Suum in Regiâ Aulâ Catholicâ Legatum, Illuſtriſſimum & Excellentiſſimum Dominum, Dominum *Franciſcum Euſebium Comitem de Petting*, Equitem Inclyti Velleris Aurei, nec non S. CÆS. MAJESTATIS Suæ Conſiliarium Intimum, & nunc Supremum Aulæ Cæſareæ Mareſchallum, clementiſſimè curavit emi; Sacræ autem Regiæ Majeſtatis Catholicæ Satelles equeſtris, Dn. *Joannes Michael Pietſche Spirenſis*, viginti tribus ciſtis incluſam, *Madrito Wiennam* advexit, ac die 23 Auguſti anni ſuperioris 1674, integram & optimè conſervatam, in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* de manu in manum fideliſſimè mihi tradidit. Quid igitur locupletiſſimo hoc omnigenæ doctrinæ & eruditionis Theſauro Hiſpanico, & quidem præcipuè non paucis exquiſitis ac inventu difficilibus *Codicibus Manuſcriptis*, qui eidem permixti ſunt, contineatur, ſuo deinceps tempore & loco accuratiſſimè indicabitur, cùm in Continuatione horum Commentariorum ad *Catalogum Hiſpanicorum Librorum manuſcriptorum & impreſſorum* pervenero; in præſens autem hoc duntaxat addo, *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ*, præter jam memoratam

moratam præstantissimam *Bibliothecam Gabregianam*, eodem tempore velut rarissimum ac pretiosissimum Auctarium separatim accessisse *Editionem Sacrorum Bibliorum Complutensem Eminentissimi S.R.E.Cardinalis & Archiepiscopi Toletani Francisci Ximenij Cisnerij ex Ordine Seraphico S.Francisci*, quam S.CÆS. MAJESTAS, cùm eam in Bibliothecâ Suâ Aulicâ desiderari intellexisset, clementissimè curavit *Madriti* per suprà laudatum Illustrissimum atq; Excellentissimum Dominum *Comitem de Petting* singulari studio & sumptu investigari ac comparari. Constat eximium illud Opus *sex Voluminibus*, in præclarissimâ Castellæ sive Castiliæ Novæ Vrbe & Academiâ (1) Complutensi A. C.1514, 1515, 1516 & 1517 per Arnaldum seu Arnoldum Guilielmum de Brocario impressis in folio: quorum *primo* continetur Prima Pars Veteris Testamenti, sive, Pentateuchus Mosaicus Hebraicè cum Versione Græcâ Septuaginta Interpretum, Versione Latinâ Vulgatâ S.Hieronymi, & Paraphrasi Chaldaicâ Onkelosi; *secundo*, Secunda Pars Veteris Testamenti à Libro Josue usque ad finem Libri secundi Paralipomenon Hebraicè cum Versione Græcâ Septuaginta Interpretum & Versione Latinâ Vulgatâ S. Hieronymi; *tertio*, Tertia Pars Veteris Testamenti à Libro primo Esdræ usque ad finem Cantici Canticorum Hebraicè cum Versione Græcâ Septuaginta Interpretum & Versione Latinâ Vulgatâ S. Hieronymi, & porrò à Libro Sapientiæ Salomonis usque ad finem Ecclesiastici sive Libri Jesu filij Sirach Græcè cum Versione Latinâ Vulgatâ S. Hieronymi, & aliâ quâdam Versione Latinâ Interlineari; *quarto*, Quarta Pars Veteris Testamenti à Prophetiâ Esaiæ usque ad finem Prophetiæ Malachiæ Hebraicè cum Versione Græcâ Septuaginta Interpretum & Versione Latinâ Vulgatâ S. Hieronymi, & porrò à Libro primo Maccabæorum usque ad finem Libri tertij Græcè cum Versione Latinâ Vulgatâ S. Hieronymi, & alterâ quâdam Versione Latinâ Interlineari de verbo ad verbum; *quinto*, Vocabularium Hebraicum atque Chaldaicum totius Veteris Testamenti secundùm ordinem alphabeticum; item Interpretationes Hebraicorum, Chaldaicorum, Græcorúmque Nominum Veteris ac Novi Testamenti secundùm ordinem alphabeti, & Introductio Artis Grammaticæ Hebraicæ; *sexto* denique, Novum Testamentum Græcum (2) sine spiritibus & accentibus, cum Versione Latinâ, & subjuncto Lexico Græco-Latino. Cæterùm quem ad finem, quámque ingentibus impensis, & quorum operâ atque auxilio, Magnus ille *Cardinalis Ximenius* admirandum hoc Opus incœperit, continuârit & absolverit, fusè narrat *Alvarus Gomez de Castro*, Eulaliensis-Toletanus, in ejusdem Vitâ, primùm

(1) Complutum *olim, nunc* Alcala de Henares, *ab anno* Henares, *muros Vrbis alluente.*

(2) *Nempe ad imitationem vetustissimorum Codicum manuscriptorum Græcorum, qui* sine spiritibus & accentibus *exarati sunt. Quâ de re vide plura Lib. II horum Commentariorum pag.* 520, 521, 522, 590, 1007, 1008, 1009, 1010.

primùm quidem Compluti apud Andream de Angulo A. 1569, deindè autem Francofurti Tomo tertio Syntagmatis Rerum Hispanicarum apud Andream Wechelum A. 1581 in folio editâ, pag. 42, 43 & 44 his verbis: *Intelligebat sanè Vir prudens* (nempe Ximenius) *Sacrorum Voluminum lectionem, quæ Biblia Græco nomine passim appellantur, cunctis, qui Sacris initiati sunt, sed præsertim Theologis, maximè esse necessariam, nullibique magis eosdem illos rerum Theologicarum Studiosos dormitare, quàm in ea versanda tractandâque, idque potissimùm è trium linguarum ignoratione provenire Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ; quibus non solùm, quicquid scitu dignum est in omnibus disciplinis profanis, est proditum, sed Sacra omnia continentur. Divinabat vir prudentissimus, in tantâ hominum nostrorum inertiâ, divinas literas negligentium, impios homines quamprimùm exorituros, qui earum lectione armati, & ad suos affectus detorquentes, Christi Ecclesiam ausu quidem nefario & immani, à nostrâ tamen imperitiâ profectò, impugnare & evertere tentarent. Quin antiquissima quæque Christianæ Religionis tempora secum reputans, Divinâ Providentiâ ita esse factum videbat, ut, quemadmodum à prudentibus Imperatoribus ex hostium, cum quibus dimicant, pugnandi naturâ, ratio & consilia sumuntur, ita quoque adversùs dæmonum artes, qui ingenijs humanis percallidè abutuntur, remedia quoque ex eodem fonte petenda esse. Christus enim Opt. Max., unde omnis sapientia ad homines emanat, Sanctos Ecclesiæ Christianæ Patres, per quasdam Doctrinarum vicissitudines, adversùs emergentes hostes convenientibus armis prudentiâ suâ instruxit. Ximenius, qui ex publicâ morum corruptelâ, ipsorúmque adeò Religionis Principum immoderantiâ, vulpeculas aliquas in occulto nutriri conjectabat, quæ vineam mysticam, cùm minùs expectaretur, demoliri tentarent, neque ad id aliunde comparato præsidio, quàm ex Sacrorum Voluminum perperàm intellectorum promptuario, non abs re timere cœpit, ne nostri imparati, & in utriusque Testamenti Libris peregrini & hospites deprehenderentur. Magni igitur Origenis diligentiam imitatus, qui Hexaplis illis decantatis, omnes Sacrorum Voluminum, quæ tunc habebantur, translationes in unum conjunxerat, editionem Bibliorum faciendam curavit. In eâ veteris Testamenti Libri ternis columnis per singulas paginas sunt distincti. Prima Hebraicam lectionem tenet; media vulgarem, quâ nunc utimur; tertia versionem Græcam LXX Interpretum, translatione etiam Latinâ illustratam. In margine verò inferiori, ne quid desideraretur, Chaldaica, quam vocant, Paraphrasis subjecta est, Latinâ versione è regione oppositâ. At Novum Testamentum Græcam lectio-*

lectionem quàm emendatissimam, & vulgarem translationem habet. Additum est postremum Volumen Hebraicarum dictionum eruditum & copiosum Onomasticon, ab ejus linguæ peritis valdè laudatum. Id in aliquot Bibliorum hujusmodi libris, quorundam incuria, qui eos asservandos susceperant, non sine gravi jacturâ, desideratur. Res fuit cùm primis operosa, & magnifica, & quæ non modò tàm ingentem Principem, sed etiam ingentis animi Virum, ad difficultates omnes evincendas rem tàm arduam comitantes, requireret. Accersivit continuò ad se homines utriusque literaturæ peritissimos, Demetrium Cretensem natione Græcum, Antonium Nebrissensem, Lopidem Astunigam, & Ferdinandum Pincianum, Græcarum literarum & Latinarum Professores, quorum scripta & studiosa monumenta passim nunc in manibus habentur: Alphonsum Medicum Complutensem, Paulum Coronellum, & Alphonsum Zamoram, Hebræarum rerum consultissimos: qui cùm olim inter suos publicas Scholas fuissent moderati, tunc Christianæ Fidei Sacris ex animo susceptis, Ecclesiæ orthodoxæ domestici & alumni essent, meritò ad tantum negotium à Ximenio sunt vocati: quod illorum virtuti, eruditioni & constantiæ, meritò est commissum. Cum his Viris de suo Consilio sermones confert, liberalissimè impensas promittit, & singulos præmijs propositis privatim invitat. Ante omnia festinandum admonet, ne, ut sunt res mortales caducæ, & fluxæ, aut illi patrono ad eam rem promptissimo, aut ipse tàm accommodis adjutoribus privaretur, quorum præsentiam & operam pluris quàm ullas pretiosas possessiones aut divitias æstimaret. Accenduntur cuncti Ximenij verbis, & ab eo die, donec ultima manus fuit imposita, nihil est à Viris eruditissimis cessatum. Conquisiti sunt undique utriusque Testamenti vetustissimi codices, ad quorum fidem castigatio excudendorum fieret, & vitiata loca sanarentur, & quæ dubia & obscura essent illustrata collucerent. Sed potissimùm adjumento fuerunt Bibliothecæ Vaticanæ venerandæ antiquitatis apographi, quorum copia per Leonem X Pont. Max. benignissimè Ximenio facta est, cujus jam tùm magnificentiam demiratus, cœpit hominem in magno pretio habere, & ejus Consilium, quamvis in ultimis terris positi, quoties Reip. Christianæ negotia postulabant, in rebus arduis requirere. LXX tamen translationis explicatio, partim ab aliquot Academiæ Complutensis eruditis hominibus, qui jam tunc sub Demetrio & Pinciano præceptoribus in Græcis literis non vulgariter profecerant, partim à Demetrio, Pinciano, & Astuniga, adeò feliciter confecta fuit, ut nihil à LXX Interpretibus juxta Græcam eruditionem sit dictum, qualia permulta apud eos habentur, quòd à nostris in-

in tantâ brevitate fuerit prætermissum. Fuit inter hos ad hoc munus vocatus Joannes Vergara, cui Libri, quos vulgò Sapientiales vocant (ut ab eo sæpiùs audivi) explicandi sunt commissi: in quibus multa, quæ in vulgatâ translatione difficilia esse videbantur, in antiquam lectionem restituit: nihilque magis seni, cùm otio fruebatur, sibi dicebat in votis esse, quàm Librum Ecclesiastici (quem Panaretum vocant) Scholijs aliquot illustrare: sed retardavit præclarum institutum incommodissima valetudo. Duravit ab hoc anno, qui M D I I Christi nati fuit, annos continuos plus minus quindecim de Sacris Biblijs edendis cura: ut penè cum Ximenij vitâ, finem quoque editio susceperit. Vbi si per partes narrandum esset quantum laboris exhaustum sit, quantum tædij & fastidij devoratum à Viris illis operi præfectis, in exemplaribus excutiendis, quamque multiplici & ardua negotiorum mole Ximenius interim aliò evocaretur, nimiùm profectò in eis dicendis immoraremur. At illud unum, quod ad impensas à Ximenio in eâ re absolvendâ factas pertinet, reticendum nequaquam est. Septem Hebræa exemplaria, quæ nunc Compluti habentur, quatuor millibus aureorum ex diversis regionibus sibi comparâsse, Alphonsus Zamora, Hebræarum literarum Professor, sæpenumerò referebat: ut interim de Græcis & Latinis taceam, quorum illa ab Vrbe Româ, hæc tùm ex peregrinis locis, tùm ex varijs in Hispaniâ Bibliothecis, ab octingentis fermè annis characteribus Gotthicis scripta, magnis sumptibus Complutum sunt delata. Jam verò Chalcographorum & scribarum salaria, doctorum hominum non vulgaria præmia, mercedes internuntijs propositas, quibus ad codices vetustos adipiscendos utebatur, assiduam denique subministrantium cateruam, quam ad res, quæ insperatò emergebant, expediendas sustentabat, & mille alia, quæ longum esset referre, si bene quis ratione subductâ numeret, quinquaginta millium aureorum, & amplius, summam conficiet: quod & majores natu frequenter dicere audivi. Hâc tandem diligentiâ, & autoritate, & liberalitate, opus illud absolutissimum prodijt Leoni X Pontif. Maxim. dicatum, cùm in testimonium grati animi, tùm quòd universa, quæ ad Sacrarum Literarum illustrationem pertinent, nemini magis quàm Romano Pont., penes quem tota Ecclesiæ Christianæ autoritas est, consecrari & offerri debeant. Opus me hercule miraculo par, & cujus tanta apud omnes, qui ubicunque terrarum in Sacris literis versantur, veneratio est, ut ad Complutensium Bibliorum exemplum, quicquid alibi excuditur, certatim revocetur: & in sapientissimorum virorum scriptis, quoties de Lectione Sacrâ controvertitur, testimonia ab eisdem petita proferantur. Hoc ergò, quod Divini Beneficij loco ego quidem

dem reponendum arbitror, signo dato, mentes nostrorum hominum, atque adeò mortalium cæterorum, ad Sacras Literas tractandas sese converterunt, & velut ex longo veterno ad sacra Mysteria perscrutanda evigilarunt: quæ, ut in Proœmijs huic operi per Viros illos eminentissimos propositis, sapienter & copiosè dicitur, multam lucem, ne universam penè dixerim, ex linguarum cognitione, quibus utrumque Testamentum scriptum est, suscipiunt. Audivi Joannem Brocarium Complutensem excusorem, Arnoldi Guilielmi Brocarij filiũ, sæpenumerò ad æquales dixisse, eo ipso die, quo ultima manus à patre operis excusioni imposita fuit, se puerum eleganter vestitum cum ultimo Bibliorum Volumine ad Ximenium venisse: qui impendiò lætatus, ita, Cœlum suspiciens, acclamavit: Grates tibi ago Summe Christe, quòd rem, magnoperè à me curatam, ad optatum finem perduxeris. Et ad familiares continuò conversus: Equidem (inquit) cùm multa ardua & difficilia Reip. causâ hactenùs gesserim, nihil est, Amici, de quo mihi magis gratulari debeatis, quàm de hâc Bibliorum editione: quæ una sacros Religionis nostræ fontes tempore perquàm necessario aperit: unde multò purior Theologica disciplina haurietur, quàm à rivis posteà deductis. Eadem refert atque confirmat R. P. *Petrus de Quintanilla* ex Ordine Seraphico S. Francisci in ejusdem Magni Cardinalis Vitâ, Panormi in Siciliâ A. 1653 Hispanicè in folio editâ sub hoc titulo: *Archetypo de Virtudes: Espejo de Prelados el Venerable Padre y Siervo de Dios Fr. Francisco Ximenez de Cisneros por el R. P. Fr. Pedro de Quintanilla y Mendoza, Religioso de la Sagrada Orden de S. Francesco, Agente en la Corte Romana por la causa de su Beatificacion, al Excellentissimo Señor Duque del Infantado, Conde de Lerma, Virrey, y Capitan General del Reyno de Sicilia, y Patron dela Vniversidad Complutense; en Palermo por Nicolas Bua, Impressor del S. Officio de la Inquisicion Año de 1653.* Vide ibi Libri tertij Caput decimum; atque insuper consule R. P. *Sixti Senensis*, Ordinis Prædicatorum, Librum quartum Bibliothecæ Sanctæ literâ F, R. P. *Antonij Possevini* S. I. Apparatum Sacrum literâ F, & *Fabiani Justiniani*, Presbyteri Congregationis Oratorij de Vrbe, Commentarium de Sacrâ Scripturâ, ejusque Vsu ac Interpretibus, Romæ A. 1614 typis Guilielmi Faciotti in octavo impressum, Partis primæ Libri primi Capite octavo.

APPENDICIS LIBRI SEPTIMI
COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA
CÆSAREA VINDOBONENSI
FINIS.

APPEN-

APPENDICIS LIBRI SEPTIMI COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA INDEX.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

der

Pepago-

Q.

R.

S.

T.

V.

W.

X.

Z.

ERRA-

ERRATA RESIDVA
præcedentium *ſex* Librorum.

Lib. I pag. 8 verſ. 12 pro *Piava* lege *Piave*.

Lib. II pag. 521 verſ. 2 poſt vocem *Accentus* adde *& Spiritus*.

Lib. IV pag. 237 verſ. 27 pro *num. 75* lege *num. 27*. Pag. 323 verſ. 3 pro *ſub Impp. Michaele Ducâ & Nicephoro Botaniatâ* lege *ſub Imp. Michaele Ducâ, ejúſque fratribus Andronico & Conſtantino*. Ibidem verſ. 14 pro *Commenij* lege *Comneni*. Pag. 326 verſ. 21 pro *in folio* lege *in quarto*.

Lib. V pag. 68 verſ. 4 pro *βύλει τὸ* lege *βύλοιτο*. Pag. 343. verſ. antepenult. pro CCXX*mo* lege CCCXX*mo*.

Lib. VI pag. 120 verſ. 1 pro *A. 1618* lege *A. 1638*. Pag. 192 verſ. 20 in margine pro *Peloponneſis* lege *Peloponneſus*. Pag. 193 verſ. 10 poſt *manuſcriptis* adde *Græcis*. Pag. 215, colum. 2, verſ. 22 pro *ante Chriſtum* lege *poſt Chriſtum*. Ibidem ſub Seculo poſt Chriſtum XIIItio inter verſ. 22 & 23 inſere hæc verba: *Demetrius Conſtantinopolitanus, cognomine Pepagomenus, Medicus Imp. Michaelis Palæologi, qui A. C. 1260 cœpit imperare, & A. 1282 obijt*. Pag. 216, colum. 1, verſ. 13 & 14 dele hæc verba: *Demetrius Conſtantinopolitanus, Scriptor Orneoſophici*. Pag. 303 verſ. 23 pro *Savibianam* lege *Savilianam*.

E R R A T A
Libri *Septimi* Commentariorum de *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi*, quæ primâ vice inter relegendum obiter à me obſervata ſunt.

Pag. 1 verſ. 21 pro *Eutyphro* lege *Euthyphro*. Pag. 6 verſ. 2 pro *ſeptem* lege *octo*. Pag. 10 verſ. 13 pro *Architam* lege *Archytam*. Ibidem verſ. 24 poſt *Philoſophi*, adde *Hiſtorici*. Ibidem verſ. 34 pro (2) lege (4). Ibidem verſ. 33 in margine pro (2) lege (4). Pag. 23 verſ. antepenult. in margine pro *univerſi* lege *univerſis*. Pag. 39 verſ. 18 poſt *inſtituto* adde *Liber*. Pag. 60 verſ. 2 pro *Zanotti* lege *Zanetti*. Pag. 64 verſ. 27 dele *proximè præcedentis*. Pag. 71 verſ. penult. pro *Libro* lege *Libri*. Pag. 73 verſ. 14 poſt *Matthæum* adde *Aquavivam*. Pag. 76 verſ. 24 pro *collata* lege *collocata*. Pag. 84 verſ. 32 in margine pro (1) lege (5). Pag. 85 verſ. 25 dele hæc verba: *Edita autem ea jam eſt græcè & latinè aliquoties*. Pag. 86 verſ. 9 pro *ἐνπλεῖν* lege diſtinctè *ἐν πλεῖν*. Pag. 91 verſ. ult. pro *Heronis Junioris* lege *Heronis Tertij*. Pag. 94 verſ. ult. poſt *Antonius* adde *Hermannus*. Pag. 96 verſ. 23 pro *Eclogus* lege *Eclogas*. Pag. 116 verſ. 27 pro *Callergen* lege *Calliergen*. Pag. 160 verſ. 14 poſt *eſt* dele *chartaceus*. Pag. 170 verſ. 31 pro *Anaſtaſij* lege *Athanaſij*. Pag. 173 verſ. penult. in margine pro (2) lege (3). Pag. 182 verſ. 24 poſt *Conſtantinopolitani* pone comma. Pag. 184 verſ. 16 poſt *Vrbis* adde *Hieroſolymitanæ*. Pag. 188 verſ. 14 pro *Heronem Juniorem* lege *Heronem Tertium*. Ibidem verſ. 20 pro *Heronis Junioris* lege *Heronis Tertij*. Pag. 189 verſ. 3 pro *Heronis Junioris* lege *Heronis Tertij*. Ibidem verſ. 20 pro *Hero iſte Junior* lege *Hero iſte Tertius*. Pag. 193 verſ. 28 pro *Hero Junior* lege *Hero Tertius*. Pag. 202 verſ. 2 & 13 pro *Heronis Junioris* lege *Heronis Tertij*. Pag. 206 verſ. antepenult. pro *inverteratum* lege *inveteratum*. Pag. 207 verſ. 8 pro *Heroni Juniori* lege *Heroni Tertio*. Pag. 208 verſ. 31 pro *Apollodorum* lege *Athenæum*, Pag. 209 verſ. 28 pro *Hero Junior* lege *Hero Tertius*. Pag. 212 verſ. 22, 29 & 37 pro *Heronis Junioris* lege *Heronis Tertij*. Pag. 221 verſ. 27 pro *Hero Junior* lege *Hero Tertius*. Pag. 232 verſ. 2 pro *cap.* 33 lege *cap.* 32. Pag. 233 verſ. 7 poſt *Autoris* dele comma. Pag. 235 verſ. 20 pro *Protoſphatarij* lege *Protoſpatharij*. Pag. 247 verſ. 33 pro *Nicea* lege *Nicæa*. Pag. 250 verſ. 17 poſt *tranſlata*, adde *& vel ab eodem, vel*. Pag. 264 verſ. ult. in margine pro CXLVII lege CXLVIIti. Pag. 314 verſ. 29

 poſt

post *Epistola* dele *suppositiria*. Pag. 324 inter vers. 33 & 34 insere hæc verba: *Matthæus Camariota, qui floruit Seculo post Christum decimo quinto, proxime ante Vrbis Constantinopolitanæ per Turcas expugnationem, quæ A.C. 1453 d. 29 Maij contigit; paulo autem post eandem expugnationem obijt.* Pag. 325 vers. 4 dele hæc verba: *Matthæus Camariota ætatis incertæ.* Hæc sunt, BENEVOLE LECTOR, quæ *Librum* hunc *Septimum* primâ vice obiter relegenti mihi emendatu necessaria se obtulerunt. Reliqua autem ejusdem generis, quæ deinceps vel ipse observaturus sum, vel ab aliis mihi indicabuntur, publicabo, volente DEO, in fine *Libri Octavi.*

ADMONITIO

ad *Bibliopegum* de ordine *duodecim Tabularum ænearum*, quæ ad *Librum Septimum* Commentariorum de Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ Vindobonensi pertinent.

1. Imago *Georgij Pachymeris*, Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ Protecdici, inserenda est inter pag. 70 & 71 (*).
2. Imago Imperatoris Constantinopolitani *Michaelis Palæologi I* sive *Senioris* inserenda est inter pag. 70 & 71 (**).
3. Imago Imperatoris Constantinopolitani *Andronici Palæologi I* sive *Senioris* inserenda est inter pag. 70 & 71 (***).
4. Imago *Naturæ* inserenda est inter pag. 74 & 75.
5. Imago *Aristotelis* inserenda est inter pag. 76 & 77.

6, 7. Imago *Animæ humanæ cum quatuor Virtutibus cardinalibus*, & Imago *Cupidinis naturalis sciendi cum Sphinge*, inserendæ sunt inter pag. 102 & 103.

8, 9. Imago *Herculis Musagetæ cum Mercurio*, & Imago *Vrbis Atheniensis cum Noctuis & Statuâ Palladis*, inserendæ sunt inter pag. 104 & 105.

10. Imago *Xunchi*, Regis Tartarorum ac Sinarum, inserenda est inter pag. 396 & 397 (*).
11. Imago R. P. *Joannis Adami Schall* Coloniensis è Societate JESV, Xunchi Regis Tartarorum & Sinarum Monitoris, & Supremi Rerum Astronomicarum Præsidis, inserenda est inter pag. 396 & 397 (**).
12. Imago *Basilisci*, Vindobonæ sive Wiennæ sub Imp. Friderico II in puteo quodam reperti, inserenda est inter pag. 400 & 401.

FINIS.



PETRONIVS ARBITER:
AMOR INGENII
NEMINEM VNQVAM FECIT
DIVITEM;
SED
BONÆ MENTIS SOROR
EST
PAVPERTAS.

intiero con figure nove = 9 =

